In quieto quidem silencio / propter humane superbie et loquacitatis confutacionem / Fuit namque humana superbia et loquacitas confutata de via originali / quia talis via hominis superbia non fuit confirmatum / Licet enim deus creavit hominem rectum / ipse tamen ex sua superbia transgrediens dei mandatum immiscuit se multis questionibus / ut dicitur Ecclesiastes vij / Fuit secundo confutata de via naturali / quia talis via hominis fuit malicia obcecata / cum enim ex tali via potuissent deum cognoscere / non tamen sicut deum glorificaverunt / aut gratias egerunt / sed obscuratum fuit insipiens cor eorum / mutantes gloriam incorrupti dei in similitudinem ymaginis corruptibilis hominis et dicentes se esse sapientes / stulti facti sunt / ut dicitur Ro. primo / Tercio fuit confutata de via legali / quia tali via hominis fragilitas fuit predicata / non tamen enim fuit illa lex gravibus et onerosa / ut Petrus dicit in actibus / hec est onus quod neque nos neque patres nostri portare potuerunt / Unde dicit quedam glosa super epistolam ad Ro. / quia sicut iudei cum doctores legis confidentes de suis viribus dicebant Non deest qui obsequat sed deest qui preparat / ita postea recep-torum eius iam confutata et diffidentes de eorum virtute dicebant non deest qui preparat sed deest qui obsequet / cum igitur humana loquacitas et superbia fuit confutata de via originali naturali et legali in tali quieto silencio cum non haberet amplius de quo ipse loqueretur et de quo confideret de propria virtute filius virtutem incarnacionis nobis exhibuit / Ita cum nobis deficiat de humanum auxilium hoc solum habemus residuum ut oculos nostros dirigamus ad deum ut dicitur 2 Par. 20 / Primo quia fuit conveniens dei filium in quieto silencio incarnari propter humane loquacitatis et superbie confutacionem / Secundo fuit conveniens incarnari in nocte propter tenebrarum expulsionem / Unde Zacharias Luc. j. repletus spiritu sancto dixit quod Christus oriens nobis ex alto illuminare debebat illos qui in tenebris sedebant et umbra mortis / Super quo verbo dicit glosa quod tenebrosa et umbrosa erat plebs gentilium que ydolorum cultura gravabatur donec lux orta dispersit caliginem et lumine veritatis expandit Incarnacionis significatum in nocte nativitatis claritas dei circumfulsit pastores annuncians eius ortum lucis que illuminat omnem hominem ve. in hunc mundum / Tercio facta est filii dei incarnacio cum nox ista medium iter haberet propter etatum proporcionem / quia non decuit dei filium incarnari in principio mundi / scilicet in puericia infancia et adolescencia que sunt prime etates mundi / nec in fine scilicet in gravitate et senectute que sunt ultime etates mundi / sed decuit eum incarnari in medio et in nocte medium iter habente / quia in etate iuventutis dei filius incarnatus est que est quasi media inter primas et ultimas / Unde dicit Aug. libro lxxxiij questionum que. xliiij / quod sicut homo diversis etatibus variatur sic mundus quasi unus homo diversis etatibus completur / et sicut absurdum esset totam pulchritudinem hominis querere in etate iuventutis quia tunc minueretur alijs pulchritudinibus que alijs etatibus debentur sic absurdum est totam mundi pulchritudinem querere in una etate / quia tunc detraheretur pulchritudinibus que alijs etatibus correspondent / et tunc sequitur quod non oportuit diuturnius venire magistrum cuius imitacione homo in mores optimos reformetur nisi in tempore iuventutis / dicente apostolo ad Galathas quod sub lege tamquam sub pedagogo sicut parvuli et iuvenes eramus servientes / Abbacuk iij scribitur / quia in medio annorum notum est nobis factum opus / et qui iratus erat humano generi

tunc nunc est recordatus/ in nocte igitur media
et quia nox medium iter habuit/ Dei filius est incar-
natus propter etatis perversorum/ ex quo ergo ista in-
carnatio est facta in quieto silencio propter humane
loquacitatis et superbie confutationem/ et facta est
in nocte propter tenebrarum expulsionem/ et facta
est cum iter nox medium haberet/ propter etatis
perversorum/ Unde dictum est quod filius dei in incarnatione
habuit primo temporis convenienciam. ¶ Secundo in incar-
natione filius dei habuit persone in natura excelle-
nciam/ quia persona que carnem assumpsit fuit
omnipotens sermo dei exiliens de celo a regalibus
sedibus veniens/ Fuit namque persona incarnata
omnipotens dei sermo in nostrorum morborum curatione
quia misit deus per sermonem suum et sanavit
eos/ Iste enim est ille sermo de quo scribitur ad
Hebreos iiii° quod est sermo dei efficax et penetra-
bilior omni gladio ancipiti et pertingit usque
ad divisionem anime ac spiritus/ Unde super illo verbo
Sap. xvi/ Etenim neque herba neque malagma
sanavit eos/ sed sermo tuus domine qui sanat
universa/ dicit glossa/ quia sermo dei id est filius
dei patris per quem omnia quecumque voluit fecit
est ille/ qui curat nostra corpora/ et a spiritualibus
bestiis nostras animas liberat/ Fuit secundo
persona incarnata exiliens de celo in nostre huma-
nitatis assumptione/ Non enim sic dei filius
exiliit de celo ut desineret esse ubi erat
et inciperet ubi non erat/ cum ipse celum et
terram impleat/ sed hoc exiliit de celo quando
non erat et incepit esse qualiter non erat/ quia
numquam fuerat in celo ut in utero virginis
cum nostre humanitatis induccione et assumptione
sicut tunc fuit/ Unde super illo verbo Iohannis iii°
Nemo ascendit in celum/ nisi qui de celo descendit
filius hominis qui est in celo/ dicit glossa
hoc dicit/ quod si aliquis homo nudus de monte
ad convallia descenderet/ et assumptis vestimentis
et armis eundem montem ascenderet/ idem esset
descendens et ascendens/ licet alter ascenderet
quam descenderet/ Venit autem ista persona incarnata
a regalibus sedibus/ in operibus incarnationis

operatione/ quia licet ad solam personam filii incarnatio
sit terminata/ operata est tamen a tota trinitate/ Unde
dicit Aug. de trinitate/ Vocem patris et carnem
filii et columbam spiritus sancti tota trinitas est
operata/ cum hec singula ad singulas personas
referantur/ A regalibus ergo sedibus venit iste
iste sermo a tribus personis et a tribus regibus eter-
nis inseparabiliter facta/ est dei verbi et dei sermo-
nis incarnatio/ vel possumus dicere/ quod dicitur pluraliter
venisse a regalibus sedibus/ quia secundum utramque naturam
a regalibus sedibus processit/ nam secundum naturam divinam
processit a regali sede regis eterni/ secundum vero humanam
naturam processit a regali sede davidica cum secundum
corpus et secundum animam ex davidica stirpe sit generatus
[illegible] semine Matheus suo ewangelio
iniciavit. ¶ Fuit ergo persona incarnata omnipotens sermo
in nostrorum morborum curatione/ Fuit exiliens de
celo in nostre humanitatis assumptione/ et venit a
regalibus sedibus in operibus incarnationis operatione
/ et sic habuit persone in natura excellenciam ¶ Tercio
habuit fructuosam clemenciam/ Habuit autem utili-
tatem contulit nobis dei filius ex hoc quod
naturam humanitatis assumpsit/ quia tamquam durus
debellator in mediam terram exterminii prosiliit
ad nostrorum inimicorum debellationem/ Unde super illo
verbo ps. Exterminavit eam aper de silva et
singularis ferus depastus est eam dicit glossa Aug.
quod aper de silva fuit Christus/ qui venit de in silva
iuxta illud/ invenimus eum in civitate id est in Be-
thleem natum/ invenimus eum in campis silve
id est in fide gentilium/ talis est aper terram id est homines
terrenos ut in terra habitantes exterminat/ diabolo
qui eos possidebat a cordibus abiciendo/ ad cul-
tum unius dei eos revocando/ et tunc exulta-
verunt omnia ligna silvarum a facie domini quia
venit in similitudinem imperii dei patris portans ad
nostros iudicandos discussionem/ Unde super illo verbo ps.
Da imperium puero tuo et salvum fac filium ancille tue
dicit Aug./ quod ista est peticio filii dei petentis
patrem/ da imperium id est potestatem iudicandi in
corpore innocenti qui sum filius ancille tue
ad humilitatem quo fuit tua ancilla cum dixit
Ecce ancilla domini/ quod sic factum est/ quia
positum est imperium dei patris super humerum eius

eius / et vocatus est deus fortis pater futuri seculi
princeps pacis propter discussionem rectam iudiciorum
quia ipse non secundum visionem oculorum iudicabit / neque
secundum auditum aurium arguet / sed iudicabit in iusticia
pauperes ut scribitur ysa xi / Potestas in terra tange-
bat celum quia adcelestum et terrestrium in unius
persone copulacione / quia celestia et terresta siue diuinitas
et humanitas in una persona fuit vnita Ita quod potestas
in terra per humanitatem incarnatorum tangebat ce-
los per diuinitatem / Sic iubente erat diues
et pauper continua quo extremum tanquam dominus debel-
lator saluator perpetuum / adiutor in nutorum
debellator / in statu impiorum dei pedes portat
ad nidos iudiciorum rectum discussionem / potestas in terra
tangebat celum quia ad duarum naturarum in una persona
copulacionem / Ex quo fuit dei filii incarnato
fructuosa clemencia / Lectio inceptionis nostre
textum ewangelii beati mathei de hac incarnacione
tractauit breuiter et succincte exponere / et post-
modum aliquas primo questiones et dubitaciones summatim
recolligere / ut facilius ab auditoribus capiantur
fructuosius grates / et fortius retineantur / adiuuan-
te ipso domino ihesu christo cui est semper honor et gloria
in secula seculorum amen Lectio prima

Liber generacionis ihesu christi filii da-
uid filii Abraham / Abraham ge-
nuit ysaac / ysaac autem genuit Jacob Jacob
autem genuit Judam et fratres eius
Secundum Crisostomum totum ewangelium in viii partes principales
diuiditur / quia primo ewangelista determinat de christi natiuitate
et eius generacione / Secundo de ipsius natiuitatis manifesta-
cione / Tercio de eius baptismi recepcione / Quarto de eius
a diabolo temptacione / Quinto de eius doctrine illumina-
cione / Sexto de miraculorum operacione / Septimo de eius fruc-
tuosa passione / Et viii° de eius resurreccione et ascensione /
2^a ibi Cum natus esset ihesus in principio 2^i capituli / 3^a ibi
In diebus autem illis in principio 3^i capituli / 4^a ibi / Tunc ductus
est ihesus in desertum in principio 4^ti capituli / 5ta ibi Videns autem
turbas in principio 5^ti capituli / 6^a ibi Cum autem descen-
disset de monte in principio 8^i capituli / 7^a ibi Et factum
est in principio 26^i capituli / 8^a ibi Vespere autem in principio
28^i capituli / Presens autem capitulum / ubi ewangelista
determinat de christi natiuitate et generacione diuiditur in
partes duas principales / quia primo narrat per
quem modum christi generacio in antiquis patribus

promittiata / 2° narrat per quem modum est in opere
et in effectu executa mandata 2^a ibi christi autem
generacio sic erat / Prima autem pars principalis totum diui-
ditur in partes 4^or secundum quas facie 4^or leccio
vsque ad secundam partem principalem assignatam / quia primo
ewangelista determinat de qua gente et de quo populo
christus secundum carnem est natus / 2° de qua tribu
3° de qua stirpe et de qua parentela / 4to de quibus
parentibus proximis 2^a ibi Judas autem / 3^a ibi Da-
uid autem rex / 4^a ibi Et post transmigracionem Ba-
Dicit ergo / Liber generacionis submittitur / hic est liber
generalis
generacionis ihesu christi / id est saluatoris / non ade
proditoris de quo legitur Gen v^to / hic est
liber generacionis Ade / Et dicit ihesu christi propter
diuinam et humanam naturam / vel ad differenciam
aliorum qui sic vocati sunt / Nam ihesus vocatus
est filius syrach qui composuit librum ecclesiastici
ihesu christi mediatoris filii dauid / filii abraham / ordo
posterus secundum verbum per nomen commutatus
quia si primo posuisset abraham et postea dauid /
rursus repetendus erat abraham ut genera-
cionis series texeretur / Oportuisset ei dicere
Liber generacionis ihesu christi filii abrahe
filii dauid filii abrahe / Vel ideo premisit
dauid / propter regalem dignitatem / Unde dicit Cris
quod dignitas regum maior est quam nature / Ideo licet
Abraham fuit prior dauid tempore / ipse tamen dauid prece-
bat abraham dignitate / Et tunc exposuit
ewangelista seriem et ordinem generacionis christi incipiens
ab ipso Abraham / quia primo meruit testimonio fidei
et primo facta est sibi de christo repromissio secundum augustinum /
dicens Abraham genuit ysaac / ysaac autem
genuit Jacob / non posuit hysmahelem qui fuit
primogenitus abrahe / nec esau qui fuit primogenitus
ysaac / quia secundum glosam / isti non potuissent precipere
ad dauid ex cuius semine christus secundum carnem erat
nasciturus / Vel ideo istos duos non posuit
quia non permanserunt in cultu unius dei / Eorum
autem fratres iude in generacione saluatoris nominat
dicens Jacob autem genuit Judam et fratres eius
et hoc secundum glosam / quia dato quod multi ex eis fuissent
nati ex ancillis / tamen omnes fuerunt patriarche
et tribuum principes / patet quod ex quo populo

vel mediator est
secundum humanitatem
nam tamen
vel ro. i
filii est ei ex
semine dauid
secundum carnem

et ex qua gente xpistus natus est / quia ex gente hebrea
et ex populo hebraico. Nam secundum Augustinum hebrei ut dicunt
sunt ex abraham, vocati sunt appellati sunt ab
illo qui heber vocabatur. Et quia abraham primus
cuius xpistus descendit secundum carnem / patet quod de populo
hebraico et gente hebrea natus est dominus noster /
¶ Est autem considerandum quod secundum Crisostomum duplex est ratio
quare ewangelista post abraham posuit ysaac / et
Jacob in generatione xpisti et tacuit ysmahelem
et esau. Prima propter expressiorem misticam significationem.
Nam ysaac interpretatur risus / quia gaudium et leticia
fuit parentibus cum in vetula senectute donatus est
eis / potissime quia de sterili natus fuit non filius
nature sed gracie / et xpistus de iudea virgine natus
risus et gaudium fuit vniuerso mundo / ambo
super cursum nature generati. Jacob autem quod interpretatur
subplantator / quia subplantat vicijs xij filios
vel patriarchas generauit / et xpistus subplantator
diaboli xij apostolos verbo vite genuit. ¶ Secunda
propter tacitam notam superbie et elacionis / quia primogeniti
propter primogenituram que eis debebatur superbi esse
consueuerant / ideo ut nulla superbie elacio
in xpisti generacione ponatur primogeniti abrahe et
ysaac sub silencio preteriuntur. ¶ Sed hic
possunt esse quinque dubitaciones. ¶ Prima vtrum
iste liber beati Mathei debeat dici liber ewangelij
ihesu xpisti vel liber generacionis ihesu xpisti. ¶ 2a
vtrum caro assumpta a dei filio per generacionem temporalem
fuerit ex semine dauid. ¶ 3a vtrum xpistus secundum hu-
manam naturam quam assumpsit debeat dici filius
dauid et habrahe. ¶ 4ta vtrum corpus xpisti fuerit
sortitum de terra sicut aliorum corpora. ¶ 5ta vtrum
modus narrandi quem tenuit matheus in generacione
xpisti sit conueniens modo quem tenuit Lucas.
¶ Ad primam igitur dubitacionem est dicendum / quod Augustinus contra
faustum dicit faustum fuisse istius opinionis
quod ewangelium xpisti a predicatione eius incipit / quia
ewangelium idem sonat quod bona nunciacio. Autem quia
quod incipit narrare in predicatione doctrina propria ewangelium
dici non debet / Item quia ad solum xpistum generacionem accepit
narrandam / non fuit ausus dicere liber ewangelij
ihesu xpisti / sed liber generacionis ihesu xpisti.
Marcus non et Johannes quia incertum non fecerunt
de dauid et joseph et maria qualiter ex hominibus
esset natus simpliciter inceperunt / ewangelium Marcus
enim dicit Inicium ewangelij ihesu xpisti dei / et Johannes
dicit In principio erat verbum / hanc opinionem
Augustinus reprobat / quia si liber vbi narratur generacio
xpisti ex semine dauid non dicetur liber ewan-
gelij / apostolo non possemus credere dicenti Me-
mor esto dominum ihesum xpistum resurrexisse a mor-
tuis ex semine dauid secundum ewangelium meum / et hic erat apostolus
quod omnium aliorum erat. ¶ Iam autem quare matheus
potius dixit liber generacionis ihesu xpisti quam liber ewan-
gelij ihesu xpisti assignat Crisostomus dicens quod hoc est
totius dispensacionis radix omnium bonorum nostrorum
deum hominem factum esse / quia hoc facto
alia secundum racionem sequebantur et predicacio et passio
et resurreccio et ascensio. ¶ Ad secundum est dicendum
quod si xpistus non sumpsisset carnem ex semine ade
a(dam) descendente duo inconueniencia sequerentur.
¶ Primo quod tota humana natura non esset a corrup-
cione liberata. Nam secundum damascenum in tractatu
dei filius adhuc est factus ut ipsa que cecidit
et peccauit natura vinceret eum qui decepit tyrannum
et sic a corrupcione fuit liberata / Fuit autem caro
humana corrupta in adam peccato eius et in omnibus
qui ex semine eius nascituri erant / si igitur xpistus
ex semine ade carnem non assumpsisset non fuisset
omnis caro humana ex semine eius purgata
sanata et curata. Vnde dicit Augustinus super Gen(esim)
quod xpistus fuit in adam secundum corpulentam substanciam
quia corpus beate virginis ex cuius purissimis
sanguinibus xpistus visibilem carnem et corpu-
lentam substanciam accepit eo modo sortitum est sicut
sorta sunt omnia corpora ex semine descendencia.
¶ Secundo sequeretur quod xpistus non eiusdem nature esset et
eiusdem speciei nobiscum / quia secundum Augustinum omnes homines
ex semine ade descendentes sunt eiusdem nature et
speciei. Si igitur xpistus naturam non assumpsisset ex semine
ade descendente / non fuisset eiusdem nature nobiscum
et sic nos non liberasset per eius incarnacionem
quia secundum augustinum si non fuisset passus et mor-
tuus non fuisset homo / et si non fuisset
homo non fuisset liberatus homo. Quare ewangelista
non dixit liber generacionis ihesu xpisti filij
ade / sicut dixit filij dauid filij abrahe / sancti
doctores dicunt hoc ideo fuisse / quia

ad hos duos de xpo facta e spalis pmissio
q ex semine eorum debebat nasci. ¶ Ad tercium
dicendum q questio ptanto videtur esse dubia
quia joseph sponsus virginis usque ad quam
ewangelista seriem generationis ihu xpi deducit ni-
chil fuit operatus in concepcione xpi eo q bta ma-
ria virgo concepit / virgo quoque peperit et q non
ppter aliud xpus dicatur filius / nisi q joseph
sponsus virginis fuit de familia et parentela
david / ex quo nichil in concepcione eius operatus
fuit / non videtur q filius david debeat nominari
et potissime dubitacio ex hoc videtur fortificari
q btam mariam non videtur fuisse filiam david
cum legitur luc 1o fuisse cognatam elisabeth
dicente angelo Ecce elisabeth cognata tua
Planum est autem q elisabeth non fuit filia da-
vid sed de filiabus aaron ut dicitur Luce p°
quia aaron non fuit de tribu iuda sicut fuit
david ymo de tribu levi / Si igitur neque ex joseph
nec ex virgine xpus possit ex david non
videtur q eius filius debeat nominari. ¶ Ad
hoc igitur possumus sic videre / q aug in libro
de consensu ewangelistarum ubi ad hanc dubita-
cionem facit contra quoque ondit xpum filium david
posse appellari per hoc quod ex joseph qui fuit
pater xpi putativus / Nam sed aug est verum
coniugium ubi pari consensu continencia servatur
[illegible] igitur joseph non cognovit virginem
copulacione carnali sed solum consensu casto mari-
tali verus maritus virginis et verus pater
xpi poterat nominari / presertim cum quis pater
alicuius appellari possit / quem ex ppa uxore
non habet procreatum / sed aliunde adoptatum
Ait Johes non dicit / dedit eis ptatem filios
dei fieri / sicut augustinus ibi dicit / Et q du-
bium non est joseph fuisse de domo david / indu-
bium non debet venire q post generationem natam
quam assumpsit potest eius filius appellari
ppter aut virginis eodem modo / q sed quod aug
ibi dicit ipsam quoque btam mariam aliquam
consanguinitatem ex stirpe david duxisse / du-
bitare utique non debemus q orta est ex
tribu juda et clara de stirpe david Cognata
aut elisabeth potuit nominari vel appellari p
angelum / q pater ipsius elisabeth aliqua
uxorem potuit habere de stirpe david ratione cuius
bta maria que de domo david erat eius cog-
nata dicitur. Vel et pater marie consistens
de familia david sumpsit uxorem de stirpe
aaron de cuius semine dicitur fuisse elizabeth.
Ppter quod ex utroque xpus sed carnem dicitur filius
david et ex semine eius natus ¶ Ad quartam
est dicendum / q corpus xpi in bta virginis matris
de purissimo eius sanguine et de illa ma-
teria est formatum eadem quantum est ex parte
matris sicut formantur corpora aliorum hominum / quia
bta virgo totum dedit et totum administravit
ad formacionem corporis xpi quod debet dare et
administrare vera mater / quia ipsa vera mater
xpi fuit solum modus formandi fuit dissimilis
quia formacio aliorum fit per semen maritale
formacio autem corporis per virtutem spus sci
et quia in illa materia et in illa sba virginis formatur
corpus humanum in utero matris dicitur terra
generativa / ideo xpi corpus sicut corpora aliorum
dicitur de terra esse formatum / unde super illo verbo veri-
tas de terra orta est / exponit aug in psalmo
xpi dicens q xpus qui est via veritas et vita
orta est quantum ad corpus de terra quia de femina
corpus eius est factum est. vero quia per peccatum pri-
mi hominis terra ipsa fuit maledicta in pena
illius peccati unde gen 3o maledicta terra
in opere tuo super quo verbo dicit glo. q terre
maledixit deus non aquis / quia homo
quia de fructu terre contra vetitum et contra
preceptum dei primus homo manducavit non de
terre fructu aquali / Sicut ergo terra maledicta erat
ut xpus non de terra maledicta sed de terra be-
dicta nasceretur et ex benedicta corpus de terra
benedicta formaretur / necesse fuit q terra illa pu-
ta bta virgo de qua corpus xpi formatum est be-
dicetur et sanctificaret / sic factum est quia
benedicta et sanctificata fuit in utero matris sue
antequam nata et pre modum fuit benedicta et sanc-
tificata quia fuit ab angelo nunciata virginis sed
illo verbo Benedicta tu. Benedixisti domine terram tuam
dicit glo. q terra que olim per peccatum ade
fuit maledicta per natum xpi fuit benedicta
¶ Ad v am est dicendum q sed aug

in libro 2° de co[n]s[ens]u ev[an]g[elist]e q[uod] in q[ua]tuor potis
sime videt[ur] ee controu[er]sia int[er] Matheu[m] et
Lucam i[n] narrando seriem g[e]n[er]ac[i]onis xpi
p[rim]o in p[at]re ip[s]i[us] Joseph sponsi Marie q[uia] Ma[theus]
dicit Jacob fuisse p[at]rem Joseph Lucas v[er]o
dicit q[uod] fuit Hely. Secu[n]do in modo loque[n]di
q[uia] Ma[theus] dicit Jacob aut[em] ge[nuit] Joseph virum
Marie Lucas v[er]o ait q[ui] fuit Heli qui
fuit Joseph. Tercio i[n] nu[mer]o p[er]sonar[um] quia
Matheus xl p[er]sonas i[n] serie g[e]n[er]ac[i]o[n]is ihu
xpi ponit incipiendo ab Abraham usq[ue] ad
Joseph viru[m] Marie non numerando ip[su]m xp[istu]m
ut Jeconiam cui[us] p[er]sona bis repeti[tur] q[uia] poit[ur]
finis g[e]n[er]ac[i]o[n]is p[re]cedentiu[m] t[ra]nsmigr[aci]o[n]e[m] Babilo
nis sc[ilicet] p[ri]n[cipiu]m seque[n]tium cu[m] ig[itur] ter xiiii
sint xlii si auferi[tur] g[e]n[er]ac[i]o ipi[us] xpi et Jeconias
s[e]cu[n]do remanet in p[ro]pcto xl. Lucas vero
ponit p[er]sonas lxxvii. Q[ua]rto in m[od]o numera[n]di
q[uia] Matheus incipit ab Abraham desce[n]de[n]do
usq[ue] ad xp[istu]m. Lucas v[er]o incipit a baptismo
xpi ascendendo usq[ue] ad Adam. Primam ig[itur]
controu[er]siam sic solvit Aug[ustinus] dicens Jacob fuit
p[at]r Joseph p[er] g[e]n[er]ac[i]o[n]em carnalem, sed Heli fuit
eius pater p[er] adopc[i]o[n]em sp[irit]ualem. Matheus
ergo posuit p[at]rem carnalem, Lucas p[at]rem
sp[irit]ualem. Secundam sic solvit dicens q[uod] Ma[theus]
narrat seriem g[e]n[er]ac[i]o[n]is p[er] qua[m] nascimur
carnalit[er] et p[er] qua[m] habemus ee corp[or]ale q[uo]d
magis e[st] no[n] ee q[uam] ee ideo dicit genuit,
s[ed] Lucas narrat seriem g[e]n[er]ac[i]o[n]is p[er] qua[m]
renascim[ur] sp[irit]ualit[er] et p[er] qua[m] h[ab]em[us] simp[licite]r
ee ideo dicit q[ui] fuit. Terciam sic solvit
dicens q[uod] Ma[theus] g[e]n[er]ac[i]o[n]em xpi regiam assumpsit
narrandam, cui[us] reg[i]m[en] co[n]tinet nu[mer]o xl
describit q[uia] xl diebus remansit, xl
diebus cu[m] discipul[is] suis p[ost] r[esurrecti]o[n]e[m] eius sc[ilicet]
regem regnaturu[m] p[ro]bavit et p[ro]b[a]b[i]l[ite]r sud[or]e
m[ai]or ev[an]geliorum cu[m] dixit p[re]cepit nos re
gendos ee in virga ferrea suis pastorib[us]
mandavit. S[ed] Lucas assu[m]psit narrandaz
seriem generac[i]o[n]is xpi no[n] ut fuit rex
sed ut fuit sacerdos ideo posuit lxxvii
q[uia] xp[istu]s dixit Simo[n]i sacerdoti querenti
si dimitteret p[e]cc[a]tu[m] usq[ue] septies. No[n] dico

tibi usq[ue] septies, sed usq[ue] septuagesies sep
ties. Et ex hoc Augustin[us] solvit q[ua]r[t]a[m] q[uia] ex
quo Ma[theus] narrabat xpi g[e]n[er]ac[i]o[n]e[m] ut fuit
rex regens nos in hac vita moribus et exe[m]
plis incepit ab Abraham desce[n]dendo. Sed
q[uia] Lucas narrabat xpi g[e]n[er]ac[i]o[n]e[m] p[ro]ut
erat sacerdos cui[us] e[st] officiu[m] p[er] administrac[i]o[n]e[m]
sacramentor[um] mundare, incepit a baptismo
xpi ascendendo ut mundati et purgati
a p[e]cc[a]to deo reco[n]ciliemur. Leccio s[e]c[un]da

Iudas aute[m] genuit Phares et Zara
de Thamar. Phares aut[em] genuit
Esrom. Esrom aut[em] genuit Aram.
Aram aut[em] genuit Aminadab. Ami
nadab aut[em] genuit Naason. Naason
aut[em] ge[nuit] Salmon. Salmon aut[em] g[enui]t Booz
de Raab. Booz aut[em] g[enui]t Obeth ex Ruth.
Obeth aut[em] genuit Yesse. Yesse aut[em] g[enui]t
David regem. Postq[uam] ev[angelist]a o[stendi]t de qua
gente et de quo p[o]p[u]lo xp[istu]s erat nasciturus
q[uia] de gente et p[o]p[ul]o Hebreor[um] iuxta ista ut s[upra]
declara[tur] o[stendi]t de qua tribu ip[s]e xp[istu]s natus e[st].
Ad cui[us] intellectu[m] e[st] sciendu[m] q[uod] s[ecundu]m Crisost[omum]
cu[m] Jacob xii filios habuisset, dato q[uod] aliq[ui]
fuissent nati ex uxoribus aliqui no[n] ex
ancillis et aliqui essent primogeniti
et aliqui s[e]c[un]dogeniti, o[mn]es t[ame]n fuit patriarche
et tribuu[m] principes. No[n] sufficiebat ig[itur]
ev[angelist]e dice[re] q[uod] xp[istu]s nascitus erat ex p[o]p[ul]o
hebreor[um] nisi dicat de qua tribu nasciturus
erat. Ideo p[re]termissis aliis filiis Jacob
et aliis tribubus hebrayca et ysrahelitica p[o]p[u]li
accepit Judam q[uia] ex eius tribu salva
tor n[oste]r natus e[st]. Sic aut[em] Judas aut[em] ge[nuit]
Phares et Zara de Thamar q[ue] fuit nur[us]
ip[s]ius Jude. Huius p[ri]mogenitu[m] ei[us] i[n]duit q[ui] f[uit] her.
her
Quo mortuo duxit Judas s[e]c[un]dogenito ei[us] f[ilio] onam
ut ingrederet[ur] ad eam et suscitaret semen
fr[atr]is sui. Qui noluit, immo ut filii no[n]
nascerent[ur] nomi[n]e fr[atr]is sui seme[n] fundebat
in terram et hoc invidia fecit, quia s[ib]i
no[n] nascebant[ur] filii ut scribit[ur] Gen[esis] 38
p[ro]misit ergo Judas dare Thamar filiu[m] suu[m]
ip[s]e

onam
[pri]mogenitu[m] q[ui] p[ro]p[ter] rem qua[m] agebat detesta
bilem [percussus] mortuus erat / 2 q[uia] pro
missum Judas no[n] obs[er]vavit / ipa thamar
pone[n]s se i[n] loco com[m]uni / ubi meretrices sta[re]
co[n]sueverunt / supposuit se Jude socero suo
qui uno co[n]cubitu genuit istos duos fili
os phares et zara / . anteq[uam] intra[re]t egyptu[m]
postmo[dum] v[er]o i[n] egypto ip[s]e phares g[enuit] esron
qui s[ecundum] glo[sam] i[n]terp[retatur] sagitta / et multu[m] co[n]g[ru]e
q[uia] phares i[n]terp[retatur] divisio / postq[uam] e[nim] homo
i[n] se s[e]p[ar]atus et divisus e[st] a vicijs et p[e]cc[at]is
d[ebet] i[n] alijs vicia et p[e]cc[at]a s[icut] q[ua]si sagitta dividere
et virtutes plantare / Esron aut[em] ge[nuit]
Aram / qui i[n]terp[retatur] electus q[uia] talis q[ui] e[st]
a vicijs divisus et i[n] virtutib[us] pla[n]tatus
adeo electus e[st] / Aram aut[em] g[enuit] Aminadab
qui i[n]terp[retatur] spo[n]taneus / q[uia] spontanea d[ebet]
e[ss]e fuga viciorum et p[ro]secucio virtut[um] / Ami
nadab aut[em] g[enuit] naason et s[ub] tu[n]c moyses
edux[it] p[o]p[ulu]m israeliticu[m] de egipto / q[uia] iste na
ason fuit dux sub moyse i[n] tribu Juda p[er]
desertu[m] / et i[n] deserto naason g[enuit] salmon
qui fuit p[r]inceps i[n] tribu Juda / qui cu[m]
Josue terra[m] p[ro]missionis i[n]travit / ut glo[sa]
dicit / ubi g[enuit] Booz de Raab / q[ue] fu[it] meretrix
eu[n]tes i[n] Jericho / Cui[us] fidem videns iste
Salmon q[uia] exploratores filior[um] israhel
receptat et absconderat / ut nichil mali pa
teret[ur] / accepit eam i[n] uxore[m] tamq[uam] no
bil[is] i[n]t[er] filios isr[ah]el et p[r]inceps tribu Juda
Booz a[u]t[em] genuit obeth ex ruth q[ue] lic[et]
fuiss[et] gentilis et de p[o]p[ul]o moabitico p[ro]p[ter]
suam t[ame]n fidem meruit copulari ipi booz
Obeth aut[em] genuit yesse qui fu[it] bino
mi[us] / quia et vocatus y[s]ai. qu[ia] yesse u[t]
glo[sa] dicit / Et iste yesse g[enuit] david regem
No[m]i[n]at aut[em] ev[angelis]ta solu[m] david rege[m] non
obstante q[uod] multi alij fuerunt reges
ali[us] c[aus]a p[ro]p[ter] duo / p[ri]mo q[uia] ip[s]e p[ri]mus rex
fuit i[n] tribu Juda S[ecund]o q[uia] xp[istu]s ex ei[us]
stirpe nasciturus erat s[ecundu]m carne[m] ¶ Se[d]
hic possunt esse quatuor dubitaciones

P[ri]ma utr[um] Judas p[e]ccavit mortalit[er] cognosce[n]do
thamar nur[um] suam / qua[m] putabat esse
meretrice[m] ¶ Secu[n]da utr[um] accipe[re] uxore[m] no[n] p[ro]p[ter]
prolem s[ed] solu[m] p[ro]p[ter] delectacio[n]e[m] sit matrimo[niu]m
¶ T[er]cia utr[um] i[n]t[er] Booz et Ruth u[e]l i[n]t[er] fide
lem et infidelem possit e[ss]e l[egi]ti[mu]m matrimo[niu]m
¶ Quarta utr[um] adulteriu[m] u[e]l fornicacio sit
mai[us] p[e]cc[a]tum q[uam] furtu[m] u[e]l homicidium
¶ Ad p[ri]mu[m] e[st] dicendu[m] q[uod] t[em]p[or]e testa[menti] ve[teris]
mos erat vid[etu]r exc[us]are Judam a p[e]ccato
mortali / p[ri]mu[m] e[st] gen[esis] 38 ubi d[icitu]r q[uod] cu[m] Ju
das vellet fac[er]e co[m]buri thamar nuru[m]
sua[m] / audiens eam e[ss]e gravida[m] de alio
postmo[dum] cu[m] p[er] signa cognovit q[uod] ab
eo ip[s]o e[ss]et dixit justior me es id est
iustificata es ex me sicut h[abe]t litera he
braica / s[ed] s[ecund]m q[uod] iustificacio no[n] stat cu[m]
p[e]cc[at]o ¶ Secu[n]dum testa[men]tum deut[eronomii] 23 ubi h[abe]t[ur]
q[uod] no[n] erit meretrix de filiabus israhel
Sup[er] quo ubo dicit glo[sa] / Ad eas lex p[ro]
hib[et] accede[re] ubi e[st] venalis turpitudo
Cu[m] ig[itur] putavit Judas thamar e[ss]e
meretricem venialit[er] no[n] mortalit[er] peccavit
¶ T[er]ciu[m] testa[men]tum e[st] / q[uia] ip[s]e fuit patriarcha
sicut et om[n]es filij Jacob quor[um] vita om[n]ib[us]
post[er]is erat ponenda i[n] exemplu[m] / et sic no[n]
videt[ur] p[e]ccasse mortalit[er] ¶ Dicendum e[st] t[ame]n q[uod]
peccatum mortale e[st] p[er] quod p[ro]xim[us] ledit[ur]
u[e]l offenditur Sed p[er] quolib[et] actu[m] for
nicariu[m] offendi[tu]r p[ro]xim[us] / no[n] nat[us] sed
nasciturus / q[uia] p[ro]les nata statu[m] indiget
educacione et nutricione qua[n]tu[m] ad corp[us]
do[ne]c p[er]veniat ad debitam co[m]pleccione[m]
/ et instruccione ac informacione adultu[m] de[i]
q[ua]m ad a[n]i[m]am p[ro]pter que duo requirit[ur]
maris et femine indissolubilis et p[er]petua
cohabitacio et ip[s]ius prolis certificacio Ideo
vagus et fornicarius co[n]cubit[us] est
peccatum mortale / Et q[uia] Judas exegit cu[m] no
[min]a vago et fornicario co[n]cubitu mor
taliter peccavit / Et q[uod] aut[em] dix[it] Justior
me es glo[sa] exponit i[d est] m[in]us p[ro]p[ri]e thamar · Judas mor
talit[er] peccavit

quam minus peccavit quam iudas eo quod propter prolem fornicata est quia non ex alio quam viro voluit quam ex eo ex quo maritus sibi debebatur. Iudas autem solum causa delectationis fornicatus est. Titulo non super illo textu corrupta est. Debet enim dicere ubi est venalis turpitudo quod ipse est meretricum turpitudo venalis. Nunc debemus iudam et alios filios Jacob dato quod fuerint patriarche excusare a peccato mortali cum consenserit in necem Joseph fratris eorum. Ideo dicendum est quod Judas mortaliter peccavit. ¶ Ad secundum est dicendum quod aliud est querere utrum delectatio libidinosa faciat virum et uxorem peccare mortaliter et aliud est querere utrum talis delectatio qua intendunt absque filiorum procreandorum intentione faciat inter eos non esse matrimonium quia si queritur an talis delectatio libidinosa faciat virum et uxorem peccare mortaliter, dicendum est quod si talis delectatio tollat ordinem finis ultimi ita quod talis contra preceptum dei non dimitteret quin vellet sic delectari cum uxore sua vel cum alia dato quod uxor sua non esset, peccatum mortale esset quia hoc modo delectatio ista non stat infra terminos et limites matrimonii. Si autem talis delectatio stat infra terminos et limites matrimonii ita quod licet cum illa nunc ista vellet sic delectari si uxor non esset tunc dato quod filiorum procreationem non intendat in actu illo venialiter peccat sed non mortaliter quia post peccatum primorum parentum matrimonium non solum fuit in officio nature propter procreationem prolis verum et fuit in remedium contra delectationis et vitande fornicationis. Sed si queratur an delectatio libidinosa qua intendunt vir et uxor absque filiorum procreandorum intentione faciat inter eos esse matrimonium, Dicendum est quod si vir et uxor filiorum procreationem non intendunt sed solum delectationem vel hoc contingit propter impotentiam quia forte senes sunt debiles vel infirmi ardorem tamen libidinis habent sed minime possunt generare vel hoc contingit propter inordinatam concupiscentiam quia multa incontinentia more [illegible] coeuntes et mutato ordine nature procreationis eorum uxoribus abutuntur ut dicit Augustinus et habetur 32 q. ii. ex quo sequitur impedimentum prolis procreande, quamvis hoc non intendat, vel hoc contingit propter affectatam maliciam coniugum (aut unius ipsorum) quia forte vir semen effundit in terram vel alibi quam loco proprio quia deputato sicut fecit filius iuda de quo dictum est supra vel forte alio ut eis filii non nascantur. In hac malicia conveniunt vel hoc contingit propter premissam nequiciam scilicet quia forte premiserunt venena sterilitatis procurare et prolem conceptam destruere. Primis duobus modis non intendentes procreationem prolis non tollit matrimonium quamvis peccatum committatur quia sicut dicit Augustinus 2 pars 32 q. ii sicut habere concubinam cum prolis procreande non facit concubitum esse matrimonium sic habere uxorem causa libidinis explende non prolis procreande non facit concubitum esse fornicarium. Sed aliis duobus modis coniuges qui vitant vel nolunt sibi nasci filios vel aliquo malo opere agunt ne nascantur non invenio dicit Augustinus 2 pars 32 q. ii. supra dicta quo has nuptias appellare possimus quia inter matrimonium tales ne dissolvat [illegible] et impedimentum. ¶ Ad tertium est dicendum quod hanc dubitationem movet ambrosius in textu. Dicens, querendum esse quo Ruth in generatione Christi meruit nominari quia cum lex moysi prohibet expresse ne iudei ducerent mulieres moabitidas in uxores inter eam et Booz qui iudeus erat licitum matrimonium esse non poterat et inconveniens videtur quod salvator noster de illegitima quam natus sit. Ad quod dicendum quod Ruth pro merito fidei sue nupsit booz quia deos patrios suos repulit et deum viventem elegit et booz filius pro merito fidei sue accepit eam in uxorem. Quibus ex tali coniugio sanctificata genus nascetur regale (nutu dei quod qui est super legem dicitur) matrimonium contractum est regulariter tamen et universaliter est dicendum quod infidelitas precedens matrimonium impedit primum ne contrahatur et dirimit iam contractum et hoc multum convenienter propter duo. Primo propter prolis periculosam educationem cum enim proles sit educanda ad cultum dei per utrumque parentem, periculum esset quod alter coniugum esset

Ruth.
Boez.

infidelis ne puer educanda ad suum ritum
traheret. Secundo patet per hoc quod coniugium fidelis cum in-
fideli facile eum vel coniugem pertrahit ad alterius
partem. Unde 3 Regum xi scribitur quod Salomon
propter mulieres moabitidas quas adamavit
ydola adoravit, de quibus specialiter mandatum
erat ne filii Israel acciperent in uxores eas.
Ad quartum dicendum quod furtum homicidium
et adulterium vel fornicatio inter se sunt peccata
mortalia quia per ea proximus leditur quem per preceptum dei debemus
sicut nos diligere, magis autem offenditur
(Ad 4 per homicidium) proximus per homicidium quam per furtum, tollitur enim vita
hominis in se, sed per furtum solum subtrahuntur illa
per que vita hominis conservatur. Unde Ecclesiastici
34: panis egentium vita pauperis est, qui defrau-
dat illum homo sanguinis est. Similiter magis leditur
proximus per fornicationem et adulterium quam per furtum
quia in semine hominis ex quo proles organizatur
et formatur est homo in virtute et in potentia propinqua,
unde dicit philosophus in libro posteriorum quod in semine hominis ex
~~quo proles organizatur~~ est quodam modo ipse
homo virtualiter et in potentia propinqua consistit in
eo, in rebus autem exterioribus homini vita hominis
consistit in virtute et potentia magis remota. Unde
per inordinatam emissionem seminis que inordinata
emissio est in fornicatione et adulterio tollitur
vita prolis ut est homo in potentia propinqua. Per furtum
vero et subtractionem rerum exteriorum tollitur
vita hominis magis in potentia remota, minus tamen
offendit proximum per fornicationem et adulte-
rium quam per homicidium, tollitur enim per homicidium
vita hominis in actu, sed per fornicationem tantum
tollitur vita hominis in potentia. Ideo concludendum est
quod fornicatio vel adulterium est maius peccatum
quam furtum et minus quam homicidium. Nec obstat
quod furtum magis punitur per leges quam simplex
fornicatio, quia non semper leges maius peccatum
magis puniunt, sed illud magis puniunt quod
evidentius in nocumentum reipublice videtur re-
dundare, magis enim puniunt homicidium
quam periurium et tamen periurium est maius peccatum
quam sit homicidium. Lectio tercia

David autem rex genuit Salomonem ex ea
que fuit Urie. Salomon autem genuit
Roboam. Roboam autem genuit Abiam. Abias
autem genuit Asa. Asa autem genuit Iosaphat. Iosa-
phat autem genuit Ioram. Ioram autem genuit Oziam.
Ozias autem genuit Ioatham. Ioatham
autem genuit Achaz. Achaz autem genuit Ezechiam. Eze-
chias autem genuit Manassen. Manasses autem
genuit Amon. Amon autem genuit Iosiam.
Iosias autem genuit Iechoniam et fratres eius in
transmigratione Babilonis. Iuxta superius
dictum est, ewangelista determinat de qua stirpe et
de qua parentela salvator noster natus est secundum car-
nem. Traxit enim originem dominus noster tam ex
putativo patre quam ex virgine matre de pa-
rentela et stirpe davidica regali. Unde dicit
quod David rex, primus enim fuit rex in tribu
Iuda, genuit Salomonem ex ea que fuit Urie.
Sciendum autem quare uxorem Urie de qua natus
est Salomon non nominat nomine proprio sicut
nominavit alias mulieres suppositas Ruth et
Raab. Secundum Remigium est ista quia ille mulieres
supposite dato quod reprehensibiles fuissent
tamen laudabiles fuerunt in virtutibus, sed ipsa
Bersabee uxor Urie non solum fuit conscia
adulterii sed et homicidii mariti sui, ideo
proprio nomine ewangelista eam non nominat in genealogia
salvatoris. Ponit autem ewangelista xiiii generationes
fuisse a David usque ad transmigrationem
Babilonis, non computato Ieconia, excepto quod
tres reges fuerunt post Ioram qui in genealogia Christi non
ponuntur. Et tamen hii tres fuerunt secundum Ieronimum quia Ioram (scilicet Ochosias, Ioas et Amasias)
immiscuit se semini impiissime Iezabel
accipiens filiam Achab in uxorem ut habetur
4 Regum 8. Ideo usque tertiam generationem eius memoria
tollitur ne in sancte nativitatis ordine ponerentur.
Sed quia ewangelista hic agit de origine Christi ex
regali progenie et ex davidica stirpe, ideo
queruntur super ista 4or questiones. Prima utrum
filii sint nobiliores parentibus. Secunda utrum me-
lius sit esse nobilem quam divitem. Tercia utrum de-
cens fuerit Christum nasci ex nobili progenie. Quarta
utrum fuerit decens Christum nasci ex stirpe davidica.
Ad primam dicendum quod nobilitas naturalis non
est aliud quam progenitorum ac divitiarum antiqui-
tas, sed forte theologicalis non est aliud quam proge-
nitorum morum virtuositas. Quia dato quod aliquis
possideret ex progenitoribus temporalibus divitias an-
tiquatas, tamen si illi progenitores non fuissent
per divitias illas operati opera virtuosa et non
fuissent inter illos progenitores virtute insignes

et potentes virtuose operantes, non debent
ex talibus progenitoribus geniti forte simpliciter
nobiles appellari. Utroque autem modo possumus
dicere quod filii sunt nobiliores parentibus et proge
nitoribus aliquibus qui precesserunt. Primo
loquendo secundum quod loquendo de nobilitate secundum quod
progenitorum divitiarum antiquitas nobilitat
sunt filii parentibus, quia quanto plures pertransi
erunt ante divites et potentes in aliqua gente
et in aliqua parentela, tanto minor est memoria
de paupertate et maior recordatio de di
vitiis et potentatu illorum progenitorum; quia
magis distant filii quam parentes a primo stirpe
te et a primo tritavo a quo omnes de illa gen
te et de illa progenie inceperunt ditari et in divi
tiis et potentatu nominari. Ideo quantum ad
hoc filii nobiliores sunt parentibus et ista
est sententia philosophi in libro rethoricorum quod nobilitas
maior est longe facta quam prope. Quia quanto ma
ior est distantia a primo parente, tanto maior
est nobilitas. Loquendo secundo de nobilitate secundum quod no
men eius est virtuositas, adhuc nobiliores sunt
filii quam parentes quia secundum philosophum eodem libro inpre
ditatum est quedam ineruditio divitiarum.
Nam inpre cum ditati nesciunt ferre bona for
tune et nesciunt uti divitiis et civili po
tentia ac aliis bonis fortune ad opera
virtuosa. Sed predictis cognitis et parentela
magna fuerunt se ipsos insignes et divi
tiis et honore ac civili potentia ac aliis
bonis fortune virtuose utentes, nolen
tes degenerare ab illis et consueti ab an
tiquo habundare in personis in quibus sunt
mores virtuositatis, ipsi ex hoc virtuose
operantur et nobiles appellantur, et tanto magis
filii quam patres quanto magis distant a inpre
ditatis et a inpre divitiis virtuose uten
tibus. ¶ Add(endum) ergo est d(icen)d(u)m quod aliqui inpre
ditati possunt esse divites qui non sunt
nobiles, quia non processerunt ex nobili gene
re et ex antiquitate divitiis virtuose opera
tibus. Similiter aliqui possunt esse no
biles qui ex nobili parentela processerunt

ex aliquo tamen infortunio non sunt divites vel
saltem non ita sicut sunt inpre ditati. De talibus
dicendum est quod dicit melius est esse nobilem vel di
vitem. Et hoc non est aliud querere nisi an mo
res nobilium sint meliores moribus divi
tum. Et possumus dicere quod philosophus 2o rethoricorum
narrat quomodo mores divitum esse peiores
moribus nobilium accipiendo divites ut de novo accep
ti sunt. ¶ Primo namque divites qui inpre ditati sunt
sunt communiter elati. ¶ 2o sunt contumeliosi. ¶ 3o sunt
intemperati. ¶ Quarto sunt aliorum despectores. ¶ Quinto
non sunt industres sed insensati. ¶ Sunt enim
divites communiter elati, quia divitie secundum dictum
vulgarium videntur esse quoddam pretium et quedam
dignitas omnium aliorum, ut philosophus ibi dicit. Divites
ergo habentes divitias ex hoc efficiuntur elati et
superbi, quia per tales divitias se posse habere pa
putant et dignitate omnium aliorum. ¶ 2o sunt
contumeliosi, quia nolunt videre alios excel
lere, et quia volunt quod alios excellant, se aliis
contumelias irrogant, ideo communiter sunt contumeli
osi. ¶ 3o sunt intemperati. Nam quia denarius est
quidam fideiussor hominis ad habendum quod quis
homo appetit, ex quo homines habundant nol
lent aliquid mali pati nec curant respicere
aliorum commodum sed se sunt insecutores pas
sionum. ¶ Quarto sunt despectores aliorum, quia non
putant divitias esse maxima bona, ideo alios
non habentes huiusmodi divitias communiter despiciunt
in superbiam elati. Unde cum quesitum esset a qua
dam muliere quid melius esset esse sapien
tem vel divitem, respondit quia videbat se divitum
ianuas frequentare sapientes et non econtra,
ut recitat philosophus 2 rethoricorum. ¶ Quinto sunt insensati
et non industres, quia dant se ocio et non curant
vacare doctrine et operibus virtuosis et confidunt
divitiarum quas putant maxima bona. ¶ No
biles autem secundum philosophum hos quinque pravos mores
communiter non habent. Primo namque non sunt elati,
quia ex quo consueti sunt ipsi et eorum progeni
tores habundare in divitiis et civili potentia
et eis bene usi sunt ex divitiis inpre acquisitis
non inflantur sed bene eis utuntur, ideo non
sunt elati. ¶ Non sunt contumeliosi, quia cum

nobilitati annexa sit magnanimitas / ex quo
nobiles sunt non curant per qualibet iniuria
vel per quolibet dicto vel facto contumeliam
irrogare / vel nulli contumeliam inferunt
magna vel magnum faciunt nocumentum /
quia paucorum sunt operativi magnorum tamen
et notabilium ¶ 2o non sunt intemperati quia
nobiles qui sunt in aliquo officio et cura
publice deputati / in tamquam persone ad quas
multi oculi respiciunt cogunt temperati et mo-
desti esse ¶ 3o non sunt aliorum despectores
quia divicias et temporalia bona non reputant magis
bona sicut bona anime ut scientiam et virtutes
conspicia indiviosius bonis fortune propter quod
alios virtuosos et sapientes non despiciunt
¶ 4ta sunt industres et strictes / quia ex regimine
et cura aliorum cogunt doctrine vacare et virtuosi
agere et diviciis bene uti / divites autem et nuper di-
tatus secundum philosophum est quidam sensus fortuna-
tus / excellences quoque quant loquendo sunt mores
nobilium moribus divitum et dicas contra
quia multi divites et nuper ditati tales pravos
mores non habent / Quod dicit philosophus sit intelli-
gendum ad inclinatorum quia divites ad tales
mores inclinatorum habent quam tamen vitare
possunt et pravis indicandi et divinum au-
xilium ¶ Secunda est ibi Nam tamen quia nobi-
lium precessimus in veteri lege aliqui parentes
nobiles dicebantur / 1o patriarche et sacerdotes
2o prophete / 3 tercio reges / Christus autem futurus
erat sacerdos / quia sibi dictum erat Tu es sacerdos
in eternum secundum ordinem melchisedech / futurus erat
propheta quia de eo dictum est filius ipsius propheticam
spiritualis sobolis describens verbis ipsum tamquam mo-
ysen audietis / qui audierit eum ego ultor existo
3o futurus erat Rex / ipso dicente ipse Ego
rex sum / unde cum ipso eodem pilato querenti
aut ostituit ipsum Rex Iudeorum / tamen ipse esse rex / non negavit sed dixit Tu dicis
quia rex sum ego / Decebat ergo Christum ex hac tripli-
ci nobilitate originem ducere / quia secundum carnem
descendit ex semine abrahe qui fuit patriar-
cha et sacerdos secundum glo. / et ex stirpe david
tamquam prophetica et regali / nam david rex
fuit et propheta velut spiritu sancto inspiratus

factum est quod tres evangeliste Christi quod ad humana-
nam assumptam notificare susceperunt sicut ordo
eorum evangelia inceperunt / quia mattheus incepit
a semine regali dicens Liber generationis ihesu Christi
filii david / marcus a vaticinio prophetali dicens
Inicium evangelii ihesu Christi sicut scriptum est in ysaia
propheta / lucas autem a sacrificio sacerdotali dicens fuit
in diebus herodis sacerdos quidam nomine zacharias
¶ Tercia est ibi Unde quod propter duo congruum fuit Christi
secundum carnem ex davidica stirpe originem trahere / primo
propter divine promissionis impletionem / 2o propter misti-
cam significationem / Decebat enim aliquem prophe-
tam david sic turpiter peccatum committendo adulterium
cum Bersabee et sic cum hoc perpetrando homicidium
viri eius interficiendo / quod post ex semine eius
nasci non debebat / quia conveniens non erat Christum
innocentem ex semine hominis sic peccatoris descende-
re propter quod nulla progenitorum Christi debuisset maio-
nari / Ut vere promissio facta david tamen de-
fructu ventris eius ponendus erat super se-
dem eius congruum fuit ex eius penitentia
nasci Christum / Et hanc rationem tangit glo.
super illo verbo Tibi soli peccavi et malum coram te feci
ut iustificeris in sermonibus tuis et vincas cum iudicaris
enim ita Ego david peccavi coram te ut tu
mittendo filium tuum de stirpe mea iustus ex
et copula tua mea non meis meritis tua pro-
missa complesse probaris / ut sic vincas cum
iudicaris ab omnibus meis dictis quod te non
debere implere promissum propter mea peccata
¶ 2o propter misticam significationem / Interpretatur enim
david manu fortis et significat Christum quia sicut ipse
goliam occidit sic postquam dyabolum interficeret cum in-
iuste iudicatus est / Et hoc modo alia glo.
exponit verbum supra allegatum dicens in persona to-
cius humani generis ipse david / tibi soli peccavi
et malum coram te feci ut iustificeris in sermonibus tuis
super omnes iudices iniuste iudicatus iudicaris
sic vincas ipsum dyabolum / cum iniuste iudica-
ris a pilato et a iudeis Lectio quarta
Et post transmigrationem babilonis Ieco-
nias genuit Salathiel / Salathiel autem
genuit zorobabel / zorobabel autem genuit abiud
abiud autem genuit eliachim / Eliachim autem

gaudere propter imminencia pericula ait tyrannus
Nec possum gaudere ego quod tot offendi
quod sepe video mortem pendentem michi imminere
Ideo tyrannorum est perturbari et tristari
de principatu et dominio aliorum ymo levis
nuncii fama perturbat et contristat eos
sicut dicitur Herodes ergo qui tyrannus erat
de ortu novi regis fortiter fuit turbatus

Tunc herodes clam *Leccio tercia*
vocatis magis diligenter didicit ab eis
tempus stelle que apparuit eis Et mittens eos
in bethleem dixit Ite et interrogate diligen-
ter de puero et cum inveneritis renunciate mi-
chi ut et ego veniens adorem eum Qui cum audissent
regem abierunt Et ecce stella quam viderant
in oriente antecedebat eos usque dum veniens
staret supra locum domum ubi puer erat ¶ Posita de-
herodis devoto regem perturbacione ponitur
ut evangelista dicebat crisostomus ponit impium herodis ad
perdendum natum puerum iniquam cogitacionem
Secundum enim quod Crisostomus dicit postquam Herodes
audivit responsum scribarum et phariseorum
dupliciter credidit verum christum in bethleem natum
esse primo quia a sacerdotibus et sapientibus eciam dictum
2o quia sermone prophetico erat confirmatum Non
tamen flectitur ad devocionem nascituri Regis sed
ad maliciam interfeccionis eius per dolum Videt
enim quod magos nec poterat blandimentis flectere
nec minis terrere nec auro corrumpere ut con-
sentirent interfeccioni regis futuri ideo
illos decipere cogitavit Unde dicit crisostomus
quod tunc clam vocatis magis id est occulte

Aut vocauit magos ut d(icit) Cris(ostomus) ut no(n) vi
derent iudei quos suspectos h(ab)ebat, ne forte
regem natum de cor(de) gente amantes p(ro)derent
(con)siliu(m) eius, et sic clam vocat. Diligent(er) di
dicit ab eis t(em)p(u)s stelle q(ue) apparuit eis. Dili
genter (con)stato, q(ui)a callidus fuit statim iniq(ue)
cogitans, si forte magi no(n) reuerterentur
ad ip(su)m, cito p(er) apparitio(n)e(m) stelle t(em)p(or)e et hora nati
statim interficeret om(ne)s pueros, sicut postea fecit.
Et mittens eos i(n) bethl(ee)m ubi ex (pro)phetico au
diuerat eu(m) natu(m), dix(it). Ite et interrogate dili
genter de puero. Q(ui)a s(ecundu)m Cris(ostomum) p(re)cipitat(ur) nomine no(n) regis
dissimulabat eu(m) vocans. Et cu(m) inueneritis,
renunciate m(ich)i, ut et ego ve(n)ie(n)s adorem eu(m). Vt enim indicat
magos q(ui) ve(n)turi essent ad ip(su)m deuote, p(ro)mit
tebat, et h(ab)ent deuotio(nem) p(er) gladium acuebat
et maliciam cordis sui p(er) humilitate(m) depingebat.
Talis enim e(st) (con)suetudo om(n)is malignorum s(ecundu)m Cris(ostomum),
q(uia) cu(m) aliq(uem) (con)uincit ledere volunt, humilitate(m) illi
et amicicias fingunt. Magi aut(em) cu(m) audis
sent regem abierunt. Abierunt in q(ua)m ut
regem q(ue)rerent et adorarent, no(n) ut reuerterent(ur)
ad ip(su)m, et significat bonos auditores s(ecundu)m
Remigiu(m) q(ui) q(uod) s(unt) audiunt esse facie(n)da a ma
lis predicatoribus faciunt, opera t(ame)n eoru(m) no(n)
imitantur. Et s(ecundu)m Cris(ostomum) stella reliquit ma
gos statim cu(m) fuit p(ro)pe ierl(m) ut relicti
a stella cogerentur ip(su)m xp(istu)m q(ue)rere, et ideo subdit
eunte(s), ecce stella qua(m) viderant i(n) oriente
antecedebat eos usq(ue) dum staret sup(ra) ubi erat
puer. Stetit enim s(ecundu)m Cris(ostomum) sup(er) caput pu
eri, ut que(m) loquendo monstrare no(n) poterat
stando manifestaret. Sed hic p(ro)munt esse
quinq(ue) dubitationes. P(ri)ma utr(um) cognitum
fuerit locus nativitatis xp(ist)i soli p(er) p(ro)pheticum
stellam et ducatum. 2a utru(m) i(n) hora nati
(con)tingat homine(m) esse fatatu(m). 3a utr(um) i(n)
hora nativitatis (con)tingat homine(m) esse bene vel
male fortunatu(m). 4a utr(um) i(n) actibus corporalibus
(con)tingat vnu(m) esse magis fortunatu(m) q(uam) aliu(m).
5a utr(um) v(er)o d(omi)ne p(ro)videntie (con)tingat
aliquem esse fortunatum. Ad p(ri)ma(m) ergo
d(icendu)m est, q(uod) cognitu(m) fuit xp(ist)i natum h(abe)re
simo(n)ie p(ro)phetico et ducatu stelle manifestu(m)
tripliciter. P(ri)mo ad i(m)p(ro)p(er)iu(m) iudeoru(m) (con)fusio(n)em, q(ui)a
q(uia) gentiles stelle tantu(m)mo(do) visione (con)firmati
xp(istu)m p(er) alias p(ro)uincias requirebant et iudei ab
infancia p(ro)phetias legentes de xp(ist)o i(n) suis finibus
natu(m) no(n) susceperunt s(ecundu)m Cris(ostomum) ad iudeoru(m)
(con)fusio(nem) fuit. Et s(ecundu)m greg(orium) ad cumulu(m) eoru(m)
dampnationis q(uia) ipsi eoru(m) scientia qua ex scriptur(is)
testimonio de loco nativitatis xp(ist)i dicebant eis
fuit ad testimoniu(m) dampnationis, et nobis ad iutoriu(m)
credulitatis. Secundo ad magoru(m) i(n) fide (con)fortatio(nem).
Dicit enim Cris(ostomus) q(ui)a iudei et magi se inuice(m)
docent, q(ui)a iudei a magis audiunt q(uod) anti
quitus p(ro)phete eu(m) annunciaverunt, et ubi nasce
retur p(re)dixerunt, q(ui)bus geminato testimonio
ideo (con)firmati ardentiori fide xp(istu)m q(ue)rere(n)t
que(m) stelle claritas et p(ro)phetie manifestabat
auctoritas. Tercio ad i(m)p(ro)p(er)iu(m) herodis i(n) malicia
induratio(nem). Renunciant ei Cris(ostomus) q(ui)a herodes
q(uo)s petit a iudeis ubi nasceretur xp(ist)us aut ei
credebat scripturis iudeoru(m) aut no(n) credebat.
Si no(n) credebat q(ui)a gentilis erat, frustra
q(ue)rebat ab eis scripture testimoniu(m). Si no(n)
credebat, q(uo)mo(do) cognouit se interficere
eu(m) que(m) scripture regnaturu(m) nunciaverunt.
Ad quod d(icendu)m Cris(ostomus) q(uod) herodes fuit i(n)
malicia induratus et excecatus, p(ro)pt(er) diaboli
instigatio(nem) et p(ro)pt(er) iudeoru(m) (con)fusio(nem). Dia
boli quide(m) instigatio(nem), q(ui)a diabolus instigabat
herodem ut scripturis crederet q(uo)d sciebat
mentiri no(n) posse, sed no(n) sinebat eu(m)
p(er)fecte credere, ideo se eu(m) posse interficere
cogitabat. Sic enim s(ecundu)m Cris(ostomum) om(ne)s p(ec)ca
tores credunt t(ame)n imp(er)fecte, q(uia) si p(er)fecte
crederent, sic viverent q(uo)mo(do) iustitiu(m)
d(ebe)t in mu(n)do no(n) q(uo)mo(do) meritu(m) mansuri. Ex
cecatus e(st) fuit iudeoru(m) (con)fusione. Cu(m)
enim herodes q(ue)reret testimoniu(m) scripture
ubi nasceretur xp(istu)s iudei no(n) integru(m)
p(ro)phetiam exposuerunt s(ecundu)m truncatu(m). Subdit
enim i(n) p(ro)phetia illa. Et tu bethleem
terra iuda, expressus eius ab inicio

diebus eternitatis. Quod si herodes audivisset
magos xpm adventasse non quesivisset ut pue-
ros occidisset. Audivit quod non esset rex terrenus
sed magis celestis cuius dies erat dies eternitatis
unde ipsi iudei verba prophetie predicentes et intelligentes
non dicentes sicut quod Cris(ostomus) dicit interfectorum puerorum
fuerunt causa. ¶ Tercio sic est quod sicut Augustinus
aliqui ponentes fatum esse ipsam vim positionis
et dispositionis siderum supponunt omnia tali fato
esse subiecta necessario ipsos et actus humanos ex
nostro libero arbitrio procedentes huic fato cum
quadam necessitate subiecta tenebant quorum dampnata est sen-
tentia et est contra fidem falsa quidem quod sicut Augustinus
videmus adversum quod aliqui duo simul
concepti et uno momento temporis nati et per consequens
sub una constellatione unus tamen eorum erit vir-
tuosus alius vitiosus cum tamen eorum evenient
prospera alteri non adversa. Contra fidem nos-
tram est quod tunc homo suis operibus non mereretur
nec demereretur si ex quo necessario in suis actibus
et electionibus subderetur constellationibus siderum
unde dicit Greg(orius) absit a fidelium mentibus
ut fatum esse aliquid dicat. Et Cris(ostomus) dicit
quod si aliquis fiat adulter vel homicida propter
stellam magis est iniquitas illius stelle
maior non iniquitas illius qui creavit
stellas. Quod enim futurorum prescius deus ex quo
tanta iniquitas futura erat per stellas
si deus noluit emendare non est bonus. Si
autem voluit et non potuit impotens est. Aliqui
non catholici sicut Augustinus omnium conexionem seriemque
quod causarum qua deus summi attribuunt voluntati
et potestati fati nomine appellant sicut quemadmodum
Boe(tius) dicit quod fatum est dispositio inherens rebus
mobilibus sic qua divina providentia suis quaeque
nectit ordinibus. Hic enim modo ipsa divina
providentia sic quod est affata et prolocuta vel per-
ordinata in causis suis creat propter quod variorum
sic suos ordines ut contingentia quedam
et necessaria necessario fatum appellatur sicut quem-
modum si aliam plant divina voluntate et potestate
ut ipsam dei providentiam prolocutam in rebus
noluit fatum sententiam teneat et linguam
corrigat et per tanto linguam corrigat

quod sine dubio omnem hominis fati nomine magis
ipsam dispositionem siderum intelligunt quam dei
providentiam ideo ne fideles tali nomine decipi-
antur catholici doctores fati nomine uti
non debent. Ideo simpliciter est negandum quod homo
in hora sue nativitatis sit fatatus sicut si quod
bona vel mala gesserit bona vel mala
post recipere et operari. ¶ Adducta est quod
fortuna bona dicitur in aliquo quia evenit sibi
aliquid bonum preter suam intentionem et mala
fortuna quia sibi evenit aliquod malum
quod ipse non putabat sibi evenire. Sed post
aliquid bonum vel malum evenire alicui preter
intentionem propriam quod tamen non evenit preter
intentionem superioris cause cui subiacet. Cum
ergo homo in suis electionibus et in suis actibus
quos ex libero arbitrio elegit subiacet
plene ipsi deo quantum ad inclinationem et angelis
quantum ad intellectus illuminationem et celestibus
corporibus quantum ad corporis dispositionem. Ideo
cum homo ex divina operatione inclinatur ad
aliquid eligendum et ad aliquid sibi utile
et ex angelica illustratione illuminatur ad illud
bonum prosequendum et ex corporum celestium
impressione disponitur ut illud bonum sibi di-
ligat bene operetur cuius tamen utilitatem ipse ignorat
dicitur tunc bene fortunatus et cum habet contra-
riam celestium impressionem dispositionem atque con-
traria dicitur infortunatus. Et quod hanc dispositionem
vel inclinationem ex celestium corporum impressione
homo recipit in sua nativitate. Ideo plures dicunt
quod esse bene fortunatum est esse bene natum et esse
male fortunatum est esse male natum hoc
nostro modo loquendo de fortuna in hora nativitatis conti-
git hominem esse bene vel male natum sic
quod inclinationes derelicte in corporibus nostris
et tantum in nobis ex corporibus constellationibus non im-
ponunt nobis necessitatem nec faciunt in nobis
coactionem sed solum quandam dispositionem et quandam
inclinationem. Ideo nunquam ex impressione cele-
stium corporum in ea contra sic disponunt ad ali-
quod bonum prosequendum quin possimus agere
contrarium vel nunquam sic inclinant ad operandum
aliquod malum quin per liberum arbitrium
et per habitum virtutis possimus contra talem in-
clinationem et dispositionem agere quod dum sumus

per voluntatem applicatio virtutis ad finem omnium actuum morum secundum philosophum. Non negamus quod bonam et malam fortunam, ut dicit ipsas inclinationes vel dispositiones causatas in corporibus nostris ex impressione corporum celestium secundum quas evenit homini aliquod bonum vel malum preter suam intentionem. Sed si per bonam fortunam et malam intelligimus tales inclinationes causatas in corporibus nostris ex constellationibus nos cogentes et necessitantes secundum quas necessario eveniunt homini bonum vel malum preter suam intentionem, sic bona fortuna vel mala omnino secundum fidem neganda est. ¶ Adeptam est secundum quod ex impressione corporum celestium non solum corpora nostra verum etiam corpora inanimata sortiuntur quandam efficaciam et virtutem preter illam efficaciam et virtutem quam habent per qualitates activas et passivas elementorum, sicut magnes attrahit ferrum non quod ex aliqua efficacia qualitatis active vel passive elementi, sed ex efficacia sita in magnete per impressionem corporis celestis. Quemadmodum similiter lapides et herbe quasdam virtutes et efficacias habent respectu aliquorum effectuum et operationum corporalium non per activas et passivas qualitates elementorum, sed per impressionem diversam corporum celestium, quas virtutes et efficacias alii lapides vel herbe non habent. Et eodem modo secundum quod est quod ad aliquos effectus corporales per diversam impressionem alicuius constellationis corporis celestis unus homo habebit aliquam efficaciam et virtutem quam non habebit alius, sicut unus medicus in sanando et unus agricola in plantando et unus miles in expugnando et unus nauta in navigando habebit maiorem efficaciam et virtutem quam alius. Cum igitur in actibus corporalibus unus magis possit esse fortunatus quam alius secundum quod est, quod si duo medici in curando vel duo milites in expugnando eligant debita media per que deberent consequi finem intentum, non propter hoc tamen a dilectione unus dicitur magis fortunatus quam alius, et ergo uterque providit media per que poterant et debebant consequi finem intentum, sed quantum ad opus executionem unus magis debet dici fortunatus quam alius, quia aliquam efficaciam et virtutem et impressionem corporis celestis in exercendo tales actus corporales magis habuit unus quam alius, quam tamen efficaciam ipse ignorabat. Ideo exercendo tales actus eveniet sibi preter intentionem suam quod unus non preter intentionem superioris cause. ¶ Adequatum est secundum quod si fortuna accipitur respectu illorum agentium quibus possunt aliqua evenire preter actionem et intentionem ipsorum, quanto aliquod agens magis providet omnia que possunt evenire tanto respectu eius minor fortuna accipitur, et quanto aliquod agens pauciora providet et plura eveniunt preter ordinationem et intentionem eius tanto respectu eius locum habet maior fortuna. Unde dicit philosophus quod ubi plurimus intellectus ibi minima fortuna, et ubi plurima fortuna ibi minimus intellectus. Cum igitur est dare aliquod agens sic universale quod omnia providet et ordinet sicut est agens divinum, respectu eius nulla fortuna accipietur. Propter quod philosophus dicit quod ridiculosum est dicere deum fortunatum esse. Potest enim aliquod bonum vel malum evenire homini preter suam intentionem et preter celestis corporis dispositionem vel inclinationem et preter angelorum illuminationem, quia omnia ista sunt agentia particularia, sed preter divinam providentiam que est principium ordinativum et factivum omnium evenire non potest, quia illa omnia movet et apta ordinat eius et attingit a fine usque ad finem fortiter et disponit omnia suaviter. Preter eius dispositionem et ordinationem et provisionem evenire potest nihil. Ideo respectu divine providentie homo non potest dici bene vel male fortunatus.

Videntes autem stellam *Lectio quarta* gavisi sunt gaudio magno valde. Et intrantes domum invenerunt puerum cum Maria matre eius, et procidentes adoraverunt eum. Et apertis thesauris suis obtulerunt ei munera aurum thus et myrrham. Et responso accepto in sompnis ne redirent ad Herodem, per aliam viam reversi sunt in regionem suam. Post ista ut dictum est evangelista determinat de magorum inquisitione devota adoratione. Postquam enim stellam perditam recuperaverunt, gavisi sunt, quia secundum Remigium magis gaudent homines de rebus perditis recuperatis quam de semper possessis. Unde dicit evangelista quod videntes magi stellam gavisi sunt gaudio magno valde. Gavisi namque sunt secundum Crisostomum quia quod querebant invenerunt. Magi non gavisi sunt quia per misterium stelle apparitionis intellexerunt dignitatem regis nati, excellentem superiorem omnium mundialium regum, secundum valde, quia stellam perditam recuperaverunt, vel gavisi sunt

quod hostem evaserunt, gaudio magno quod stellam viderunt, et valde, quia xpistum quem querebant invenerunt. Subdit evangelista quod intrantes domum invenerunt puerum quem tamquam pauperem, alienum opibus indigentem, sed in impotentem, et nulla ab humane infancie qualitate distinctum, ut Leo in sermone 8 epiphanie ait. Et deberet ut crisostomus dicit gravis esse magis, quod si eum tamquam terrenum regem invenissent, magis fuissent confusi quam gavisi, quia tanti itineris laborem sine causa suscepissent. Sed videbant quod ipsi celestem regem querebant, dato quod non regale terrenum viderunt in eo, tamen solo stelle testimonio contenti, gaudebant oculi cordis contemptibilem puerum aspicere quod spiritus sanctus in corde eis terribilem eum monstrabat. Unde subditur quod procidentes adoraverunt eum adoracione latrie que soli deo debetur. Et apertis thesauris suis obtulerunt ei munera, aurum, thus et mirram. Singuli namque obtulerunt ista tria, non quilibet ipsorum alterum istorum, ut dicit Remigius. Et responso accepto in sompnis ne redirent ad herodem, quod ut dicit Ieronimus ne redirent ad herodem, quibus eius videtur fraus, per aliam viam reversi sunt in regionem suam, ad novam viam scilicet. Christo ille eis ostendit qui dicit, Ego sum via, veritas et vita. Et hic apparet magna istorum magorum devocio in fide Christi, quod non fuerunt scandalizati in Christo ipsis dicentes si magnus est iste puer, ut se ipsis dicentes, si magnus est iste puer ut stella demonstrat, quare est vilitas ista. Et quod nos occulte revocavit non redeuntes ad herodem. Istud namque est vere fidei non ad herodem. Istud namque est vere fidei non quod adeo percipiuntur que vere tangens corpus quam adeo percipiuntur.

Quibus hic primo de xor dubitaciones. Prima utrum stella ista quam viderunt magi fuit consimilis aliis celestibus stellis. Secundo utrum magi ab angelis bonis ut ma- his fuerunt edocti hanc stellam significare xpisti natum. Tercio utrum magi puerum adoraverunt adoracione divina, ut latrie que soli deo debetur. Quarto utrum ista adoracio magorum convenienti modo facta sit. Ad primam est dicendum quod Crisostomus movet questionem et solvit dicens stellam istam quam viderunt magi quamvis sint multas dicas habuisse ab aliis celestibus stellis, prima est quantum ad motum, movebatur enim a septentrione ad meridiem, quia ita iudea ubi palestina iacet ad persidem. Nulla aliarum stellarum movetur hac via. Ut dicitur. Secunda quantum ad situm, quia non super in celo sed in aere prope domum stabat. Aliter puerum virginis non demonstrasset nec domum manifestasset. Tercia quantum ad apparere, quia quando volebat apparere apparebat, quando non occultare se occultabat, sicut patuit quia magis intrantibus iherusalem se occultavit, et postmodum se ostendit. Quarta quantum ad lucem, quia ista stella lucebat in nocte et in die, quemadmodum columpna in nubibus ducens filios israel per desertum. Hoc autem non est virtutis aliarum stellarum sed noctem et lunam in die lucere. Quinta quantum ad statum, quia quando oportebat ire magos ibat, quando non stare stabat. Sexta quantum ad durationem, quia non alie stelle semper durant, hec per tempus quod alie stelle sed durat. Hec per acto suo officio magis super puerum adimpleto, eum statum disparuit, et amplius visa non est. Septima quantum ad dominium, quia alie stelle optimum ad disposicionem et inclinacionem sunt super homines aliquod dominium, sed hec stella nullum imperium sed solum obsequium exhibuit. Ad secundam est dicendum quod Augustinus movet hanc questionem et solvit dicens quod tam angeli boni quam mali potuerunt dicere quod magi notice revelatores. Unde quod hec stella magis notice revelatores significabat, ita angeli mali puta demones hoc potuerunt magis manifestare, quia ipsi demones xpistum esse dei filium confessi sunt quando dicebant, quid nobis et tibi fili dei excelsi, venisti ante tempus torquere nos. Potuerunt similiter boni angeli revelare eis quod hec stella significabat xpistum, quod per eius nativitatem eorum salutem querebat et iniquitas dampnabatur. Si non isti magi sunt gentiles illius regionis ubi Balaam dicebat illam prophetiam, Orietur stella ex iacob, tunc per Augustinum absque alia revelacione magi qui curiosi erant in conspiciendo stellarum cursum videntes hanc stellam sine ordine mundi hanc esse intellexerunt, quia Balaam futuram esse

in sermone 8 epiphanie

A tu maria mater eius qualis ut tacita est ab eis. Crisostomus. Item infra

Narratio de reditu magorum

indicium regis iudeorum praeparauerat vel
interiori inspiratione spiritus sancti potuerint
illustrari sicut stella exterius eos illumina
bat corporali ostendendo viam, ita spiritus sanctus
interius illustrabat ut christum quererent et quesi
tum inuenirent et inuentum adorarent. Unde
aliqui hanc stellam spiritum sanctum esse dixerunt
secundum Remigium. ¶ Aduertendum quod hic dicitur quod honor vel
adoracio detur persone subsistenti et huma
nitati, hec enim vel racio adoracionis possit
esse sicut virtus vel aliquid christus in alio.
Humanitas autem christi secundum quam christus est natus
et puer erat, non habuit propriam personalitatem
et subsistenciam, sed subsistebat in persona verbi
eterni. Unde sicut una persona erat diuinitatis
et humanitatis ita una adoracione et una hono
racione adoratur et honoratur humanitas christi
et deitas eius. Unde dicit Damascenus 3° libro: Ci
meo carbonem propter ignem appositum propter quod
sicut eodem timore quo timetur tangere ignem
et carbonem ignitum sic idem honor debetur
humanitati christi et deitati eius. Fuerunt autem
aliqui ponentes duplicem personalitatem in christo
sicut ponimus in eo duplicem naturam et si sic esset
non eadem adoracione adoranda esset creatura et
creator. Sed in articulis dampnatum in concilio
ephesino hoc explanatum est, ubi dicitur: Si quis
audeat dicere assumptum hominem coadorandum
deo verbo quasi alterum alteri et non magis una a
doracione vel una supplicacione venerabitur emma
nuelem propter quod verbum caro factum est anathema
sit. ¶ Aduertendum quarto quod adoracio
magorum conuenienti ordine facta est et ex parte
magorum adorancium et ex parte christi quem adora
uerunt et ex parte munerum que obtulerunt. Dicitur
enim Crisostomus quod isti magi christum adorauerunt et post
adoracionem reuersi sunt quod ipsi remanserunt cole
tes deum magis et fornicantes quam ante et predican
tes christum multos in propria patria erudierunt
in fide. Et cum beatus thomas apostolus ad prouinciam
illam venit ipsi erant adiuncti sunt ei et bapti
sati sunt ab eo factique sunt adiutores
predicacionis ipsius. In quo reprehendunt iude
quia istos magos testimonio prophetico instruxerunt
de loco ubi christus nasceretur et tamen ipsi prophe
tico dicto non crediderunt. Unde secundum Augustinum
vix fuerunt similes fabris archi noe qui
aliis ubi euaderent construxerunt et tamen ipsi perierunt
diluuio et lapidibus miliaribus qui aliis viam
ostendunt et ipsi ambulare nesciunt vel non possunt.
¶ Secundo hec adoracio fuit congrua ex parte pu
eri quem ipsi inuenerunt. Quamuis enim secundum
Augustinum christus potuisset se in perfecta etate de
monstrasse istis magis voluit tamen more inop
nascencium in infantili etate et puerili inue
niri. Quod sicut magi experti in eo crediderunt
veram humanitatem et interius intellexerunt
veram diuinitatem. Unde dicit Augustinus in epistola ad vo
lusianum: Si nullas ex paruulo in iuuentute
mutaret etates, nullos sompnos caperet nullos
cibos sumeret, nonne opinionem confirmaret
erroris vel hominem verum nullomodo suscepisse
crederetur, et dum ipse hec omnia mirabiliter
facit aufert quod misericorditer fecit. Tercio
ipse a magis inuentus est non tamen solus sed cum
maria matre eius. De quali maria inue
ta est ab eis Crisostomus dicit quod inuenerunt eam non
diademate coronatam sicut matrem regis
nec in lecto aureo et cubante sed vix vnam
tunicam habentem non ad ornamentum corporis sed
ad tegumentum nuditatis qualem habere potuit
vxor carpentarii peregre constituta non tamen
inuenerunt cum ioseph, quia ut Rabanus dicit diuino
nutu hoc factum est ut ioseph esset absens
cum magi inuenerunt puerum cum maria matre
eius ne aliquid male suspicionis occasio daretur
gentilibus regibus. ¶ Tercio hec adoracio fuit con-
grua ex parte munerum que obtulerunt que fuerunt
conueniencia pro regione de qua veniebat. Veni-
ebant enim de arabia, arabes autem secundum glo
auro thure et diuersis generibus aromatum multum
habundant, propter significacionem quam habebant, quia
aurum soluitur christo sicut regi magno, thus quod
ponitur in sacrificio sicut deo vero, mirra
que sibi offertur tamquam pro salute omnium moriturus
ut Augustinus dicit propter deuocionem. Debemus namque deum
secundum Gregorium adorare et colere in auro predicacionis
veritatis in thure oracionis puritatis et in
mirra per corporis castitatem. Leccio quinta
Qui cum recessissent, ecce angelus domini
apparuit in sompnis ioseph dicens: Surge
et accipe puerum et matrem eius et fuge in egyptum
et esto ibi usque dum dicam tibi. Futurum est enim
ut herodes querat puerum ad perdendum eum. q

Qui consurgens accepit puerum et matrem eius
nocte et secessit in egiptum et erat ibi usque ad
obitum herodis ut adimpleretur quod dictum est
a domino per prophetam dicentem Ex egipto vocavi
filium meum. Posita magorum devota adoracione
interponit ista de termino de xpi in egiptum trans
portacione. Ad cuius intellectum est sciendum quod ...
pretermittit quod octavo die circumcisus est puer
et quod post xl dies mater xpi beata virgo portavit
puerum in templo et obtulit pro eo duo par turtu
rum vel duos pullos columbarum. Et Simeon
accepit eum in ulnas suas et Anna vidua
ipsum in templo recepit. Que omnia fuerunt
facta antequam xpus in egiptum portaretur. Intelli
gendum igitur est quod postquam omnia que lex manda
bat fuerunt completa circa xpum, que lucas
narrat. Et post adoracionem magorum et eorum
reversionem quam narrat matheus, iam fama cre
scente de xpo ex narracione eorum que circa eius
nativitatem circumcisionem et in templo presentacionem
gesta erant, herodes cogitavit occisionem
puerorum. Ideo dicit evangelista quod cum recessissent
magi, ecce angelus domini apparuit in sompnis
Joseph. Semper enim secundum Remigium angelus
in sompnis apparuisse dicitur quia illi qui a curis te
renis et secularibus negociis requiescunt
per hanc angelicam visionem merentur. Apparuit
igitur Joseph dicens Surge et accipe puerum
et matrem. Non dicit matrem et puerum,
quia non propter matrem puer natus est sed propter
puerum mater preparata est secundum Crisostomum. Et fuge in
egiptum. Ideo autem filius dei in egiptum
mittitur quia recordatus est deus qui non
obliviscitur miseriarum quanta fecerit super egip
tum. Ideo misit filium suum in reconcilia
cionis signum, quatenus omnes decem plagas
una medicina sanaret, et populus qui ante
fuerat persecutor populi primogeniti fieret
custos unigeniti. Et esto ibi usque dum
dicam tibi. Futurum est enim ut herodes querat
puerum ad perdendum eum. Putabat autem
secundum augustinum infelix ille tyrannus quod adventu sal
vatoris suo solio privaretur, sed non ita erat
quia non venit xpus ut alienam gloriam
invaderet sed ut suam donaret. Qui

consurgens accepit puerum et matrem eius nocte
et properato nocte, quia omnis persecucionis angustia
nox est, refrigerium autem dies, ut dicit Crisostomus
quia tempus persecucionis instabat secessit in
egiptum et erat ibi usque ad obitum herodis.
Super quo verbo dicit Crisostomus quod statim xpo nato
tyrannus insanivit et mater cum puero ad exte
ram fugatur regionem, ut si tu incipiens
aliquem spiritualem rei deservire statum videas
tribulari non turberis sed omnia viriliter feras.
Et quia secundum Remigium consuetudo consueta fuit
evangeliste Mathei omnia prophetico sermone con
firmare vel scripture testimonio quia iudeis scri
bebat que in scripturis conscripta erant, ideo subdit
ut adimpleretur quod dictum est a domino per prophetam
dicentem Ex egipto vocavi filium meum. Sum
itur enim hoc Osee xi in principio cum aliis
scripture locis. Super verbum hoc possunt. Circa
hoc possunt esse quatuor dubitaciones. Prima
utrum evangeliste in narrando misteria nativitatis xpi
fuerunt contrarii vel defectuosi. Secunda utrum
decens fuit xpum in egiptum fugere. Tercia
utrum licitum sit sompnia observare. Quarta utrum
sompnia sint signa et presagia aliquorum futurorum.
Ad primam est dicendum quod hanc dubitacionem movet
Augustinus in libro de consensu evangelistarum. Pla
num est enim quod matheus tacuit de angelica
salutacione et ipsius marie in domo Elisabeth
mansione et angelica pastoribus facta nunci
acione et ipsius xpi circumcisione et eius in tem
plo presentacione que omnia fuerunt acta in nativitate
xpi. Lucas non qui hec omnia posuit tacuit
autem de Joseph cogitacione quando voluit occulte
dimittere virginem et de magorum adoracione
et eorum reversione et non de herodis perturbacione
et puerorum occisione. Sed ergo unus corporaliter
est contrarius vel uterque defectuosus vel alter
eorum. Ad quod videtur Augustinus dicens quod nullomodo
videri debet contrarium hoc quod unus eorum
dixit quod alter tacuit aut quod alter po
suit quod alter pretermisit. Et ad hec
et similia dat Augustinus talem regulam. Dicit enim
quod prudenter considerandum est quod de incipiens adventu
illo valeat sic unusquisque evangelistarum
contextus narracionis sua ut tamen nichil
pretermittentis series digesta videatur

sompnia f...
fuga xp...

q̄ tacitus que volt dire adiungit / ut ipsa
totuncie sequi videan. Et cu alt dicit qd
alter tacuit diligent ordo considerabis m
dicat ubi ea potuerit ac pterhissa sup
supplire, Volt eni aug⁹ dicere / q̄ sit un⁹
ewangelista tacuit q̄ alter ponit / ut ex loco
ubi dimissa sut clare appat q̄ in loco
illo ponenda sut que alt ewangelista ponit
illa q̄ alter tacuit / Ita q̄ i talib⁹ nulla
e contrarietas s; ordinata brevitas 2
no diminuta s; sufficiens veritas ¶ Quere
aut unus ewangelista dixit illa q̄ ali⁹ pt
misit / intelligendu e hoc no casualit
s; spu sto revelante factu / 2 hoc p̄p vitan
dam plixitate / 2 tn̄ nullam pt̄mitte
da veritate 2 p̄p auditoz utilitate, Na q̄
Matheus scribebat iudeis / no oia legalia
2 i lege conpleta pt̄misit / q̄ i lege ve
nerato potis q̄ i moz infortez talia
receprisset decadacione magoz 2 p̄
turbacione herodis 2 coz q̄ adgetiles spe
tabant posuit / q̄ magis eis i via vide
batur Lucas no qui pdicabat getilib;
legalia omia illa posuit q̄ hi ipi i ti
pubant i xp̄o ipi simili 2 in misterij
implere veritat / at i argumto vere ipi
significavit ¶ Adsp̄a e dd⁹ q̄ p̄tato qstio
vide oe dubia q̄ s; o. x ipe xp̄s d illi
oe mercenariu qui vid lupu venietez
fugit 2 dimittit oves / Cu g⁹ ipe no fu
erit mercenarius s; verus pastor ipo illud
dicente Ego su pastor bonus videt q̄
videndo herode tanq̄ lupu venicte, no
debuit i egiptu fuge / pptuy cu ipse
sit cu sua rubie debere eius oves m
nadere 2 pueros occidere ¶ Ad h⁹ g⁹ possimus
dice q̄ s; sens congrua fuit fuga xp̄i

in egiptu pp̄t misteriu, 2 p̄p xp̄o competuit
q̄ cu sit regladu assupte humanit fu
2 sit misteriu sue incarnacois dyab° 2 mebris
eius occultare ne a dyab° 2 ei⁹ mebris
adhuc cu i pvulitate actus p̄sequeretur
patet tpe quo pati no disposuerat / nec
virtute diuinitat 2 doctria iudeis os
tenderat ut essent inexcusabiles de eoz
malicia / s; iam cu tpus fuit sua virtute

Ocdm

volt
cont dyabolu 2 mebra eius ostenderet Na
qn p̄secucor cont eu p dux licitata pati
dignatus e no fugit / s; dixit quaerentib;
ihm nazarenu Ego sum, Si g⁹ me queritis
sinite hos abire / Propt xp̄s ob q̄ m h
ut dicat Crisostomus dicit xp̄s / ut ceteri sp̄ciam
cu necitas p̄secucois advenit fuge no
erubescunt / No eni e rubor fuge mor
tem, s; naturalis timor / qui timor naturalis
2 in xp̄o fuit / q̄ cepit timere 2 pavere qstai
ac mestus esse ¶ Ad tercia dd⁹ e q̄ Gregori⁹
xᵒ dyalogoz ponit sex modos quibus
contingit sopnia / Eenoz sufficiencia sit
possimus ondere / ut dicamus q̄ sopnia nel
contingunt ex ca intrinseca ul extrinseca
Si ex ca intrinseca sit oe trip̄ / q̄ pmo ex
cogitacone occurrunt fantasie hoi frequent
in dormiendo illa q̄ circa eius cogitacones mi
fuit involuta 2 occupata i vigilando
¶ 2° ex corporis attenuacone Cu eni vir
tutes sensitive no occupat circa digest
tioz cibi 2 circa actus corporis continget virtute
fantastica circa diversa vagari 2 diversa
sopniare ¶ 3° ex caloz humanoz replecone
na si aliquibus dnant humores frigidi
ut flemmatica contingit qm eos sopni
are esse in aqua ul i nive hic medici
multa pnosticant de infirmis p ipsa
sopnia / ¶ Si aut sopnia contingat ex
ca extrinseca sitr tripl' pt esse p° ex cor
poz celestiu impressione Multe ei fan
tasie pnut imprimi dormientib; ex im
pressione corpis celesti ut aer continet
Et ista e ca q̄re reducat sopnia i mo
tus celi ulta pnosticant de significacone
2 interpretacone illoz sopnioz q̄ forte
ta sopnia q̄ futuri eventus causam hnt
communem i motu celi ¶ 2° ex demonu
illusione / Nisi eni ex illusione demonu
frequent sopnia evenirent Galon no di
xisset multos fecerunt errare sopnia
2 ceciderunt sperantes i eis / 2 hic dicat
errare fecerunt / q̄ dato ut d' Gregorius q̄
demones multa vera aliq p illusiones
sopnioz hominibus pnunciet hic tn ad
intendunt ut ad extremu valeant

Sopnia fuit fuga xpi

ex divina aliqua falsitate illaqueare vel irretitatur. De quo dicitur: homini enim per sompnia multa spacia huius mundi promissa sunt, qui cum sic multas divicias et pecunias pluriorum vite stipendiis collegisset, repente defunctus est. ¶ 2° ex bonorum angelorum revelacione, quia nisi ex revelacione angelorum sompnia contingere possent, evangelista non dixisset quod angelus domini apparuit in sompnis Joseph dicens: Surge et accipe puerum et matrem eius et fuge in Egiptum. Cum igitur multis et variis modis contingunt sompnia, tanto eis credi difficilius debet, quanto quo impulsu eveniat facilius non elucet. Propter quod Deut. 18° scribitur: Cave ne imitari velis abhominaciones gencium, ne inveniatur in te qui ariolos sciscitetur et observet sompnia atque auguria. Ex quo patet, ut glossa dicit ibi, peccatum esse sompnia observare, ex quo observaciones sompniorum et auguriis iunguntur et prohibentur. Causa 26 q. 7, ubi dicitur aperte interdicitur ariolis et auguriis et aliis incantatoribus deservire. Et si quis arguerit contrarium quod sancti patres Joseph et multi sancti viri observaverunt sompnia, Augustinus respondet quod sancti quodam intimo sapore discernunt inter illusiones et revelaciones, ut sciant vel quam a bono spiritu percipiant vel quam ab illusoribus paciantur. Contingit enim vel ut priore vel per imaginem apparet vel per aliud quod in sompnio sompniatur. Scribitur enim Deut. 13°: Si quis dicat sompnium se vidisse et predixit signum et evenerit quod est locutus et dixit: Eamus et sequamur deos alienos quos ignoras, non audias verba illius sompniatoris, vel per illud quod per sompnium predicitur. Quod si predixerint aliquod futurum et non eveniat, et non est tale sompnium per revelacionem divinam verum. Nam certum est quod si non evenerit, credendum non est ex bono esse spiritu; sed si non eveniat, infallibiliter est verum quod non est a bono spiritu. Ideo dicitur Deut. 18: Hoc signum habebis, quod quidquid in nomine domini propheta vel sompniator predixerit et non evenerit, hoc dominus non est locutus, sed in animo suo confinxit.

Ad[verte] quod negare non possumus quin aliqua sompnia signa sint et presagia futurorum eventuum. Scribitur enim Gen. 37 quod Joseph vidit se per sompnium se preferendum fratribus suis, quod ad litteram postmodum rei eventus probavit. Et propter hoc pincerna Pharaonis manifestans Pharaoni de Joseph quod bonum interpretem sompniorum dixit Gen. 41: Ego et magister pistorum vidimus una nocte sompnium, signum et presagium futurorum. Et eodem libro et eodem capitulo scribitur quod Pharao per sompnium vidit septem boves pingues et septem spicas plenas, quod per interpretacionem Joseph significabat septem annos ubertatis. In libro etiam de vita philosophorum recitatur de Socrate, qui fuit magister Platonis, quod nocte precedente diem qua Plato sibi in scolis [illegible] est per sompnium vidit quod offerebatur sibi quidam cignus cuius collum sic erat longum quod [illegible] utroque penetrabat celum et penetrabat ipsum. Et cum in mane predictum sompnium scolaribus narraret, ecce pater Platonis qui [illegible] eum Socrati, quem videns Socrates statim ait: Iste est cignus qui penetrabit occulta philosophorum. Sive igitur sompnia proveniant ex causa intrinseca et naturali sive proveniant ex causa extrinseca et supernaturali, sompnia possunt esse signa et presagia futurorum. Verumtamen quia sicut periculosum est sompnia observare quia nescit homo quo impulsu et ex qua causa proveniat, sic attendere interpretaciones qualiter fiant futurorum signa magna deceptio est. Potest [illegible] infallibiliter prescire futura solus ille potest cui omnia sunt nota et aperta tam preterita quam futura, ita solus ille potest per certitudinem sompnia interpretari qui scit quorum futurorum sompnia sunt presagia et signa. Ideo scribitur Gen. 40: Nunquid non dei est interpretacio. Et Daniel dixit Nabuchodonosor regi Daniel 2°: Michi non est in sapiencia que sit in me plus quam in ceteris viventibus, sed hoc revelatum est, sed deus in celo qui revelat misteria, quibus hoc revelata ut interpretacio manifesta fieret regi.

Lectio vj

nō q magi illusissent sibi · qa bonoꝝ viroꝝ nō est illudē alii.
sꝫ ipē hoc q nō redierit ad eū illusorie reputavit.

Ordin̄

Tunc herodes videns q illusus esset a
magis. iratus ē valde. Et mittens
occidit omes pueros qui erat i bethlee
z i omnibus finibus eius a bimatu et
infra s̄ tpus quod exquisierat a magis
Tunc adimpletū ē. quod dictū ē p ieremia
prophetam dicentē. Vox in rama audita e.
ploratus vlulatus multus Rachel plo
rans filios suos. z noluit consolari q nō sunt
postq ewangelista determinavit de xpi i egipt
transportacōe / que dicit Joseph fuge i egipt
futurū ē enī ut herodes querat puerum ad pdē
dum ipsū. ista determinat de puerorum occisione / vñ
dicit / q tunc herodes videns qm illusus
esset a magis. iratus ē valde. Quo nobis
enī s̄ crisostomū ira herodis erat valde magna
primo q magos ipē sedens i regali solio
ut throno placare nō potuit / z parvulus
in presepio iacens iam suo impio sceptro insultavit
2o. q contemptus eū z nō reversus ad eū
tum ire z dolori eius addiderunt / 3o ca
s̄ eundē crisostomū esse potuit / invidia z timor
quem habebat de perdicōe regni. Illa enī
ut ait ira regum magna z inextinguibilis
ē / q regni zelus accendit. vñ subdit q
mittens occidit omēs pueros / q erant i bethle
em z i oībus finibus eius. Sicut enī bestia
vulnerata quidquid occurrit oculis eius laniat
ardens sui vulneris esse auctorē / sic herodes
in ira delusus a magis sup pueros iram
effudit occidens omēs / ut unū i oībus
inveniret vt dicit crisostomus propter quod nō solū
i Bethleem s̄ i oībus finibus eius / nulla
minima etatis habita qui a filio unius noctis
usq ad filiū duorum annorum omēs occidit
ideo subdit / q. a bimatu z infra / i. a
spacio duorum annorum z infra spacia tpis
quod exquisierat a magis. Sicut enī dicit augustinus
magi novam stellam ante biennium quam
pervenirent i ierlm i oriente viderant
sicut herodi inquirenti patefecerunt. ideo
a bimatu z infra infantes occidit s̄ q
ubi ipis magis exquisierat. Sꝫ quidē
infra duos annos. mandavit pueros occidi
Dicit augustinus q timuit herodes ne ille puer
cui sidera famulantur spē in sua sup
etatem suam uel infra transformaret z etatē
sui corporis occultaret ideo a bimatu pue
ros. usq ad pueros unius noctis ut dicitur
ei iussit occidi. Sꝫ ne credatur istud fac
tum z deo prohibente nequiverit ut ipso ig
norante ymo longe tn̄ prophetia predicatum.
subdit ewangelista q tunc impletū ē quod
dictū ē p Jeremiam prophetam dicentē
vox i rama audita ē. plo z ulu mul.
ra plo fi su z no co q nō sunt ponit
quē ewangelista s̄ Jeronimum. mutat textū prophete.
q rama hic nō ē nomē s̄ nomē excel
si clamoris. ita q sit sensus vox in excelso
audita ē. ploratus q ad planctum pue
rorum z ululatus multus q ad lamentum
matrum. Rachel plorans filios suos. nō
q Bethleem i tribu benyamin esset.
qui natus fuit de Rachel ymo erat i
tribu iuda qui natus fuit de lia. dici
tur Rachel plorare filios suos duplr
s̄ Jeronimum primo q tribus iuda z benya
min contermine erant / z quodammodo habita
toribus illis contigue / z q herodes man
davit i omnibus finibus bethleem pueros
occidi. ideo credendū ē filios multos
de Rachel z benyamin fuisse ad huc
2o q Rachel iuxta bethleem fuit sepulta
sicut patet in genesis 34 c. ex hospicio corpusculi
matris nomē ewangelista accepit ut sederet / ta
tus fuit dolor z planctus q z mortui plo
rare debent z noluit consolari q nō sunt
amplius. s̄ innotandū addita littera hic Jeremie
prophete 31 sic stat / vox i excelso audita ē
lamentacōis fletus z luctus rachel plo
rantis filios z nolentis consolari sup eos
q nō sunt. Ad hic quatuor dubitacōes
esse possunt. Prima utrum herodes pueros occi
dit i ipa 2o nativitatis uel biennio postquam xpus
natus ē. 2a utrum xpus fuerit i templo
putatus cum puerorum interfectorum uel post
3a utrum ptale occisorum pueri isti fuerint
xpi martires. 4a utrum sola confessio
fidei sit causa martirii. Ad primam ē dicendum

sit xpus nō evaderet.

i rama .i. i excelso

q questio e dubia pp ubi ewu dicitur
herodes interfecisse pueros a bimatu et infra
s tempus quod exquisierat a magis / Vel hec
ista exquisitio temporis magorum refertur ad stelle
apparitionem, vel refertur ad magorum inuitationem
Vel si referatur ad stelle apparitionem / tunc dicendum et
q herodes statim ipso tempore nati christi per rumorem
magorum ad partes suas pueros occidit a duo-
bus annis et infra / quia sic magi dixerant
q per duos annos antequam venirent in ierusalem stel-
lam illam nouam viderunt in oriente / itaque il-
lud dicitur · s tempus quod exquisierat a magis
a bimatu et infra refert istomo ad stelle
apparitionem / Et istius opinionis videntur esse
Aug. et Cris. quia magi venientes de oriente
magnum tempus consumpserunt in via / Ideo per
duos annos ante / noua stella ista creata fu-
it / ut tunc magi pararent se ad iter / et ideo
herodes statim cum dixerunt, vidimus stellam
eius in oriente / stito suo loco quia ab eo per prin-
cipes sacerdotum diligenter didicerat tempus stelle
que apparuit eis / et cum postmodum illusus esset
a magis non reuertentibus ad eum sicut credebat
statim occidit pueros a bimatu et infra
s illud tempus bienij quod a magis acceperat
Sed fulgentius et multi alij doctores videntur esse
dicunt / quod in ipso die natiuitatis christi stella illa
creata e et eadem die magis apparuit / et proba-
bilius videtur / quia illo die natiuitatis etiam angelus
apparuit pastoribus / et s hoc oportet dicere / quod post
duos annos post natiuitatem christi herodes pueros
occidit a bimatu et infra s tempus quod exqui-
sierat a magis / quia s tempus tantum tunc se iudicabat
in inquisitione et interrogatione magorum vidisse
tempus duorum annorum usque ad interfectionem pu-
erorum / Et isto tempore intermedio dicitur / quod herodes
citatus e a romanis / ut ipse postea fortasse
iuit ad urbem consilium quid facturus esset
quia audierat regem iudeorum esse natum / Deo gratias
Romani qui tunc presidebant uniuerso orbi
erant simul cum herode turbati / vnde illa
citatio est forte causa dilationis interfectionis puerorum
¶ Ad secundum e dicendum q similiter ista quod s a est
dubia / quia si dicatur / quod christus presentatus
est in templo ante occisionem puerorum

venit tunc in dubium quo tuto et secreto modo maria
et ioseph potuerunt cum christo filio intrare et in te-
mplo eum presentare herode ibi existente / et ita peregrina-
te sub periculo interfectione quia post xij dies a natiuitate
christi magi recesserunt ab herode de ierusalem / et mouit
Bethleem et adorato puero recesserunt non reuer-
tentes ad herodem / Cum igitur ingressus purificationis et
in templo presentatio facta sint xl die post natiuitatem
tunc satis est credibile q tunc temporis herodes
credidit se illusus a magis et statim pueros in-
credibiliter occidisse si sic dicatur q puer sit occisi-
onem occidisse si sic dicatur q primum sit occasi
ante mensis christi purificationem et eius in templo presen-
tationem cum oportuit tempore interfectionis puerorum de saluatione
cum passionem angeli in egyptum transportatus
esset et ibi stetit usque ad obitum herodis non inueni-
tur qualiter xl die sit ipse ihesus presentatus in templo
et facta omnia que de eo secundum legem moysi ut luce
euangelista narrat / hanc questionem dubitationem Aug. soluit
in 2° li° de conc. euangelistarum / tenens presentationem puerorum
occisionem esse factam post presentationem christi in templo
Sed qualiter ista presentatio potuit fieri purgatione et
Ioseph secreto modo / cum herodes sollicitus esset semper circa
interfectionem pueri / Dicendum Aug. ad hoc tres modos
quia ihesus presentatus est in templo facta est vna die
potuit maria et ioseph die illo sic latenter
ierusalem intrare ut herodes omnino lateret et in-
tempus sciret de tali presentatione ¶ 2° quia cum herodes
tunc potuisset alijs negotijs occupatus extitisset et
potuisset alijs negotijs occupatus esse et
occupationibus regni curia descendi potuit ullis
ignorat / Sic dicit Aug. / potissime quia audie-
rat regem iudeorum esse nuper natum in peruenire
non timebat sibi ut suis filijs regnum auferre
vi opprimi recenter natum / et alia pericla uia ut fie-
ri potuit e illo tempore intermedio esse inuitatus quod
animus eius ab intentione et cogitatione interfectionis
puerorum ut occisione nati pueri reuocauerant
¶ 3° quia secundum aug. potuit credere herodes / q ma-
gi essent decepti fallaci signo stelle quam vide-
runt / magis quia cum fuerint uiri stella dixerunt
eis / in erubescentes non reuenerunt / enim /
Sed cum audiuit celebri fama primum esse in templo
presentatum / et audiuit vulgari fama et verba symeonis
omnibus et anne prophetisse de christo / tunc credidit
se esse illusum / et animus eius ad pessimam credu-
litatem reuocatus est sub occisione puerorum / in

ad instantiam duorum filiorum suorum alle-
xandri et aristo-
boli eo quod volunt
perficere in regem fratrum
eorum ex ignobili-
genere susceptum
illis abnecti.

tunc angelus apparuit Joseph dicens Accipe
puerum et matrem eius et fuge in egiptum
quia futurum est ut herodes querat puerum ad perdendum
eum. ¶ Ideo est dicendum quod quo ista est magis
dubia quia prima vel secunda quia cum nulla passio sit meri
toria et martirii corona digna nisi sit volun
taria. et voluntaria non potest esse nisi in habentibus
usum rationis et liberi arbitrii eo ipso quod illi pueri
occisi sunt in tali etate a bimatu et infra. in qua eta
te planum est pueros usum rationis et liberi arbit
trii caruisse. non videtur quod illa pena eorum voluntaria non
fuit fecit eos dignos martirum gloria. quia secundum
Aug. nullum peccatum est nisi sit voluntarium. ita
videtur nullum meritum esse in eum nisi sit voluntarium.
¶ Ad evadendum ergo istam difficultatem et salua
dum pueros occisos ab herode uos esse martires
esse dixerunt aliqui quod deus supplevit defectum
etatis eius. ita usus liberi arbitrii fuit acce
lera tus in eis et pacto plenum liberi arbitrii et
propter voluntatem meruerunt martirum palmam. sed hec
eorum non textus evangelii ponit. ymmo contrarium
dicit quod non loquendo sed moriendo confessi sunt. ideo
melius est ut dicatur sicut Aug. ponit quod que
admodum pueris baptisatis confert baptismus ad
peccati originalis remissionem non per motum eorum
cum voluntatis actu et usu non dum haberent. sed per
meritum passionis Christi. sic effusio sanguinis in loco
baptismi tenens ipsis pueris contulit
ad gloriam martirum consecucionem per virtutem Christi pro
quo patiebantur non pacto propter voluntatem eorum. dicit Aug.
in sermone de epiphania. Absit pueri illi de vestra
corona dubitabit in pace proprie quia eccia baptismi
pueris prodesse non confirmat Christi. nam si
non habebant etate quod in Christum passuri crederent.
habuerunt tamen carnem quod propter passionem penam su
stinuerunt. sed forte istud non esset simile de bap
tizatis et martiris puerorum occisorum. quia in baptismo
dimittitur peccatum originale per meritum virtute passionis
Christi. quia tale peccatum non fuit eorum proprio actu per
tractum. ideo non est mirum si actu non proprio dimittitur
sed martirii palmam martirum videretur quod requirat actum
proprium. ideo dicitur potest quod ut actio vel passio aliqua
sit meritoria formaliter requiritur quod sit acceptata per
voluntatem propter agentem vel patientem sed effec
tive sufficit quod sit accepta et grata ipsi deo

remunerantj. nitum enim nunc actio vel passio
est meritoria ipsi est grata et accepta deo. quamvis
ergo passiones illorum non fuit meritoria formaliter ex parte
voluntatis eorum cum usum non habebant. fuit tamen
meritoria et digna martirum palma propter deum
et sua gratia eorum passionem eo quod propter passionem
sanctis acceptabat et sibi grata faciebat.
¶ Ideo ergo est dicendum quod secundum Dyonisium bonum consistit
ex integra sua causa. malum autem ex quolibet particula
ri defectu proveniente. potest cum igitur opus martirii
sit perfectum bonum. oportet quod sit integrum ex omni sua
causa. dicitur ergo quod causa martirii efficiens impera
tive sit caritas. quia ipse debet facere et imperare opus
martirii. aliter non esset meritorium iuxta illud ap
ostoli. j. ad corinthios. 13. Si tradidero corpus meum
ita ut ardeat caritatem autem non habeam nichil michi prodest.
causa eius formalis electiva est ipsa fortitudo
quia sicut fortitudo naturalis elicit actum tolerandi vel
agrediendi pericula mortis in bello propter rem publicam
conservandam et defendendam. sic fortitudo gratuita
que est virtus infusa elicit opus et actum mar
tirii ut sunt agredi pericula mortis in aggressione et
defensione iusticie et veritatis in bello domini. unde
in persona martirum scribitur ad hebreos xj. obtu
raverunt ora leonum. extinxerunt impetum ignis
effugaverunt aciem gladii. convaluerunt de infirmi
tate. fortes facti sunt in bello. causa autem martirii
materialis subiectiva est mors quia non dicitur homo
martir proprie loquendo nisi sustineat penam
mortis. cum non martir grece idem est testis latine
qui autem homo non dat vitam suam pro defensione
domine iusticie et veritatis non testificatur opere quod
profitetur ore. unde contra iob medius dominus adducit
demonis illud verbum pellem pro pelle. et cuncta que homo
habet dat pro anima sua id est pro vita sua servanda. sed
causa martirii finalis et terminative est defensio
et confessio veritatis fidei divine. et eorum que
annectuntur fidei. et dico que annectuntur fidei quia
secundum Aug. Johannes baptista martir fuit non
insidiacionibus. Secundum namque locus pugne esse sic patens et manifestus ut insidie ibi abscondi non possit. Tercio propter carenciam similitudinis habitacionis et cauteris. Nam sub spe quasi societatis homines tepidi efficiuntur in bello. Unde dicitur in ecclesiastico 4. Si quispiam insurrexerit contra unum, duo resistunt ei. Unde diabolus solitariam mulierem primo conatus est invenire, quia si cum viro fuisset iuncta, forte non fuisset temptata quia magis homo cognoscit decepcionem quam mulier, sed mulier fraudulencior sit. Inefficax quarto propter carenciam delectacionis, secundum Iohannem. Nullus bonus miles cum uxore sua pergit ad bellum. Unde in lege Moysi precipiebatur eo anno quo quis accipiebat uxorem ad bellum ne non cogeretur. Christus igitur volens locum congruum dare diabolo ad pugnandum et temptandum ipsum ad desertum perrexit, ne posset dubitare securum pugnare, et eum temptare cum confidencia occulte insidiacionis. Unde super Matheum: percipiente duo angeli recessimus te cum ipso, ne diabolus presidium eorum timeret, nec ex confidencia similitudinis cautionis. Unde dicit Crisostomus: quia tunc magis diabolus insistit ad temptandum Christum quando eum solitarium videt, sicut primam mulierem temptavit cum sine viro invenisset, nec cum confidencia delectacionis in deserto namque non aliquid quo diabolus delectetur. ¶ Sed est dubium quod est dictum propter illud quod eciam dicitur Christum assumptum fuisse a diabolo in sanctam civitatem et constitutum fuisse super pinnaculum templi, et quod tunc temptavit de inani gloria, cum quo illa temptacio facta fuit in urbe super templum, non videtur quod omnis illa temptacio Christi fuit facta in deserto. Volentes aliqui solvere textum eciam dicentes: ductus est Ihesus in desertum, id est ut temptaretur a diabolo. Itaque omnis temptacio Christi facta sit in deserto, dicunt Christum non fuisse assumptum a diabolo in sanctam civitatem et constitutum super pinnaculum templi corporaliter, sed solum secundum ymaginalem visionem, potissime quia super pinnaculum templi corporaliter stare non potuisset quin a latere lapsus fuisset. Sed quia omnis illa temptacio diaboli fuit corporalis et corporaliter cum Christo loquebatur, melius est dicere quod corporeis sensibus omnis temptacio sit completa. Sed quod glosa dicit non est necessarium dicere secundum textum quod omnis temptacio illa Christi fuit in deserto completa, sufficit quod in deserto fuit inchoata, quod non diabolus stare non potuisse super pinnaculum templi quod non fuisset visus, id est dicendum est secundum Crisostomum quod sic diabolus assumebat Christum ut videretur; sic Christus ipso diabolo ignorante faciebat invisibilem ut a nullo homine videretur. ¶ Aliud quod est dubium quia sicut hoc est dubium propter illud quod scribitur Luce 4 ubi dicitur quod consummata omni temptacione Christi diabolus recessit ab eo usque ad tempus. Si igitur diabolus ad tempus recessit ab eo, videtur quod iterum temptavit ipsum, et quod eciam temptavit ipsum cum aliis temptacionibus quam temptaverit cum illis tribus de quibus facit mencionem Matheus. Aliter Lucas non dixisset completa omni temptacione. ¶ Ad quod videtur Ambrosius quod eciam non dixisset omnem temptacionem consummatam fuisse nisi in illis premissis tribus esset omnis materia delictorum, quia causa omnium temptacionum fuit oblectamentum, spes glorie et aviditas potencie. Non tamen est inconveniens dicere Christum a diabolo fuisse temptatum et ante illam manifestam temptacionem statim post ieiunium et post illam temptacionem. Ante quidem quia super illo verbo Mathei 4 Erat Christus in deserto 40 diebus et 40 noctibus et temptabatur a Sathana, dicit glosa Bede quod totum tempus ieiunii complevit per noctes ad vigilatum et dies expugnatum, scilicet toto illo tempore quo Christus fuit in deserto temptatus est a diabolo occultis diversis impugnacionibus et temptacionibus occultis. Illo tempore ieiunii Christus a diabolo temptatus est antequam temptaretur illa tercia temptacione manifesta et visibili de qua facit Matheus mencionem. Quomodo non diabolus temptaret eum, quia ut dicit glosa super illo verbo Luce 4: recessit ab eo diabolus usque ad tempus, id est de voluptate temptavit diabolus Christum in deserto, et recessit nunc ab eo usque ad tempus crucis in quo cum eo de tristicia temptaturus. ¶ Aliud quod est dubium quia propter tria congruum fuit Christum precium temptacionis. Primo propter nostram instructionem; nam sicut ensis ut discamus quod bonum est ieiunium et qualiter scutum est adversus diabolum, et quod post baptismum non oportet lascivire sed ieiunio attendere. Christus ieiunavit non ieiunio eo indigens, sed nos instruens. Secundo ad victoriam. Nam ad vincendum temptaciones primum genus armorum est ieiunium, unde apostolus 2 ad Corinthios 6. Sed ieiunio et castitate decet nos armari contra temptaciones diaboli. Tercio propter prebendam diabolo ad temptandum occasionem.

et ut dicit Crisostomus, nunc ieiunii ponet mensura 40 dierum et 40 noctes ieiunavit

2. enuat ieiunium inter arma iusticie et statim post ieiunium ponit castitatem, que per ieiunium conservatur. Ieiunio ergo decet

Solum enim quod xpus xl diebus et xl nocti
bus ieiunavit diabolus non habuit occasionem xpm
temptare quia tanto tempore ieiunare super homines
hominis erat, sed postquam humana natura sibi per
relicta esuriente, data est statim occasio
diabolo ut temptaret eum de gula quando dixit Si
filius dei es, dic ut lapides isti panes fiant, et licet
homo non debet dare occasionem diabolo ut temptet
eum vel opere suo petis se immiscendo et viciis
appropinquando, immo isto modo occasiones dare diabolo
ad temptandum homo debet fugere sicut Genesis
19 Ne steteris in omni regione circa sodomam,
occasionem tamen dare diabolo ut temptet eum opere
xpus diabolo licitum et expediens aliquibus
sanctis viris. Nam omnes sancti viri bona et virtuosa
opera facientes dant occasionem diabolo ut temptet
eos. Et quod dictum est per hilarium in sanctificatis
maxime diaboli temptamenta grassantur, unde
dicit Crisostomus quod non solum xpus ducitur a spiritu ut
temptetur a diabolo, sed et omnes sancti viri spiritu sancto
habitantes, quia non sunt contenti stare ociosi, sed
spiritus sanctus urget eos aliquod magnum opus
apprehendere. Tercio propter nostram informationem. Nam
ut dicit Augustinus ieiunium xpi congruit universitati doctorum
quia stati post ieiunium est temptatus et hoste superato
ascendit in montem ad docendum. Ieiunium vero
moysi convenit universitati auditorum et discipulorum
legis, quia postmodum meruit legem dei accipe
re. Ieiunium vero helie convenit universitati omnium po
pulorum et creatorum, quia propterea prevenit admo
nicionem dei [?] Lectio secunda
Et accedens temptator dixit ei Si filius
dei es dic ut lapides isti panes fiant
Qui respondens dixit ei Scriptum est Non in solo
pane vivit homo sed in omni verbo quod procedit de
ore dei. Exposicio. Xpm appugnando temptacio
ne ista ut est diabolus conatus est posuit ipse
diaboli ad xpm temptandum occasionem. Unde Crisostomus
continuatis hanc partem ad precedentem dicit quod videns
diabolus per xl dies xpm ieiunare desperavit
non erat enim hominis tanto tempore ieiunare, quia
quod sensit videbatur sibi eum temptare
si non esset homo, sed postquam eum esurientem
sensit iterum cepit sperare, et eo illis modis
quibus primum hominem stravit eisdem modis xpm
vincere conatus est. Nam primum hominem
de gula primo temptavit, cum cibum ligni vetiti
ad comedendum suasit. Secundo de vana gloria

cum dixit Eritis sicut dii. Tercio de avaricia
quando dixit Scientes bonum et malum. Sic et xpm primo de
gula cum dixit Si filius dei es dic ut
lapides isti panes fiant. Secundo de vana gloria cum ait
Si filius dei es mitte te deorsum. Tercio de
avaricia cum ait Hec omnia tibi dabo.
Unde ergo cepit velle xpm vincere unde vicerat
primum hominem scilicet per gulam. Secundum eum dubi
tabat diabolus quia dei filium esse venturum
sed quod carnem infirmam deberet assumere itaque
sitiret et esuriret sicut homo non putabat
ideo sic incipit Si filius dei es dic ut
lapides isti panes fiant ut si xpus hoc faceret quod la
pides commutaret in panes virtute eius potestatis
agnosceret et oblectamento vel delectacione
cibi paratam esurienti potuit illudere sed
quod ex duobus contrarius diabolus tenebatur ligatus,
quia si admirandum eius lapides potuerant pa
nes fieri, frustra temptabat cuius erat tante
potestatis, si autem hoc non potuit facere, frustra
eum filium dei suspicabatur. Beda ut quis dicat
beda ipse adversarium nostrum xpus testimonio legis
non potestate virtutis voluit vincere ut hoc ipso
homines plus honoraret et adversarium plus
puniret cum hostes humani generis non quasi a deo
sed quasi ab homine vincetur. Respondens xpus dixit ei
Scriptum est in deuteronomio Non in solo pane vivit homo sed
in omni verbo quod procedit de ore dei. Dicit ergo sic Gregorius
xpus temptatus a diabolo testimonio legis respondit
et qui temptatorem suum mergere in abissum po
terat sua potencia non ostendit sed nobis ex
hibuit ut quociens a pravis hominibus aliquid patimur
ad doctrinam excitemur pocius quam ad vindictam.
Sed hic possunt esse sex dubitaciones
Prima utrum diabolus post ieiunium xl dierum potuit
suspicari xpm esse filium dei. Secunda utrum per vicium
gule primus homo de paradiso fuit expulsus.
Tercia utrum vicium gule sit peccatum mortale. Quarta
utrum sit vicium capitale. Quinta utrum pluribus
modis contingat peccare gula. Sexta utrum sine
peccato unus homo possit uti delicacioribus ci
bis quam alius. Ad primam est dicendum quod hoc est
dubium probato, quia constat sicut Crisostomus quod moyses
et helias ieiunaverunt xl diebus et tamen illi
primum duo homines puri erant nec tamen
ieiunio diabolus aliquem illorum duorum suspica
tus est esse deum nec aliquem temptavit

volens experiri illud ieiunium xl dierum xpm an
esset deus vel homo. Addit^c nud^t crisostomus quod illi
duo ieiunantes esuriebant et siciebant, ita
quod in illis xl diebus ieiunauit. esuriem et fa
mem patiebantur. sed xpus in xl diebus et xl
noctibus ieiunauit, non esurit, sed post ieiunium
cepit esurire. Vnde diabolus bene potuit suspicari
xpm deum esse, non autem moysen uel heliam
quia esurire et non manducare humane est
patientie quod conueniebat moysi et helie, sed xl
diebus et xl noctibus non manducare et non
esurire diuine est potentie quod conueniebat
xpo. Quare ergo diabolus temptabat xpm. ex quo
bene poterat scire preinde ipm esse filium
dei. Addit^c filius nud^t crisostomus dicens quod sic diabolus an
aduentu xpi omnes homines excecabat, sic
qui xpm temptauit invisibiliter ab eo fuit ex
cecatus. Nam bene fuit ut ait excecatus, qui
eum post xl dies esuriente sensit et cognouit
ex quo suspicatus est eum non esse dei filium
quia filius dei esurire non potest, et tamen per xl di
es et noctes non esuriente non intellexit deum
esse, ex quo in ipm temptabat de gula.
non cognouit quod prius non esurire xl diebus et xl
noctibus diuinitatis potentie omnis ondebatur,
et quia non cognouit ut dicit crisostomus quod fortasse
ca ad illa que infirma sunt potest descendere infir
mus, tamen ad illa que fortia sunt descendere
non potest. magis ergo demon ex eo quod per tot dies
non esurit intelligere debuit, quod esset deus,
quam quod post tot dies esurit intelligere quod esset homo,
quia maior bene facere potest quod facit minor, sed minor
non potest facere quod facit maior, excecatus e
rgo fuit xpo. sicut ipse alios excecabat.
Ad 2 est dicendum, quod controuersia auctorum facit
dubium in questione. nam crisostomus dicit quod incontinen
tia uentris expulit hominem de paradiso, di
luuium quod fuit tempore noe ipsa fecit iuxta
illud quod scribitur gen 16. hec fuit iniquitas so
dome sororis tue, saturitas panis habundantia
superbia et ocium. Ambrosius in quodam sermone
de ieiunio et 37 distinctione, spernens gula
suadente xpus ieiunare docuit, gula de paradi
so expulit abstinentia ad paradisum reuoca
uit. ante. Auctoritas tamen sacri canonis ecc.
x. 10. expresse dicit, quod initium omnis peccati est
superbia, et sic ille thobias consimiliter

filio suo dixit. Superbiam numquam in tuo sensu do
minari permittas, quia ex ipsa sumpsit initium omnis
ruina perditionis. Ad quod possumus dicere, quod primum
peccatum expulsionis primi hominis de paradiso
quantum ad dei precepti transgressionem fuit super
bia. Nam diabolus incepit eum: precepit uobis
deus ne comederetis de omni ligno paradisi, et
illa respondit: ne forte moriamur. Statim ille ob
iecit: nequaquam moriemini, sed quacumque hora
comederitis aperientur oculi uestri et eritis sicut dii,
promisit igitur diabolus sibi deitatem scientiam, quam illa
appetendo inordinate, et contra dei preceptum
elationem mentis incurrit, quod ad superbiam
pertinet, unde dicit Augustinus, quod mulier elata super
persuasioni serpentis obediens, precepta dei con
tempsit, sed primum peccatum expulsionis primi hominis
de paradiso quantum ad primam transgressionis exe
cutionem fuit peccatum gule, quia statim in surge
re in mulierem illa elatione et illo appetitu ui
dens lignum quod esset bonum ad uescendum pulchrum
oculis aspectuque delectabile, accepit et come
dit. ex qua comestione subsecuta est pena
expulsionis de paradiso, et sic suo modo omnia
supradicta uera sunt, sed si primus parentibus fuis
set uoluntas et concupiscentia comedendi de
illo ligno non fuit peccatum mortale, quia si enim
peccato potuissent comedi, si deus non prohibuisset,
sed prohibitio diuina non fuit de uoluntate et con
cupiscentia sed solum de executione. Non enim dixit
in quacumque hora uolueritis et concupiscetis co
medere, sed quacumque hora comederetis morte
moriemini. Vnde non potuit concupiscere et
uelle comedere de ligno illo uoluntate et con
cupiscentia que esset contra dei prohibitionem, nisi
actualiter et experimentaliter comedisset, quia pro
hibitio ut dictum est non fuit facta de con
cupiscentia sed de executione. ergo quod quan
documque uoluisset et concupiscentiam habuisset
comedere si non experimentaliter comme
disset pena non incurrisset. Concurrit ergo in
executione transgressionis precepti diuini
uitium gule, ipsa tamen executio exercitio
transgressionis uel fuit superbia uel inobedi
entia materialiter quidem inobedientia
formaliter uero superbia. Ad 3 est dicendum
quod uitium gule consuetum non potest esse peccatum

mortale. Illud vagz e pctm mortale ex sua
natura quod contrariatur caritati in qua consistit
vita aie spualis, sicut blasphemia contraria
caritati dei et homicidium contraria caritati
proximi. Gula autem que versatur circa delectaciones
et sumpcoz cibi non contrariatur dilectoi dei nec di
lectoi proximi quia delectaco vel sumpcio cibi
secundum se non contrariatur alicui istoz. Vera et sen
sibilis delectaco regulata et ordinata e sine vicio
ideo si talis delectaco et sumpco ciboz circa quid
in quantum gula sit inordinata et non regulata
per racionem sit ex pctum (quia ut dicit dyo 4 c. de di
vinis nominibus) Totum malum aie e aliqua
racione dependere vel deponere. Vel si talis inor
dinaco delectacionis sumpcionis ciboz e tanta
quod tollit ipm ultimum finem et ipm deum ita quod
homo ita ardent adherent delectacionibus ciboz
ponendo ibi finem suum ut non curet agere contra
dei precepta in quoz persona dicit aplus quorum
deus venter est. Et tunc vicium gule e pctum
mortale. Si vero non sit tanta quod tollat ulti
finem sed sit quedam inordinaco circa illa que
sunt ad finem tunc e pctm veniale. Unde Aug
cum pctis venialibus ponit pctum gule in libro
de igne purgatorio. Ad 3m e dicendum quod
secundum Gregor 31 moralium 31. Superbia e regina
omnium vicioz que expugnata tradit conuincta iudi
ce vii principalia vicia oriuntur tamquam prime
soboles eius. Ad quoz debellacoz et destructionem
dei filius septiformi gra spus sti aptus
venit. Ista aut vicia sic possumus distinguere
ut dicamus quod omnia pcta nra procedunt ex hoc
quod inordinate concupiscimus bonum vel ex hoc
quod inordinate vitamus malum. Primo igitur modo
si inordinate concupiscimus bonum excellencie regula
racionis sumitur superbia vicia principalia quia
si inordinate concupiscimus bonum honoris
sumitur inanis gloria. Si non inordinate con
cupiscimus bonum utile sumitur avaricia. Si aut
inordinate appetimus bonum delectabile in cibis
ad nutricoz sumitur gula. Si vero inordinate
concupiscimus delectabile ad generacoz sumitur luxu
ria. Bonum inordinatam quando concupiscentia bo
ni accipiunt ista 5 capitalia vicia. Sed si in
ordinate vitamus malum tribus modis esse potest
quia quoddam est malum quod facit in nobis cor

porali quiete operacionis quedam vero facit in no
bis inhilitate et perpensioni et quoddam in
boni diminucionem. Ergo si inordinate et contra
regulam racionis vitamus primum malum sumitur
tristicia vel accidia. Nam accidia non est
aliud quam tristicia de aliquo spirituali bono
ut propter illud priuamur aliqua quiete corporali
sicut tristantur quibus ire ad ecclesiam vel surgere
ad matutinas vel ieiunare, quia per hoc priuantur
corporali quiete. Si vero inordinate vitamus
secundum malum sumitur ira, que non est aliud
quam appetitus vindicte de perpensione illa
ta. Sed ordinate si vitamus tertium malum sic
sumitur invidia, que est tristicia de bono
alienorum non simpliciter sed in quantum homo
opinatur quod sit diminutiuum boni proprii. Sed u
la si est vicium capitale quia in illa a
conmittitur, que ideo dicuntur omnia predicta capi
talia vicia quia multa alia consistunt oriuntur
respectu quorum habent hic principalitatem sicut
caput respectu membrorum. Ad 4m est dicendum quod
secundum Gre 30 mor et ponitur de con
secracione distinctione 5 vicium gule 5 mo
dis temptat nos. Aliquando indigencie tempora pre
venit. Aliquando vero cibos lautiores querit. Aliquando
autem que sumenda sunt praeparari accuratius
appetit. Aliquando vero in ipsa quantitate sumendi
mensuram refectionis excedit. Aliquando autem ipso
estu desiderii inmensi aliquis peccat. Secundum quos quinque
modos secundum Gre possumus peccare peccatum
gule. Primo in tempore et hore preventione. Sicut
non naturales actiones per eorundem temporis determina
tum. Sed si aliquis preveniret horam in comedendo
vel quod comedat horis quibus non debet offendi
aia quia hoc ex gulositate procedit et offen
ditur corpus quia cum digestione primi cibi sint
alius cibus et ponitur indigestum super indi
gestum. 2o maiorum preciositate et nobilita
te. Si non hoc querat cibaria nimis preciosa et
nimis delicata non convenientia sue con
dicioni et suo statui non potest procedere nisi
ex aliqua intemperancia et gulositate. 3o
maiorum preparacione. Multi non tot preparatos et di
versificatos inveniunt in cibariis quia nunc
cum piperato, nunc cum salsa, nunc cum frixa
nunc hoc aut assata quod vi totum studium
corum versatur circa comestiones tales non vivunt
magis ut comedant quam comedant ut vivant.

¶ Sc[ilicet]o in labor[um] multiplicacione, nisi n[on] cib[us] sumpt[us] sit pporcionat[us] calori nali, ut q[uia] calor nal semp[er] h[abe]at dominiu[m] sup[er] cibu[m] receptu[m] offendit[ur] enim et ledit[ur] corp[us]. Vn[de] multi ferculis utentes vel ultra mesuram et quantitate[m] debita[m] de cibis recipientes, ut i[m]plud bus sunt podagra et alias egritudines i[n]cur[r]unt. ¶ Quarto in ardenti et furenti susceptione, si n[on] cib[us] accipia[n]t[ur] cu[m] magno ardore et furore statim degluti[n]t et non masticant et cib[us] no[n] b[e]n[e] masticat[us] nu[n]q[uam] b[e]n[e] digerit[ur], p[ro]pt[er] quod cib[us] ardent[er] sumpt[us] nocet ecce corpora cum dicita te i[n]ordinata sumendi et ledit[ur] corp[us] eius integritate, q[uia] n[on] trit[ur] n[on] mastica[n]t p[ro]ut dentes secundum ordinacionem nature. ¶ Ad 3[m] est dicendum q[uod] aug[ustinus] in lib[r]o de doctrina xpiana hanc du bitacionem monet et pon[itur] in decret[is] 41 dis tincione, qua sic determinat, vult n[am] q[uod] usus quorumcumq[ue] ciborum no[n] est i[n] culpa s[ed] libi do vel auditas sumendi, p[ro]pt[er] n[am] si q[ui]s sap piens sit aliq[uo] modo et p[re]cioso delicato et p[re]cioso cibo utat[ur] et insipiens cu[m] culpa in vilissimu[m] cibu[m] i[n]ardescat, ymo q[uia] sapi entes et ceteri viri sp[irit]uales doctrina petri ap[osto]li dent esse puta reddere racio[n]em omni petenti de ea que est in nobis fide, docet eos eligere cibos que min[us] impediunt studiu[m] et g[ra]uant et min[us] impediunt usu[m] racionis, sic sunt cibaria delicata et bon[e] nutrimenti. Vn[de] dicit ibi aug[ustinus] q[uod] melius est more d[omi]ni u ti pisce q[uam] more esau nepos abrahe uti lenticula vel ordeo more iumentoru[m], q[uia] no[n] bestie sunt magis co[n]tinentes q[uam] homines, q[uia] uilioribus cibis uescunt[ur], et h[oc] p[ro]p[ter] intelli gendu[m] est s[ecundu]m statu[m] et condicio[n]em p[er]sonaru[m] q[uia] ut ibi d[icitu]r, auctore aug[ustino], diuites cogendi non sunt uesci pauperum cibis, s[ed] utantur ip[s]i delicat[is] et p[re]ciosis et inulia dent pau p[er]ibus s[ecundu]m co[n]suetudinem fragilitatis eoru[m] et dole[a]nt q[uod] aliter sustentari non p[ossu]nt. Vn[de] id aug[ustinus] in lib[r]o de igne purgatorio int[er] p[e]cc[at]a venialia ponit cu[m] quis delicata et p[re]cio sa cibaria largi[tur] pauperibus l[ib]ro 3[o] Lectio iij

Tunc assumpsit eu[m] diabolus in sanctam ciuitatem et statuit eu[m] sup[er] pinna culum templi et dixit ei, si filius dei es, mitte te deorsum. Scriptu[m] est enim q[uia] angelis suis mandauit de te, [et] in manibus tollent te, ne forte offendas ad lapi dem pedem tuum. Ait illi ihesus: rursum, Non temptabis d[omi]n[u]m deu[m] tuu[m]. ¶ Exposita p[ri]ma diaboli ad temptandu[m] xp[istu]m racione, in p[re]sen ti ista euangeli[um] ponit eius co[n]futacio[n]em. Ita p[ri]ma temptacio[n]e diabol[us] sic fuit confusus q[uod] nesciret q[ui]d cognoscere potuit, scire an xp[istu]s deus esset vel homo, et id[e]o s[ecundu]m eu[m] assumpsit eu[m] ad alia[m] temptacio[n]em dicens apud se: q[uia] fame non vincit[ur] et si no[n] est filius dei, t[ame]n s[an]c[tu]s homo est, q[uia] eciam s[an]cti homines fame no[n] vi cunt[ur], s[ed] postq[uam] omnem necessitate[m] carnis vice ru[n]t, p[er] inania[m] gl[ori]am cadunt, p[ro]pt[er] quod diabol[us] post[ea] de vana gl[ori]a temptare cepit. Et q[ui]a nus s[ecundu]m luca[m] hec temptacio fuit ultima, q[uia] p[ri]ma fuit in deserto de gula, s[ecun]da de auaricia i[n] monte excelso s[u]p[ra] regna m[un]di, ultima de vana gl[ori]a i[n] ier[usa]l[e]m sup[er] pinnaculu[m] templi, q[uod] sic potuit esse q[uan]tu[m] ad ordine[m] temptacio[n]is, t[ame]n s[ecundu]m ev[angelistas] q[uod] narrat temptaciones factas esse eo ordine quo f[a]c[t]a sunt ad p[ri]mu[m] hominem, ista temptacio fuit de vana gl[ori]a s[e]c[un]da. Aug[ustinus] t[ame]n dicit in de consensu euangelistarum q[uod] incertu[m] est que fuit p[ri]ma et q[ue] s[e]c[un]da, ex quo t[ame]n constat de h[ui]us trib[us] xp[istu]m fuisse temptatu[m], quo t[ame]n ordine temptat[us] sit ignorare nichil decipit ueritati. Dicit g[loss]a euangelista q[uod] tunc s[cilicet] recepta confusione de p[ri]ma temp tacione, assumpsit eu[m] diabolus in sanctam ciuitate[m]. Ista assumpcio s[ecundu]m ieronimu[m] corporalis fuit vel manib[us] ducendo vel inbrachijs portando, q[uia] verisile est s[ecundu]m glo[ssam] dia[bolu]m xp[istu]m tenuisse in forma hominis, no[n] quide[m] p[er] hoc assu[m]p[ti]o p[er]uenit corpori i[n]bec[i]litate vel debilitate, s[ed] ex dia[boli] sup[er]bia, q[uia] xp[ist]i uolu[n]tate qua sponte se p[er]mittebat sic duci et sic temptari necessitatem putabat. In sanctam igit[ur] ciuitate[m] assumpsit eu[m], i[d est] in ier[usa]l[e]m, que ciuitas s[an]c[t]a dicebat[ur] s[ecundu]m rabanu[m], q[uia] ibi erat templu[m] dei et s[an]c[t]a s[an]c[t]or[um] et cultus vnius dei s[ecundu]m legem moysi. Et statuit eu[m] vel corporaliter ponendo, vel sibi per suadendo ut staret sup[er] pinnaculu[m] templi. Pinnaculu[m] n[am] est p[ar]te[m] sup[re]ma p[ar]s eminens dorso p[ar]ietis, vel sup[re]ma p[ar]s muri templi, i[n] qua ponebat[ur] sedes doctoru[m] expone[n]tiu[m] lege[m]. Pinnaculu[m] templi notabat[ur]. Ita s[ecundu]m remigiu[m], templu[m] no[n] h[ab]ebat culme[n] erectu[m] sic[ut] nunc dom[us] s[ed] planu[m] et erat ibi tria tabulata et in quolibet tabulato erant sedes doctoru[m]. In illo g[ra]o loco itelli

gendu est/ q dia9 stiant xpm. unde
aliquis casus ul aliquod pripicium
esse potat/ io dixit ei/ si filius dei es
mitte te deorsu Jn omnib. n. teptacoib.
scdm Jom. dia9 ut hc ubo/ si fily dei
es/ q istud scie cupiebat, utru ess dei
filius/ an non istud aut scdm aug9
ad vana glam ptinebat/ q tu ire de
orsu non poss nisi pacere uolando
et hc non ess alicui utile/ no potat
esse/ nisi ppt huana laude (et q an
malus trasfiguat se sepe i angl[m] luc
testioni[m] sciptue accepit dia9 d (Sciptum
est/ inps/ q anglis suis de9 madauit
dete et i manib. tollet ne for. of ad
lapetu[m] scdm n. amb9/ non semp
apponenti ul adducenti testioma sci
tuaru credendu est/ q dia9 et mebra
eius heta, vz/ testiama sacre sciptue
adducit/ et qnq apponit/ no ut do
ceat/ s ut fallat/ et sic dia9 falle inte-
debat/ q no adviu intellcu pphe hac
auctoritate inducebat (Nam scdm Jco
illa pphia no de xo po s de qnolz sancto
vid intligenda est ita q est the sesy
Anglis 1 admisstois spirib. deus
madauit dete 1 de qnolz bono hoc
q i manib. 1 i auxiliis suis tollat
eu/ et custodiat ne offendat pede
eu/ et custodiat ne offendat pede
1 affcm mem (ad lapide. 1. ad lege
sciptam in lapideis tabul. p ne ea
intelligendo (Un scdm Jom falsas
desciptuis dia9 sagittas vers. sciptaru
t. clipeo frangit/ dices ille (Scrip
tu de utro. vi. (Non teptabis dnm deu
tuu/ Non em dixit/ non teptabis me
dnm/ ne seipm sibi manifestaret
scdm cris/ s dnm deu tuu/ quod pt
dice qnlz bonus homo cu tepta cedia
(Nam scdm aug9 teptare dnm deu
est/ cu adest huanu auxiliu/ gre
dnm (Cuia g xps ppis pedib. poo
tuit descende deorsu dm teptass/ se
deorsu pcipitando ¶ Sz hic pnt
esse qnq dubitacoes ¶ Prima vero sunt
teptacoes manus gle cu filius dei es

^ dit illi rursu no
motq no indignatq
s et nulla modestia
scpturaz rndit. Scpt
Ecce breuis et effi
cax rnsio. q. d. Eug
genis intelli. ut tem
tem deu cu pprijs
possim descende pe
dib9. io no acesto.
q scptu e. No tem.

mitte te deorsu ¶ 2a utru manus gla
sit filia supbie ¶ 3a utru semp sit pctm
mortale ¶ 4a utru sit vicium capitale ¶ 5a
utru inside vir mag heat locu qua
pctm gule ul luxurie ¶ Ad prima est
dicend9/ q ex duob. causis ostend9 pbat teptatom
illam ptine ad vana glam ¶ Prima ex
ubo quod dia9 dixit ¶ 2a ex testioino
quod adduxit/ dixit aut dia9 filius dei
es mit. te. de. ppt quod ubu s crusos
dia9 no potat cognosce/ si xus ess filius
dei ul non/ q uolare pacere non ppe est
opus dei/ q nlli utile est ¶ Si g aliquis
uolam pnotam suggestione ul per
suasione aliam ppt ostentom et glam hc
faciat/ et est poas ex dia9 q ex deo/ q si
homi sapienti suffiat q est et no appa
re quod no est/ (multo mag dei filius no
ondet se q no est. mirtu de qno illus
pt tm cognosce qntus est apud se/ ut
g crus/ q si xpus fecisset quod dia9 psua
sit uolando pacere et ondendo se/ quod
no erat alicui utile/ n. ad fine debitum
ordinatu/ ad sola ostentacom et glam
spectass/ silr hc appet ex testioino quod
adduxit vero dixit ei dia9 testioni[m]
sciptue dicens Anglis su. ma. dete/ ita q
ipe uolebat/ ut ipe fuit pctoris z
pctoris anglos uterq q tu ipe no
indiget/ q ipe mag anglos ptat qm
anglorum manib. ptet et si manibus
anglorum ptat hoc no est ppt indige
ciam/ ut ad lapide no offendat pede
s mag ppt sue gle excellencia et testi
moni[m] (Aliud desciptua tacuit qu dicit
Sup aspide et basilisku ambulabis et
cocul. le. et dra. quod ppe in psona xpi
cantaut sup astucia dia9 dictu est/ et sic
uolebat inducere xpm ad suadu testio
ni[m] sciptue/ q no debebat et quo non
indigebat n. de eo sciptu erat et ad no
suadu residui sciptue quod de eo erat
sciptu et dam q non nisi ad vana glam
ptinet onde quod non dz et no onde
quod dz. ¶ Ad 2m est dicm scdm Greg.
31o moraliu prima soboles supbie e
inanis gla ulsat n. supra eta apprime expl.

excellenciam et honorem. Sic et inanis gloria circa honorem et excellenciam propriam consistit. Differt tamen inanis gloria a superbia, quia appetenti inanem gloriam non sufficit honor et excellencia circa quam versatur, nisi habeat talia cum quadam noticia et manifestacione aliorum, quia sicut est gloria secundum ambrosium clara cum laude noticia, ut tullius introducit fabium dixisse. Superbia vero solum non est in temporibus gloriandi. Sicut ergo superbus est appetens honorem et excellenciam in se, qui appetit talia cum noticia in conspectu aliorum, ita superbia est inanis gloria prior. Et dicitur inanis gloria soboles et filia prima superbie, quia omnia que superbie conveniunt conveniunt inani glorie, sicut omnia que conveniunt matri conveniunt filie, et que conveniunt animali conveniunt homini. Superbie autem secundum Gregorium conveniunt iiii^or. Primo quia superbi bonum vel donum quod habent a se ipsis habere estimant. Aut si datum a deo credunt, accepisse se pro meritis suis putant, aut etiam iactant se habere quod non habent, ut singulariter videri despectis ceteris singulariter videri appetunt. Omnia ista conveniunt inani glorie, nisi quod appetitum inanis glorie volunt habere in laude et noticia hominum, quia cupiunt de honore et excellencia vel de donis receptis laudari et commendari ab hominibus. Unde secundum Augustinum adulatores vendunt oleum, et ob appetitum inanis glorie emunt oleum, et assimilantur illis fatuis virginibus que in vasis oleum non acceperunt. Et ideo in mortis fine stulti dicunt: ibunt emere ab adulatoribus a quibus antea emere consueverunt laudem, et ianua et dicitur eis: Nescio vos, quia propter laudem et gloriam hominum, non propter divinam gloriam vel propter meritorie bona opera fecerunt. Est ergo inanis gloria filia et soboles superbie, et mala est mater et peior filia. ¶ Ad tercium est dicendum quod tribus modis inanis gloria potest considerari: primo ex parte eius de quo quis cupit laudari et de quo aliquis in conspectu aliorum vellet gloriam. Secundo ex parte testimonii illorum a quibus vellet laudari. Tercio ex parte eius vel temporis gloriandi, et iste

tribus modis inanis gloria potest esse mortale peccatum. Primo si aliquis vellet gloriari de aliquo peccato vel de aliquo falso, cum illud de quo gloriatur non habet, quia isto modo repugnat divine reverencie peccatum mortale, sicut maxime patet cum dicat apostolus prima Corinthiorum quarto: Quid habes quod non accepisti, et si accepisti quid gloriaris quasi non acceperis. Secundo modo si aliquis testimonium hominum in gloria et laude preferret testimonio dei, et propter eius sciret vel ut careret hominum testimonio dimitteret agere totum mandatum dei, mortale esset peccatum, quia repugnaret divine caritati. Iniquorum prima dicitur Johannis xii: Dilexerunt magis gloriam hominum quam dei. ¶ Tercio modo si quis omnia opera que facit referret in gloriam hominum tamquam in ultimum finem, et gloriam hominum et de bono temporali preferret laudi et glorie dei, simpliciter esset peccatum mortale. Sed si quis vellet laudari de aliquo bono opere ab hominibus non preferendo testimonium hominum testimonio divino, et propter cum hoc non propter gloriam hominum tamquam propter ultimum finem, quia isto modo talis gloriatio, dato quod esset vana eo ipso quod esset propter hominum laudem, non repugnaret dei caritati vel dilectioni proximi, non esset peccatum mortale sed veniale. ¶ Ad quartum est dicendum quod inanis gloria dicitur esse filia superbie. Ideo videtur expositoribus aliquando quod non esset vicium capitale. Secundum quod est quod superbia dicitur esse regina radix et mater omnium viciorum, itaque superbia proprie non est capitale vicium sed est mater omnium capitalium viciorum et radix ipsorum, et quia radix non est proprie arbor. Ideo inanis gloria et alia superius nominata dicuntur capitalia vicia, quia ex ipsis tamquam ex arboribus multi ramuli generantur et multa alia vicia oriuntur. ¶ Possumus ergo dicere quod ex ipsa inani gloria tamquam ex ipsa arbore generata ex superbia incitatur aliquis ad iactanciam verborum, nam superbus se iactat et appetitum suum superbie per iactat se ultra debitam mensuram propriam excellenciam appetendo. Appetitum vero inanis glorie iactat se propriam excellenciam in conspectu aliorum manifestando, ille interius affectando et iste exterius manifestando. Secundo quis incitatur ad presumpcionem et superstitionem novorum, quia cupiens laudari novorum dignatum videri esse inventor, quod pertinet

ad ypocrisim velle videri & non esse ut exposi-
tum est. Tercio quibus mala adpertinencia ubi orum dicitur
volunt enim multi magis subditorum sicut con-
formari ei quod velint ipsi se ei conformare
ita sunt pertinaces in eorum dictis. Quarto quibus in-
citatur ad contemptum dominorum quia secundum Aug[ustinum] sicut
amor dei ducit ad contemptum mundi. Quinto
mala quibus adducit inobedienciam prelatorum
quia inanis glorie appetitum sicut & superbi non
sunt aliorum subiecti. Sexto mala quibus ad
discordiam proximorum quia appetitum inanis glorie
volentes ab aliis superari non concordant cum
aliis nec in dictis nec in factis. Sunt igitur sicut sep-
tem inanis glorie secundum Gregorium in moralibus iactancia
verborum, presumpcio novorum, pertinacia suorum dicto-
rum, contemptus dominorum, inobediencia platorum,
& discordia proximorum sicut prescribit de septem
sinus quod intitulatur de initium tere (?) perm (?)
sionis. Inanis igitur gloria vicium capitale de-
scribitur quia ex ipsa multa alia vicia oriuntur. Ad
tamen est dubium quod aliud est querere, quo vicio
sancti viri cicius temptantur vincentes ceteris viciis ut gula
vel luxuria quia talia vicia sunt homini magis
familiaria & diu per talia vicia facit in nobis
familiaria & diu per talia vicia facit in nobis-
facit in ipsis parte nam carne accipit parte sua con-
ipsis parte. Nam carne accipit parte sua con-
ciam eo quod absque omni exteriori suggestione
caro concupiscit adversus spiritum, & si caro sunt
pit cum diabolus instigante familiares & cetera impu-
gnant sanctos homines. Unde dicit Ambrosius quod
diabolus fideles & sanctos homines non nisi per inmi-
ciciis impugnare conveniunt. Sed intelli-
gendum est quod cetera & familiaria per talia vicia im-
pugnat. Tamen si queratur quo vicio sancti viri ca-
dunt citius cadunt vicio inanis glorie quia per
tale vicium diabolus temptat fortes, audaces & subtiles,
fortes quidem quia in primo aggressu temptacionis ex quo
per carnalia vicia sanctos vincere non potest quoniam contra
omnia passus fortis se armat. Unde Greg[orius] dicit
quod valent sancti viri carnalibus peccatis non vinci
sed postquam communiter necessitate vicerunt tunc
sed diabolo instigante per laudem gloriam cadunt. Audaces
autem diabolus temptat per tale vicium quia ut dicit Hugo
super regulam Augustini: Cum homo vigilat hostis diabolus
non timet quia ipse nunquam sopitur nec capitur. Si
vero ieiunat hostis non timet quia ipse nunquam

ab inimico capit. Si continenciam servat nec
timet quia ipse mulierem non amat. Sed si hu-
militatem & concordiam servat vehementer ipse
expavescit quia illud videlicet honorem servare
in terra quod ipse in celo servare contempsit.
Gerarum igitur superbia ut inanis gloria est vicium
per quod diabolus de celo cecidit. Audaces de-
ipso temptat sanctos homines. Subtiles autem quia
ut Aug[ustinus] dicit gloriosus vincens malis humane glorie
appetitus laudis nullus sentit nisi ille qui
secum bellum ingerit. Nam si facile est ipsam
carere si negatur difficile tamen est ipsam non
appetere si offertur. Ex quibus appetit licet esse
quod Crisostomus dicit: Cum certa vicia locum ha-
beant in finibus diaboli inanis gloria & in finibus
corporis locum tenet. Leccio quinta

Iterum assumpsit eum diabolus in montem excel-
sum valde et ostendit ei omnia regna mundi
et gloriam eorum. Et ait illi: Hec omnia tibi dabo
si cadens adoraveris me. Tunc dixit ei Jhesus:
Vade Sathana. Scriptum est enim: Dominum Deum
tuum adorabis et illi soli servies. Tunc re-
liquit eum diabolus et ecce angeli accesserunt
et ministrabant ei. Postea diabolus Christum temptat
consultacione impetere ista ut supra dicebatur
ponit tercium eius superbia & presumpcionis. Magna
enim erat diaboli presumpcio quod ex quo bis devic-
tus fuerat per Christum quod iterum presumebat temp-
tare eum. Unde dicit Crisostomus quod ex post eius victoria
ventris dirumpat & vane glorie victoria tunc si-
crat iterum presumit diabolus ei tercia avari-
cie ponere ispepty quod dicit eum modicum tercia. Quod iterum
assumpsit eum diabolus. Ista autem assumpcio ut supra
dicebatur corporalis & voluntaria fuit ita quod
si Christus ipsius sicut delicta prohibatur
diabolus dicens: Vade quo mens, nunquam cum me
poterit fama. Assumpsit igitur eum in montem ex-
celsum valde. Et dicit Beda: Si Christus
quod diabolus qui circuit terram omnem & perambula-
bat eam monte ceteris excelsiorem cognoscebat
ut inde monstrare posset omnia regna. Quod quanto
montes excelsior tanto exprecio spacio sor
terra videtur. Unde subdit: Ostendit omnia regna mundi
& gloriam eorum. Sibi ostendit non quod visum Christi
ampliaret secundum Rabanum ut aliquis cognoscitur

sibi inclinaret, sed vanitate pompe humane quam ipse diligebat sibi exposuit. Volens sua suggestione Christum ad amorem eius trahere. Ideo dicit Christo hec verba: Hec omnia tibi dabo (q. d. faciam te regem) si cadens adoraveris me. In quo miranda est benignitas Christi. Diabolus pre superbia illi promittit dare terrena regna, qui prius fidelibus donat regna celestia. Unde non est passus Christus cum temptaret, videns eius superbiam, sed sine temptatione imponens dicit ei: Vade sathana. Sed Petro non dixit retro sathanas, dixit post, ut subaudiat sequere me. Et secundum aliam translationem invenitur: Vade retro. Sed benignius fecit Christo: Vade retro in remissione et recordare inquantum gloria conditus fuisti et inquantum miseriam cecidisti. Ista tu persuades ut adorem te, sed econtrario tu debes me adorare, quia scriptum est: Dominum deum tuum adorabis et illi soli servies. Scribitur hoc Deut. 6. Deuteronomius qui idem sonat quod secunda lex. Omnia testimonia Christus que dyabolo accepit ut sunt legis secunda [illegible], sicut [illegible]. Tunc dyabolus sic confusus (et expulsus) reliquit eum, et ecce angeli accesserunt et ministrabant ei, non propter necessitatem impotencie sed propter honorem et reverenciam excellencie eius et dignitatis, ut esset dictum. Quo ad hoc [illegible] sex dubia. Primum utrum propter solam temptationem avaricie dyabolus fuerit a Christo repellendus. Secundum utrum semper avaricia sit peccatum mortale. Tertium utrum in momento dyabolus potuerit ostendere omnia regna mundi. Quartum utrum dyabolus possit divicias dare cui placet. Quintum utrum dyabolus sponte et voluntarie reliquerit Christum. Sextum utrum angeli qui accesserunt ministraverunt Christo in corporali refectione. Ad primum quod dubium est, quia Crisostomus [illegible] dicit quod propter solam temptationem avaricie Christus dyabolum expulisset, primo propter ydolatriam ad quam ipsa avaricia inducit, secundo propter dei filiacionem quam avaricia hominem excludit. Ista super illo ad Ephe. V: omnis fornicator aut avarus quod est ydolorum servitus, dicit glossa quia nummus vel denarius est deus avari, et res quas deus vult indigentibus ministrari sibi usurpat et recondit. Inducit enim avaricia hominem

ad ydolatriam, quia ita credit ut avarus et cupidus diligit pecuniam vel divicias vel quascunque alia temporalem rem, loquendo de cupiditate qualiter ut ibi constituat suum finem sine dilatione, reverenciam quam debemus soli deo exhibere exhibet creature, quod pertinet ad peccatum ydolatrie. Et quia hoc est facere deo iniuriam, honorem et amorem deo debitum creature impendere, ideo propter solam hanc temptationem meruit dyabolus a Christo repelli. Unde dicit Crisostomus quod cum Christus sustinet a dyabolo passus est temptationes iniuriam dicente sibi: Si filius dei es mitte te deorsum, non est Christus turbatus nec dyabolum increpavit. Sed cum dei sibi usurpavit honorem dicens: Hec omnia tibi dabo si cadens adoraveris me, exasperatus est et repulit eum dicens: Vade sathana, ut nos illius discamus exemplo magnanimiter quidem nostras iniurias sustinere, sed dei iniurias nec adusque auditum sufferre, quia propriam iniuriam patienter pati laudabile est, dei autem iniuriam dissimulare nimis est impium. Secundum sic ostenditur. Nam dyabolus primo temptavit Christum de eo quod dei filii et spirituales viri appetunt et desiderant, scilicet de vana gloria, ut quasi faciant aliqua ad ostentacionem hominum. Sed tercio perduxit temptationem ad illud quod non filiorum dei nec virorum spiritualium sed carnalium solum est, divicias et res temporales concupiscunt, usque adeo temptavit dei. Unde in primis duabus temptationibus dixit: Si filius dei es; sed in tercia solum dixit: Hec omnia tibi dabo si cadens adoraveris me, quia ista tercia non videtur spiritualibus qui sunt dei filii per adoptionem convenire non potest, sicut due prime. Propter istam quo statim fuit repellendus, quia Christus non solum erat dei filius per adoptionem sicut viri spirituales, sed et per naturam. Ad secundum est dicendum quod avaricia proprie sumpta dicit inordinatam concupiscentiam pecunie et diviciarum. Unde secundum Ysidorum avarus idem est quod eris avidus. Et ideo quis habet inordinatam concupiscentiam pecunie et diviciarum quantum ad ipsarum acquisitionem, quia tanta est aviditas quod res aliorum subripit ut possit pecuniam et divicias undique acquirere, sic avaricia est semper peccatum mortale, quia opponitur et contrariatur illi precepto: Non concupisces rem proximi tui, non servum, non ancillam, non bovem, non asinum, nec omnia que illius sunt concupisces. Namque concupiscentia completa res aliorum opponitur directe iusticie et caritati.

Hoc dixit quia cultum soli deo debitum sibi usurpat dyabolus, quod est ydolatrie, ut in ydolis sibi hunc cultum exhibet.

Ille princeps demonum lucifer qui hominem temptavit.

2 ptinet ad rapina ul' furtu sed sicut rapi
na ul' furtu semp e petm mortale sic auari
na p homo pt quis hr inordinata cocu
piam pecunie 2 diuiciaru q'm adamum affe
tonem 2 tnc si tanta talis dilecto q' dilectoz
talm pferat deum 2 no dimittit face cot
dei pcepta cpfiffcatoe 2 receptoe pecunie et
diuiciaru quas ipse possidet 2 que sibi sunt
e petm mortale q' isto mo auaricia offert
deum caritati 2 tollit hoi vltimu finem
2 ipsu deum qui e vita aie Et si no no sit
tanta q' ho ppt talia agat cotra dei pcepta
nec eoz dilecto pferat dilecto dei tnc no
e petm mortale s3 veniale Tercia e dubiu
q' cu sit tripx visio s' aug' 12o sup Gen
intellectualis ymaginaria 2 corpalis vtru
velit q' mentalit' ul' intellectualit' dyab' oste
dit xpo qualit' regnet i mundo Aliqs regnat
p auariciam aliquos p luxoriam aliquos
p supbiam aliquos p alia vicia alios
p aliud ita q' noie regnoz mudi intellig'
sunt vicia 2 peccata quibus dyab' mundanos
homines regit 2 q' ostendit dr quod xpo
ostendit dyab' xpo p quem modu regnaret i
mundo dr sibi intellectualit' regna mudi
ondisse Theofilus no dicit q' ista ouisio
fuit ymaginaria q' i ipa fantasia xi fecit
dyab' apparere sensibilit' omnia regna mdi 2 glam
2 potestia ipius biso eciam ymaginaria vidit
quod sensibilit' no ipe ies s3 rez similitudines
2 ymagines s3 cris dicit q' ista visio ul' oste
sio fuit corpalis q'm ad ptes puaboles mdi
ita q' dyab' ostendit xpo no ut videns regna cum
2 castra 2 aurum 2 argentum ptclara s' ptes
pua bs in quibus vnumquodqz regnu ul' ci
uitas posita erat digito dyab' xpo demostra
bat vnumquodqz regnu honorem 2 dignitatem ostendi
bat 2 hec videt magis pbabile q' vtq' illa
temptaco corpalis erat visio corpalis esse
debebat Quarta e dubiu q' dyab' duo p
misit xpo primo regnum 2 principatum
2o glam eoz vt aurum 2 argentum 2 alias
diuicias que sunt gla regni 2 principatu
et in utroqz mentiebat q' regnu 2 pncipatu

no potest dare ul' glam eoz puta aurum 2
argentum conferre pt Nam in quolibet regimine
ul' principatu duo possumus considerare
primo ipam ptatem dominadi 2 ordinatoe eius
superioris ad inferiorem 2o ipius ptatis
acquisitoem 2 exercicoe Quantum ad primum
omne regnum 2 omnis principatus dat a deo
no a dyabolo q' ut dicit aplus ad Ro 13 omnis
ptas e a deo 2 que a deo sunt ordinata sunt
vn concludit ibi q' qui ptati resistit dei
mae ordinatoi resistit Sz q'm ad scdm
si acquisico 2 exercico regni principatus 2
ptatis e iniusta 2 fallax 2 tyrannice
vsurpata 2 q' ipa ptate iuste 2 licite acq
sita vtat' no abutat' sic e a deo Sed
verum e q' iniusta acqsico 2 exercico regni
principatus ul' vsurpaco ptatis 2 abusus
eius e a dyabolo s3 illud Osee viii Ipsi regnaverunt
qui vsurpat 2 abutit' dominio 2 ptate
Ipsi regnaverunt no p me principes extiterunt
2 no cognovi eos Similit' mendacia dixit
q' eoz glam aurum 2 argentum 2 alias diuicias
posset dare consideranda 2o q'm ad eoz sbam
2 naturam 2 sic dyab' no pt talia dare s3 deus
q' dictu sua bonitate sunt valde bona iuxta
illud Gen 1o vidit deus cuncta q' fecerat
2 erat valde bona Sed 2o q'm ad acquisitoem
2 vsum ipoz Et si quidam aliqui acqrunt
aurum argentum 2 diuicias alias iuste 2
licite 2 iusto titulo possideant ac iuste
s' dei pcepta vtant' eis a deo sunt q'
deus talia creauit ad vsum hoium 2 ad
sustentacoem nre eius Sz si aliqs iniuste
acquirunt p furtum rapina vsuram ul'
p ydolatriam pacta 2 conuentoes cu dyabo
faciendo 2 male 2 cotra dei pcepta dum
eis bn ul' male acquisitis vtant' tnc in
iusta acquisico 2 praua dispensaco no est
a deo s' a dyabolo Vn dicit Crisostomus sup hunc passum
q' illa que p iniquitatem sunt i mundo puta p
furtum aut p iuriam acquisitas diuicias
dyab' dat Ita q' dyab' quibus vult diui
cias dare no pt s3 illis qui volunt ab
ipo recipere p furtum p rapina p ydolatriam
2 alia petm dare potest Quinta

est dd[illegible] / per hanc dubitacionem Crisostomus determinat
super hunc locum dicens / quod romanus intelligi
potest quod dyabolus non voluntarie nec quasi
obediens precepto Christi recessit sed divinitas
eius et spiritus sanctus qui erat in eo expulsit
dyabolum et violenter expulit ipsum / Quod ut
dicit facit ad nimiam magnam consolacionem /
quia exinde intelligere possumus quod non tantum diu
dyabolus temptat homines quantum diu vult sed quantum diu
Christus ei permittit / Unde si paulisper permittit
quo temptare / tamen repellit eum statim propter
nimiam infirmitatem. Juxta illud apostoli / fide-
lis deus qui non permittit nos temptari
super illud quod potestis / sed faciet cum temp-
tacione proventum ut possitis sustinere. Qui igitur dyabolus
confusus fuit et verecundiam passus ex temp-
tacione Christi et invitus recessit / possumus in-
telligere quod quantumque minatur et verecundia pa-
ciatur per illos viros qui eos temptat et ipsi
non consenciunt ei / adhuc tanta est eius su-
perbia quod voluntarie non recedit ab eis / sed
per bonos angelos repellitur recedere propter ter-
mium [illegible] Vnde ne. ¶ Ad propterea est dd[illegible]
quod secundum Crisostomum sicut dictum non est / ecce angeli
descendentes ministrabant ei / sed accesserunt / quia
semper erat in terra ad ministerium Christi / sed tunc
quando dyabolus Christum temptare voluit propterea
duo angeli recesserunt / ut locus dyabolo
daretur adversus Christum temptandum / Vel forte
dyabolus videns bonos angelos circa eum ex ti-
more non appropinquavit ad Christum / Consequenter dicit
quod ministrabant ei angeli ad corporalem refeccionem
quando dyabolus recessit / quia dictum est quod post 40 dies et
noctes esuriit. Sed Crisostomus exponens dicit / quod
in quibus rebus angeli ministraverunt ei / scire
non possumus / utrum ad sanacionem infirmi-
tatum / an ad emendacionem animarum / ut ad fugacionem demo-
nium et malorum spirituum / que omnia vero per bonos
angelos facit / vel eis facientibus ipse facere
videtur. Qualitercumque tamen [illegible] intelligatur
istud ministerium / certum est hoc quod non minist-
rabant ei propter necessitatem impotencie eius / sed propter
honorem potestatis eius / unde non est dictum quod angeli
accesserunt ut adiuvarent eum / sed ut minist-
Cum autem Leccio quinta [illegible] Cum autem
audisset Ihesus / quod Johannes traditus
esset secessit in Galileam. Et relicta civita-
te nazareth venit et habitavit in civitate caphar-
naum maritima in finibus Zabulon et
neptalym / ut adimpleretur quod dictum est
per ysaiam prophetam / Terra zabulon et terra
neptalym via maris trans iordanem galilee
gencium / populus qui ambulabat in tenebris
vidit lucem magnam et sedentibus in regione
umbre mortis lux orta est eis. Exinde ce-
pit ihesus predicare et dicere / penitenciam agite appropin-
quabit enim regnum celorum. Exposita dyabolica Christi
temptacione prosequitur scriptura ut evangelista
eius ponit ipsius Christi [illegible] Johannis
absentacionem. Et quamvis inter temptacionem Christi et
carceracionem Johannis interposita sunt omnia que narrat
Johannes evangelista usque ad tercium capitulum / Omnia enim illa
que fecit Christus et Johannes narrat de eo quod Andreas
duxit petrum ad ihesum / et quod philippus nathanael
Christo / et de conversione aque in vinum / et de illa disputa-
cione [illegible] quam nicodemus proposuit Christo ista omnia
secundum Augustinum de consensu evangelistarum facta fuerunt
antequam Johannes poneretur in carcerem / supradicens tamen
statim post temptacionem Christi pretermissis illis que
Johannes posuit / ait quod cum audisset Ihesus quod
Johannes traditus esset / audivit enim hec a discipulis
Johannis / quod traditus erat et positus in carcerem
Traditus enim erat secundum hilarium a deo / quia in
sanctum virum nemo potest aliquid nisi tradiderit eum
deus. Secessit in galileam / secundum bedam / duplex
est galilea. Una in tribu neptalim vicina tyro
et illa dicitur galilea gencium. Alia in tribu zabulon
iuxta tyberiadem / et illa dicitur galilea iudeorum.
Et secundum Jeronimum una fuit Galilea divisa tempore
Salomonis / quia in una parte galilee dedit regi
tyri 20 oppida / et ista pars postmodum dicta est
galilea gencium / sicut patet 3 Regum 9. Reliqua
non dicta est galilea iudeorum. In ista igitur galilea
legem implevit quatuor modis. Primo sensum
figuratum exhibendo. Multa enim legalia figurabant
Christum que circa ipsum erant agenda. Unde post exhi-
bito illa impleta sunt. Secundo verum intellectum
legis dando, sicut patet in homicidio et adulterio,
in quibus iudei credebant solum actum exteriorem
esse prohibitum. Christus autem actum interiorem ostendit
sub prohibicione cadere. Tertio quedam perfectionis
consilia superaddendo, sicut dicenti sibi se servasse
omnia legis precepta dixit: Unum tibi deest. Si
vis perfectus esse, vade vende omnia que habes et da
pauperibus. Quarto modo observationis et impleti-
onis tradendo, sicut patet in periurio. Manda-
bat enim lex non periurare, quod bene servari
non poterat si iuramentum erat in assuefactione;
ideo ut facilius servaretur preceptum omnis a iura-
mento esse abstinendum nisi esset magna necessitas.
¶ Ad etiam est dicendum quod istam dubitationem deter-
minat Augustinus 3° de libero arbitrio dicens quod natura
humana post peccatum infatuata est in cognitione
ut recte non querat quod querendum est, et in affectione
ut sine difficultate non faciat vel impleat quod
faciendum est. Que quidem ignorancia cognici-
onis et difficultas affectionis non est peccatum, sed
pena peccati. Unde dicit ibi quod omni peccanti anime
hec duo penalia sunt, ignorancia et difficultas.
Natura autem infirma plane est quod nec omnia
opera nec sane potest facere, nec potest facere ita
bene. Ideo dicendum est quod post peccatum nec omnia precepta
legis homo potest servare si non auxilio Christi, nec
ita perfecte sicut ante fecisset. Sed querit hic Augustinus cur
imputatur homini ad peccatum si precepta non faciat,
ex quo habet ignoranciam ut que ipsa non cognoscat
et difficultatem ut ipsa implere non valeat. Ad
quod videtur quod non imputatur nobis ad peccatum
quia inviti ignoramus, sed quia negligimus querere
quod ignoramus; nec nobis imputatur quod vulnera-
ta membra non colimus, nec possumus dominari
perfecte motibus membrorum et potenciarum interiorum
que sunt in nobis vulnerata et infirmata, sed im-
putatur nobis quod medicum volentem nos sanare
contempnimus. Nam licet lex per Moysen data
sit, gratia tamen sanans difficultatem nostre affectio-
nis et veritas sanans ignoranciam nostre
cognicionis per Ihesum Christum facta est, ut dicitur Joh. 1°.
Ideo quia nunc medicum habemus et sanare volentem,
imputatur nobis quod contempnimus eum. ¶ Ad quartum
est dicendum quod legem veterem esse aliam a lege
nova dupliciter intelligi potest. Primo quod sit alia
quia ab alio deo effective facta vel data. Sic manichei
dixit legem veterem datam fuisse a malo deo.
Vel quod sit alia quia ad alium finem ordinata, quod
utrumque est falsum, quia ut scribitur ad Rom. 7°:
Lex quidem sancta et mandatum bonum et iustum.
Et 3° capitulo dicitur: Unus et idem deus est qui iustifi-
cat circumcisionem, id est iudeos, per fidem et preputium,
id est gentiles, per fidem; similiter ad eundem finem or-
dinata, quia omnis lex uno sermone completur:
Diliges proximum tuum sicut teipsum. Et 1 ad Thi-
moth. 1° dicitur quod finis omnis legis et precepti est cari-
tas. Secundo potest intelligi quod sit alia quasi
altera, sicut perfectum est alterum a seipso imperfecto,
secundum quem ad modum dicimus quod homo est quasi
alter a seipso dum est puer, iam factus vir. Cum
igitur lex nova comparetur ad veterem sicut
vir ad puerum, iuxta illud apostoli ad Gal. 3°:
Itaque lex pedagogus noster erat, at ubi venit
fides iam non sumus sub pedagogo, concludendum
est quod lex nova non proprie est alia a veteri, sed
magis altera, sicut perfectum est alterum ab imperfecto.
¶ Ad quintum est dicendum quod lex humana
ad hoc inventa est ut prodeat communi utili-
tati hominum. Unde dicit iurisconsultus in primo
Digestorum: Nulla racio aut equitatis benigni-
tas patitur ut que salubriter pro utilitate
hominum introducuntur, ea nos duriore interpreta-
cione contra ipsorum commodum producamus ad severitatem.
Si ergo emergunt aliqui casus quo communi utilita-

sint dampnosi et periculosi cum legislator omnes
fortuitos eventus particulares providere non possit
in talibus licet agere preter verba legis. Sicut dato
quod lex scripta et iuramento firmata aliquibus civi-
tatibus dicat quod porte per custodes semper teneantur clause
si contingat aliquos cives in persequendo hostes
et postmodum ab aliis fugari in periculo esset dicere
quod in tali casu porte eis non aperirentur. Maiorem
tum evidenter apparet in hoc casu verba legis
servare communi utilitati esse dispendiosum propter qua
communi utilitate lex illa instituta fuit. Et si
dicatur quod omnis est interpretari aut est cuilibet illi
aut qui sub lege sunt non sunt conditores legis
sed observatores. Dicendum est quod hoc verum est
quando lex est dubia et facultas adeundi superiorem potest haberi
temporibus. Sed ubi subitaneum est negocium et clare
apparet nocivum esse communi utilitati et in mora peri-
culum. Hiis concurrentibus potest quilibet eorum
sub lege sunt preter legem agere. Sed tunc ipse inter-
pretatur legem sed sequitur intencionem legislatoris
quod per evidenciam nocumenti apparet legislatorem
hoc intendisse et debuisse intendere. Ita ut ait
Thomas loco superdicto. Tamen leges non habent
verba eorum tenere sed vim ac potestatem. Ad
ultimum est dicendum quod lex humana tunc est lex censenda
quando iusta est. Si non est iusta magis iniquitas
et violencia dicenda est quam lex. Quia sicut Augustinus primo
de libero arbitrio. Lex enim non videtur esse iusta non
sit. Contingit autem legem iniustam fieri tri-
bus modis. Primo effective sicut ille qui legem
infert potestatem et iurisdictionem suam non exce-
dat. Secundo finaliter et tunc iusta est sicut si lex fe-
ratur et gravamina imponantur propter utilitatem
non propria bursa implenda vel propria gloria et
fama amplianda vel dominium divulganda.
Tercio formaliter et quantitative sicut si proporcio-
naliter imponuntur et dividuntur onera debent
enim dividi sicut honores sicut sicut divites
et maiores dignitate plus participant de honore
sic plus secundum proporcionem debent participare de onere.
Aliter forma iusticie non servatur. Certo modo
et subiective sicut iusto et vero modo illi quibus
lex imponitur inducitur servetur et observetur.
Sed ergo lex humana habeat istas conditiones

cum ipso modo decimine a lege naturali et divina
obligat eius observatores in foro consciencie.
Si non habeat condiciones oppositas quia hoc modo
non proprie est lex sed violencia non obligat
in foro consciencie nisi forte propter scandalum vitandum
propter quod vitatores et propter quod homo debet cedere.
Ad viii est dicendum quod solvere mandata minima
et sic docere vocari minimum in regno celorum aliter
exponit Crisostomus et aliter Gregorius et aliter Augustinus.
Nam Crisostomus mandata legis sicut non occides
non adulterabis et cetera dicit esse minima id est facil-
lima in actu exteriori quia ipsa magis est consuetudo criminis
repentis voluntate. Sunt enim status noviata
circumvoluta malicia. Sed minima est facillima
sunt in actione et remuneratione. Imperfectione non
peccati sunt magna et gravia. Sed mandata Christi
ut non concupiscas et non irascaris in actu quod
exteriori sunt valde magna et difficilia quia
magnum valde est cohibere omnem motum con-
cupiscencie et iracundie et ideo talia magna sunt
in remuneratione et minima culpa. Sic in peccato.
Vult ergo dicere salvator per Christum quod qui solvit
ista mandata minima sicut non concupiscas
non irascaris vocabitur minimus in regno celorum
quia ex quo levia et minima peccata committit
et quidem et mortale peccatum non facit sciret ex
pena dampnatoris etiam non tamen est ita
magnus in statu et in illa gloria qua conse-
quitur ille qui et minima precepta implent.
Decedentes enim sine mortali et veniali statim
consequuntur gloriam sed decedentes in veniali
sine mortali detinentur in purgatorio et sic
minimi respectu eorum qui iam sunt in gloria
et tamen omnes sunt in regno celorum sed minimo
tamen primo. Gregorius vero dicit regnum celo-
rum hic appellari statum ecclesie presentem
in quo quidem regno qui solvit mandata minima
et solvendo docet homines ad observacionem ipso-
rum ita quod talis male vivit et bene predicat
minimus est et despectissimus vocatur quia cuius vita
despicitur necesse est ut eius predicacio contempnatur.
Augustinus autem exponit sic super deus est

Ideo enim Residuum. Sequitur: Dico autem vobis quia nisi abundaverit. Capitulum quintum lectio 3a

in Dominica lectio

habundaverit iustitia vestra plus quam scriba
rum et phariseorum non intrabitis in regnum celorum.
Audistis quia dictum est antiquis non occides. qui
autem occiderit reus erit iudicio. Ego autem di
co vobis quia omnis qui irascitur fratri suo reus
erit iudicio. Qui autem dixerit fratri suo racha
reus erit concilio. Qui autem dixerit, fatue reus erit
gehenne ignis. Dicebatur supra quod perfectio huma
ne vite primo consistebat in bonorum spiritua
lium promissione. 2° in legis veteris supple
tione. Expedita igitur prima parte, hic circa secunda
eo quia dicit, Impleverunt autem Christus illud quod
deerat legi veteri quedam perfectionis consilia ad
dendo et verum intellectum eorum que in lege
dicebantur aperiendo possumus igitur dicere quod Christus
quantum ad 8 aperuit verum intellectum eorum que
continebantur in lege. Primo quantum ad homici
dii prohibitionem. 2° quantum ad hostie et sacrificii
oblationem. 3° quantum ad fornicatoris prohibi
tionem. 4° quantum ad uxoris repudiationem. 5° quantum
ad iuramenti observationem. 6° quantum ad pe
ne talionis mitigationem. 7° quantum ad inimi
corum dilectionem. Et 8° quantum ad operationis
intentionem. Secundum igitur ista octo in quibus Christus
verum intellectum legis aperuit totum istud re
siduum capituli continet 8 partes et sic sunt
termino octo lectiones. 2° ibi Si igitur offers munus
tuum. 3° ibi Audistis quia dictum est antiquis. 4° ibi
dictum est autem. 5° ibi iterum Audistis. 6° ibi Audistis
quia dictum est. 7° ibi Audistis quia dictum est. 8°
in alte hec ut 3. Ad intellectum igitur prime partis
est sciendum quod secundum Crisostomum Christus suos apostolos
adhuc rudes et novicios peccatores esse co
gnovit magistris et doctoribus videntibus quia suos quos
apostolos volebat facere quod docebat scribe
autem et pharisei que dicebant et predicabant verbo
opere non implebant. Unde ait scilicet apostolis suis
dico vobis nisi habundaverit iustitia vestra plusquam scriba
rum et phariseorum non intrabitis in regnum celorum. Secundum enim
Augustinum iustitia phariseorum erat mandata legis
moysi que liberabat a pena debita transgres
soribus sed in regnum celorum non inducebat.
Supplectiones autem illorum mandatorum que
erant mandata Christi in quibus suos apostolos volebat
super phariseos habundare inducunt in regnum
celorum, et a pena liberant nam secundum Augustinum
contra faustum nos vocem quod tam crebro
nominat deus nescio utrum in libris veteris
testamenti quisque inveniat. Ipse non pertinet ad
revelationem novi testamenti quod ore Christi nomi
nandum servabatur vel secundum Augustinum volebat Christus
suorum discipulorum iustitiam super iustitiam phariseorum
habundare quantum ad verum intellectum legis. Non
enim intelligebant pharisei homicidium nisi peremptionem
corporis humani. Christus autem omnem iniquum
motum ad nocendum fratri in homicidii genere de
putavit. Ideo subdit Audistis quia dictum est antiquis
id est maioribus in lege Exodo 20. Non occides ho
minem scilicet ad ymaginem dei. Qui autem occiderit reus
erit iudicio scilicet legis que eum puniet secundum
talionem, scilicet morte puniri sicut morte peremit
alium. Ego autem dico vobis quod omnis qui irascitur
fratri suo, sine supple causa, fratri suo non iniquo
vel peccato, reus erit iudicio, id est maiestatis scilicet apud
deum. Qui autem dixerit fratri suo racha, secundum
Augustinum non dictio nove significatione sed motum
animi indignantis exprimente. Secundum vero Crisostomum
racha est signum contemptus et parvipen
sionis ergo alicuius commovet ad iram. Secundum
secundum Ieronimum racha ebreum non est et sonat
vacuum vel inane quod nos in latino sine
cerebro possumus interpretare. Qui autem dixerit
fratri suo racha reus est concilio quia tunc iam
non solum est in iudicio accusandus verum etiam
est sententiandus scilicet qua pena sit plectendus in
concilio scilicet homicidii. Qui autem adhuc amplius
progreditur quod motum indignationis sine causa
verbo iniurioso et contumelioso expresserit ita
quod dixerit fratri suo fatue reus erit gehenne
ignis et inferni ardenti pene. Gehenna vero gehen
na nominat quod non longe putat a valle
ydolis consecrata que est iuxta Iherusalem reple
ta olim ossibus mortuorum et cadaveribus ubi
est maior fetor secundum quod Rabanus dicit. Sed
hic possunt esse 7 dubia. Primo utrum dic
tum omnis qui occidit reus sit iudicio. 2°
utrum omnis qui irascitur fratri reus sit concilio
iudicio. 3° utrum semper ira que nascitur
ex parvipensione sit peccatum. 4° utrum ira
semper que est accensio circa cor sit peccatum.
5° utrum ira que est appetitus vindicte sit semper
peccatum. 6° utrum irasci fratri quique esse liceat
et utile. 7° utrum ira sit vitium capitale.
Ad primam est dicendum quod secundum Augustinum libro de civitate

Marginalia:

fatue

scilicet id quod predicavit et docetur non faciunt.

id est quod ad salutem non sufficit bona doctrina nisi assit bona vita.

i. racha

vel secundum alios actualiter et causaliter.

non solum non occidere sed etiam non irasci fratri.

sine causa ad gratiam persone, et non ad correctionem culpe. Unde Rabanus: Qui cum causa irascitur fratri non irascitur sed vitio.

dei in matthei putaverunt istud dictum Non
occides intelligendum esse de omni re habente
animam. Unde dicebant homines plantas incidentes
et animalia irrationabilia occidentes homi-
cidii crimine incurrere. In quorum errorem etiam
ipse Augustinus lapsus est, quia sicut plorare dicebat
quod evellebat folium, sicut ipse narrat in
libro confessionum. Sed ut idem Augustinus ait Contra
et nephas est hoc credere, quia iustissima ordinatione
creatoris vita et mors omnium animalium irra-
tionabilium hominis usibus subditur. Videtur ergo restat
ut solum de homine intelligatur cum dicitur Non
occides, ita quod subaudiatur nec te nec alium.
¶ Excipiuntur tamen iiii[or] casus in quibus secundum Augustinum
in predicto libro et ponitur in decretis 23 q. 5 licet ho-
minem occidere absque eo quod occidens sit re-
us in iudicio temporali et eterno. Primo si illi qui
deo auctore iusta bella gerunt si homines
occidunt, rei iudicio non fiunt. Secundo si iu-
dices qui publica potestate funguntur malefac-
tores puniunt, homicidii crimine non in-
currunt, quia ut ibi dicit Augustinus Cum ...
iudex hominem confessum vel victum de aliquo scelere
interficiat, non ipse eum occidit sed lex. Tertio si
expresso iussu vel precepto dei hoc faciat. Unde
excusatur Abraham qui filium voluit inter-
ficere innocentem. Non enim fecit contra hoc
preceptum Non occides, quia precepto dei fecit
qui potest in omnibus mandare qui tabulas dis-
pensare. Quarto si istud fiat privato consilio
et occulta inspiratione spiritus sancti, quia non ali-
ter excusatur Sampson qui se ipsum cum hostibus in-
terfecit, Et Iepte qui filiam suam sibi de
victoria redeunti occurrentem interfecit,
nisi quia privato consilio spiritus sancti et occulta
eius inspiratione hoc fecerunt. ¶ Ad secundum dicendum
quod istam dubitationem movet Augustinus in libro de
sermone domini in monte. Si ille qui occidit hominem
reus est iudicio, et ille qui sine causa irascitur
fratri eodem modo dicitur reus esse iudicio, quid
amplius est occidere quam irasci. Ad hoc videtur
Augustinus in gehenna ignis et in dampnatione
eterna diversos esse gradus penarum sicut
sunt diversi gradus peccatorum. Vult ergo dicere Augustinus
quod ista quatuor, irasci sine causa fratri, et dicere

racha, et dicere fatue, et postea occidere, diversos gradus
peccatorum intelligi, ut primo quis irascatur motum
tamen ire contineat in corde retentum et sic di-
citur iratus. Secundo ut iam illum motum ire per vocem
non significantem sonet, ita quod dicat racha,
id est aliquod signum indignationis et indignationis
ostendat. Tertio ut verbo iniurioso et contumelioso
illum iracundie motum exprimat, ita quod
dicat fatue. Quarto quod vindictam opere impleat
vulnerando, verberando, occidendo, et est pla-
num quod unum est gravius peccatum quam aliud, quia in primo
motu est ira sola, in secundo est ira cum voce
non tamen aliquid determinate significante sed motum
illum ostendente, in tertio non est ira et vox et in
voce certa vituperationis expressio, sed in quarto
est ira et vox et certa impositionis expressio
et operis executio. Unde quoniam ex illis eius
motibus ire venit executio operis, patet
quod in omnibus illis fuit peccatum mortale, dato
quod illis tribus motibus ire non supervenisset
opus sed solus deliberatus consensus operis exe-
quendi et sine nocumento proximo infundendi, peccatum
mortale fuisset, secundum tamen magis et minus.
Et ideo secundum Augustinum per esse reum iudicio quod corres-
pondet primo motui ire, et per esse reum
concilio quod correspondet secundo motui, et per esse
reum gehenne ignis quod correspondet tertio mo-
tui, et per esse reum iterum iudicio quod correspondet
quarto, diversas mansiones et diversos gradus penarum
inferni intelliguntur, quia licet cuilibet peccato
mortali debeatur pena eterna, eadem in duratione
non tamen in quantitate intensione. ¶ Ad tertium est
dicendum quod ira affectiva ire est per impositionem totam
magis causa qua quis irascitur est, quia videt se
contemptui et parvipendi. Si ergo aliquis parvipendit
et contempnit propter defectus suos et propter peccata sua
contra hoc irascitur sibi ipsi et contempnit dicens
id quod dixerunt fratres Ioseph capito Gen. Pati-
mur, quia peccavimus in fratrem nostrum, talis ira
qua irascitur ex tali parvipensione non est peccatum
immo est bona et inducit hominem ad penitentiam.
Unde narratur Gregorius in dyalogo de quodam monacho
sui monasterii, quod cum tres aureos in lecto
suo habere reprehensus fuisset, et ob hoc ...

In extremo vite sue quidam monachus dilectus
et promissus est penitere ipso patre Gregorio
monasterii, videns se predictus monachus propter
suam maliciam et avariciam sibi in contemptum
et preiudicium ex abominabilis fortitudine tot suspi-
ravit iratus et indignatus et sic in illa indig-
natione sui peccati delictum non persolvit et post
mortem suam per ipso facere hostie oblacionem per
xxx dies apparens fratri suo dixit se salvatum
esse. Sed si quis invidet et preiudicat propter
Christi veritatem confitendam et eius iusticiam de-
fendendam et ex hoc irascitur et indignatur
contra deum et contra proximum et insurgit in blas-
phemias contra deum et in clamores et con-
tumelias contra proximum talis ira est mala
et peccatum. Unde dicit Ieronimus super x° Nemo vero pa-
titur qui homicida vel fur vel alienorum
appetitor. Sed si propter Christi exprobramur non
erubescat neque irascatur sed glorificet deum
in tali persecutione. Ad quartam est dicendum quod
ira ex qua nascitur ira materialis et subiec-
tive est accensio sanguinis circa cor, sed quando
accensio sanguinis circa cor sic accedat iudi-
cium rationis ut quod non potest esse peccatum. Unde dicit
Gregorius v° moralium Omnimode cavendum est
ne ira que ut instrumentum virtutis assumitur
menti dominetur ne sicut domina precedat sed
sicut ancilla ad obsequium parata a tergo ra-
tionis nunquam recedat. Contingit tamen quandoque sed per hoc
quod mens bene incipit audire iudicium rationis putat
quod ipsa iniuria esse vindicanda sed sic
est festinus ut non attendat vindictam fieri
secundum rectum ordinem quod audiens rationis impositum con-
silii iratus, ut philosophus dicit in ministris festinan-
tibus mandatum domini exequi antequam complete
totum audiant et ergo modo ira que insurgit
ex tali accensione sanguinis est peccatum sine
preveniendo rationis iudicium sive non expec-
tando iudicium rationis in taxando debitum
modum inferendi vindictam pro iniuria illa-
ta, propter quod narrat Maximus Valerius de Ar-
chita Tarentino quod cum servus eius eum offen-
disset dixit Quam te punirem si tibi ira-
tus non essem, quia sic preventus fuit ira quod
non dum taxaverit proportionem qua pena pu-
niret servum eum offendentem. Sed si talis ira

que insurgit ex accensione sanguinis sequitur
iudicium rationis expectet scilicet modum proportionem
taxatus de vindicta inferenda pro illata in-
iuria, ne dum quod sit peccatum, ymmo quandoque est virtu-
tis instinctum ut Gregorius dicit. Ad quintam est dicendum
quod formaliter ira non est aliud quam appetitus vin-
dicte. Cohen quod aliquis proponendi insurgit ex eo
appetitu et velit statim vindictam, sicut de eo quod
proponendum est scribitur Hester v° quod cum audisset
Aman quod Mardocheus non flecteret sibi ge-
nua nec adoraret eum iratus est valde et ni-
michi hec puto quod dum video Mardocheum
sedentem ante fores regias. Ideo fecit parari
excelsum trabem ut suspenderet eum. Si igitur
aliquis appetit vindictam propter sui satisfactionem non
propter dei iusticie manifestationem et peccati condem-
pnationem magis tamen propter peccati correptionem et
animo inordinato quia non per personam et non
in ordine debito, talis appetitus est peccatum
mortale. Sed si talis appetitus est ordinatus
quod quis appetat vindictam sicut propter dei iusticie os-
tensionem et propter correptionem peccati in ordine
debito ita quod talis vindicta fiat per iudicem et co-
mmunem personam, tunc non est quod dicit propheta Letta-
bitur iustus cum viderit vindictam. Talis appetitus non
est peccatum. Legimus namque multos sanctos viros vindic-
tam malorum appetivisse sicut Helias petivit ut
veniret ignis de celo et devoraret duos
quinquagenarios principes et eos qui cum eis erant
et debito Thama legimus quod imprecatus fuit
illi qui manum sibi alapam dedidit ut in eo minimo
manus eius arescerent prestarent propter quod si vindicta
et divina ulcio appetitur ad dei iusticie manifes-
tandum et ad malorum correptionem et oppressorum
liberationem peccatum non est, ymmo hoc requirit ordo
caritatis. Unde dicit Gregorius xxi moralium Evenire plerumque
solet ut non amissa caritate inimici ruina
nos letificet et rursus gloria sine invidie culpa
contristet cum ruente eo quosdam bene erigi
credimus et proficiente illo plerosque iniuste
opprimi formidamus. Ad 6 est dicendum
quod licitum et utile est quandoque irasci propter iiii.
Primo propter doctrinam audacter promendam. Unde
ira audaciam et facit praenunciata devovet
et expellit vicia a cordibus auditorum, secundum
illud Exodi 17 Misisti iram tuam que devoravit
eos sicut stipulam. Secundo propter iusticiam dei intrepide os-
tendendam. Unde dicitur Exodi 32 quod cum descendisset
Moyses de monte et vidisset vitulum et cho-
ros iratus est valde et precepit demonibus

duas tabulas et confregit eas ad radices
montis arripiensque vitulum combussit eum
et contrivit usque ad pulverem. Secundo propter iram
tam rabiem fortiter repellendam. Nam secundum
philosophum · 4 · ethicorum irasci quibus oportet et quantum
quando est laudabile et non irasci est insipi
ens et insensibilis, volentibus rempublicam
invadere et perturbare. Laudabilis est iusta ira. Nam
tetes secundum philosophum ibi sunt magis audaces et magis
virilis, quam non irascentes, sunt digni pre
ti pari propter hosticam rabiem compescenda.
Tertio propter intrinseca vicia refrenanda
dicuntur homines enim contra aliquorum peccatorum
stibiorum irascimur, quoque ira refrenat mul
ta mala despicia, unde Seneca dicit de seipso
quod ipsi rigidus et iratus solus desperata
penetrabam. Istas quatuor utilitates tangit
Cassiodorus super hunc psalmum, Item si cum fratri irascitur
reus erit, qui autem cum causa non est reus, quia
sine ira nec iudicia stant, ut doctor Cassiodorus.

n[ota]t vicia que sequuntur

Ad septimum est advertendum quod vicium capitale dicitur ex quo
oriuntur alia vicia, possunt igitur dici quod quis
potest irasci corde verbo et opere. Ubi quando quis irascitur
corde quod forte credit propter eam aliquam pati inu
riam sibi obnoxia nascitur indignatio, Cum non
irascitur verbo sine expressione iniurie nascitur
clamor, si cum expressione nascitur contumelia, si non
dum iniuria permittente blasphemia. Cum autem
modum vindicandi excogitat nascitur timor vel
elatio. Cum si quis irascitur opere tunc contra nascitur
rixe in quibus includuntur verbera percussiones
vulnera homicidia et multa alia mala, indig
natio tumoris elatio clamor contumelia blasphemia
et rixe dicuntur soboles et filie ire, sicut
ponit Gregorius 31 moralium

Lectio sexta

Si ergo offers munus tuum ad altare
et ibi recordatus fueris quod frater tuus habet
aliquid adversum te, relinque ibi munus
tuum ante altare et vade prius reconciliari
fratri tuo et tunc veniens offeres munus tuum.
Esto consentiens adversario tuo cito dum es
in via cum eo ne forte tradat te adversarius tuus
iudici et iudex tradat te ministro et in carcerem
mittaris. Amen dico tibi non exies inde
donec reddas novissimum quadrantem.

Dato non multum quantum ad homicidium preceptum
quod nomine homicidii omnium est omnem iniquum
motum ad nocendum fratri intelligi, Propterea ista ut
supra dicebatur salvator non dicit unum multum
quantum ad hostie et sacrificium oblationem, Quod igitur
precipiens opus dicat, fratri non esse irascendum
nec dicendum racha vel fatue, nichil ut multo
magis non esse aliquid tenendum in corde, ne
vel indignatio conitetur modum. Unde statim sub
dit Ergo offers munus tuum, itaque modus
deo offert munus orationis vel elemosine vel sacrificium
ad altare corporale vel spirituale, nam fides est
altare spirituale in quo deo omne munus offertur, quia
sine fide impossibile est deo placere et ibi re
cordatus fueris quod frater tuus aliquid habet adversum
te tunc, non secundum augustinum frater habet aliquid adversum nos
si nos eum maliciose lesimus vel offendimus
deo vel fratri, vel si tibi venit in mente quod frater
tuus te maliciose offenderit pro quo incipis
eum odire, relinque ibi munus tuum ante altare
et vade prius reconciliari fratri tuo, veniam postu
lando si tu eum lesisti, vel sibi dimittendo
si tibi vis a deo dimitti si ipse te lesit
et tunc facta reconciliatione fratri veniens offe
res munus tuum quod a discordantibus deus
munus tuum sacrificium accipere non vult. Ex quo possumus
perpendere secundum Crisostomum quantum malum sit discordia
propter quod malum illud abicitur per quod culpa re
laxatur, tunc nullum est in quo possimus dei mi
sericordia, quia deus amplius hominum uni
tates aspiciat, quod suos homines quam plus
diligit concordiam hominum fidelium quam mu
nera sibi oblata, et quando quidam fideles homines
aliquam dissensionem et discordiam habuerunt
munus eorum non recipitur nec oratio exauditur
et quod tempus reconciliationis et indulgentie
non est incertum sed quamdiu sumus in via
non est incertum sed statim adiungit: Esto conse
tiens adversario tuo quam tunc est adversarius ne con
premium vadas propter odium quod contra eum
habes in corde, consentiens dico sibi indul
gendo et odium deponendo cito dum es
in via cum eo, id est, nunc sumus viatores
ne forte tradat te adversarius iudici, id est, ne
occasione illius adversarii et illius iniurie
tradaris Christo iudici in fine seculi vel in fine
mortis tue si cum illo odio fueris. Diste

.i. ei qui habet aliquid adversum te · tu
quia ipse est per hibitionem cum
cito per reconci
liationem
ad se ...

das / pr n ome iudiciu dedit filio / et in
dex tradat te filio ministro / anglo s3 bo
no vel malo et pclem ministru incarcerem
mittat. Amen dico tibi non
exies inde donec reddas novissimum qua
drantem. Et n somm. Quadrans genus monete
est. est n mj ps denari vel libre. vij vel
dre no egredier decarce dz cra minima
pcta psolvas / sicut p aug tu habit volu
exponere des ita conrectu esse / q nichil sit
relictu dicum usq ad fecem. vel pqdnitem
intelligere p aug iiij elementa quod est terra
et significant pcta terrena. vij vel dre
/ q decarce hoc corre non potit donec pcta
terrena et carnalia sit psoluta. Hic
possunt esse 6 dubitaciones. Prima utru
odiu differat ab ira spuali. 2a utru fris
reconciliacio fienda sit intelligenda ad
litteram corpali. 3a utru reconciliacio
talis sit fienda corde vel verbo. 4a utru
adversarius noster cum tenemur consentire i
via sit hostis vel dia. 5a utru minister cui t
dd iudex ptate sit anglo bonus vel ma
lus. 6a utru decarce inferni quis poss
corre psolut pctis. Prima est dicendum
q odiu differt ab ira multis differencijs que
ponit phs 2o ethi dicimus ad pns x or
possumus recipe. Et prima dra sit i uti
litate q odiu pt vlum possimus n. vlt
odire omes fures et omes latrones s3 ira
no est nisi particlaris q no irascimur nisi
huic vel illi psone et psingla negocio.
2a dra est in saciatate quia irati no
volt malu alian nisi in ordine ad vindicam
vn statu cu faciat vel fecit si tom vindicam
quanta voluit faciat et quiescat et sic co
tentatur q nollz illu con q irascitur plus
hre de malo s3 odiens numquam faciatur quia
vellz illu que odit exterminare et vellet
ipm non esse / unde quod deus in odit / quia
tu quod odiet ad nichilu tendet. odit
n. malu culpe / s3 alia diligit et m odit
eorm que fecit ut dr sap. 3. 3a dra e
in sensibilitate / q sentit quidem volens ira
tus non n. sufficit irato q ille con q
irascatur heat aliq malu et aliq displicet

ble s3 volt sentire quod heat aliq malu
ppeu alit non putaret esse sciam vindicam
s3 odiens non curat vtrumq ille q odit he
at malu vel peu vel palam / 4a dra e in
familiaritate / q odiu no est nisi ad
inimicos et ad non dilectos cu odiu opponatur
caritati et dileccioni s3 ira pt esse ad amicos
et dilectos et familiares / imo ut scribit
x. ethi amicis dilectis et familiaribus mag
irascimur et sumus eius mag molesti q
alijs / ira igitur non est odiu s3 tn poss ira
cresce q fiet odiu sic tn poss crescere q festuca
equare trabi vnde dic aug lites aut nul
las heat / aut q celerrime finiat ne ira
crescat in odiu et trabem faciat de festuca
et animam faciat homicida. Ideo salvator noster
ad hoc ortatur nos ut si deo volumus dona
nam vel oronem vel aliq munus offerre et
i mente nobis veniat aliq indignacio adversus
proximu nrm / vel q lesimus eu vel q lesit
nos statim faciamus reconciliacionem sibi in
dulgendo vel ab eo veniam postulando ne
illis indignacio in odiu transeat. Ad 2m
est dicendum / q ista dubium movet aug in libro
de sermone dni dicens q si tibi aliq veniat i mte
tem q proximum lesisti cui debes deo munus off
re q pus debes fri reconciliari q munus
offeras forte si fr est pns aliquis mete
ge ad litteram corpali sic oportet fieri / s3 si fr
vel proximus nr esset ultra mare cu paganis
reconciliari qualiter aug offeremus munus
non possimus ad eu ire et hac reconcilia
cionem facere pstim cu tanto tpe munus an
altare relictum tanto tpe stare non poss. Ideo 4
dicit aug ibi / q totum hoc intelligendu est spi
ritualiter / tam de munere offerendo q de mo
offendi / ita q munus intelligitur pplica. oro
doctrina vel ps. vel ympnus. vel quidq bonum
cogitasti deo esse offerendu paltare in quo
det offerri intelligitur fides / q sine fide non of
fertur deo aliq malum s3 pcat mera ploqu
aut ubi debemus offerre intelligitur in det corde
nrm con dicit apl. templu dei scm est
quod estis vos. Dicit g aug sic ee intelli
gendu dicum xpi q cu pponimus offerre deo aliq
sup dictum munus in templo cordis nri al
tari .i. in fide formata caritate et nobis veniat

i[n]mediate q[uod] p[ro]ximu[m] n[ost]r[u]m offendim[us] d[ict]o u[e]l f[ac]to debem[us] p[ro]p[ri]e adire, n[on] passibus corporis sed mentis, q[ui]a ut d[ict]um e[st] forte e[st] absens, [et] humili affectu debem[us] p[ro]sternere nos ad pedes fratris, [et] co[n]spectu illius cui incidim[us] (?) offerre munus, [et] veniam ab ipso postulando. Si [autem] ipse nos offendit, n[on] oportet tunc ad eu[m] p[ro]pe[rare] postulando veniam, s[ed] solu[m] sibi ex corde indulgere. Si t[ame]n p[ri]us e[st] dicit Aug[ustinus] ex corde intimo motu debem[us] adire eu[m] que[m] offendim[us] p[ro]p[ri]e [et] n[on] p[ro]lato ore eu[m] lenire indulgencia[m] petendo [et] ad amore[m] [et] gr[ati]am m[utu]am revocando, p[ri]us t[ame]n humili affectu a deo venia postulata. ¶ Ult[er]ius e[st] d[ubiu]m (?) q[uod] hac dubi[tati]o[n]e monet Cris[ostomus] [et] d[e]t[er]minat sup[er] hunc locu[m] dicens q[uod] deus n[on] vult fieri amicus fideliu[m] q[uo]ad[iu] fuerit inimici, q[ui]a nullus int[er] duos inimicos p[otes]t fieri amicus amboru[m] fidelis. Si v[ero] p[ro]xi[mu]m n[ost]r[u]m offendim[us] ope[re], bona[m] fama[m] forte auferendo, u[e]l eu[m] defraudando, u[e]l eu[m] diffamando, u[er]bo n[on] sufficit reconciliare eu[m] corde, p[ro]babilit[er] e contra restituendo sibi sua [et] purgando eu[m] ab infamia. Un[de] concludit Cris[ostomus] q[uod] q[ua]lis p[re]cessit offensio, tal[is] debet seq[ui] reconciliatio. Si e[ni]m cogitatu offendisti, cogitatu reconciliare. Si u[er]bo offendisti, u[er]bo reconciliare. Si op[er]ib[us] offendisti, op[er]ib[us] reconciliare, q[ui]a o[mn]e p[e]cc[atu]m quo committit[ur] eo m[od]o de[bet] p[er] p[eniten]tia[m] agi[tur].
¶ Ad [se]c[un]d[u]m est dicen[dum] q[uod] plures ista q[uesti]o[n]e p[er]tractat. Au[gustinus] in l[ibr]o de s[er]mone d[omi]ni d[icit] q[uod] p[er] adu[er]sariu[m] n[ost]r[u]m cui du[m] sumus cito consentire iubem[ur], u[e]l intelligi[tur] diab[olu]s, u[e]l ho[mo], u[e]l caro, u[e]l deus, u[e]l p[re]ceptu[m]. Non diab[olu]s ut ait, q[ui]a in baptismo indiximus bellu[m] con[tra] eu[m] et renunciavim[us] pompis eius, cui sibi n[on] p[ro]p[ri]e consentire, s[ed] adv[er]sari. Non hom[o], q[ui]a adv[er]sarius iste cui p[ro]p[ri]e consentire d[e]b[e]t tradere nos iudici, s[ed] ho[mo] hominem n[on] tradit iudici, cu[m] dicente ap[osto]lo omnes homines an[te] tribunal Xp[ist]i iudici op[or]tebit p[rese]ntari. Ille g[ener]o qui est iudici p[rese]ntandus n[on] p[otes]t aliq[ue]m iudici tradere. Nec caro, q[ui]a s[ecundu]m ap[osto]lum si s[ecundu]m carne[m] vixerimus et sibi co[n]senciam[us], moriem[ur]. Reliquit[ur] g[ener]o ut p[er] adu[er]sariu[m] n[ost]r[u]m cui p[ro]p[ri]e consentire intelligat[ur] deus [et] p[re]ceptu[m]. Ho[mo] recedit ab eo adv[er]sat[ur] sibi ipse in simplicib[us] resistit p[re]cepti g[ener]o deo qui p[er] p[re]ceptu[m] effic[itur] n[ost]r[u]m

adv[er]s[ariu]s n[ost]r[u]m

adv[er]sarius consentire, q[ui]a diu sumus in hac vita, q[ui]a s[ecundu]m Aug[ustinum] qui in p[ri]mi n[on] fuit deo reconciliat[us] p[er] morte[m] filii, tradet[ur] ab ip[s]o p[at]re iudici Xp[ist]o, cui p[ate]r dedit o[mn]e iudiciu[m]. P[re]ceptu[m] eciam et doctrina Xp[ist]i p[otes]t dici adv[er]sari[us] n[oste]r, q[ui]a contra p[re]cepta dei et doctrina[m] eius agim[us]. Cui p[re]cep- tam [et] tenem[ur] consentire et obedire dei mandat[is], si nolum[us] eius iudiciu[m] subterfugere. Homi[nem] t[ame]n dicat q[uod] adv[er]sarius n[oste]r dici[tur] intelligi p[er] ta[n]tu[m] p[re]ceptu[m], cui consentire et obedire dei mandatis s[er]vando pactu[m] in baptismo p[ro]missu[m], n[on] obediendo sibi vicia suggerendo, et tale pactu[m] s[er]vando simul s[er]vam[us] ad ip[su]m benivolencia[m], q[ui]a non sustinebit pena[m] q[ua]m pati debebit si p[re]d[ic]t[u]m pactu[m] frangam[us]. Potest eciam dici adv[er]sari[us] n[oste]r homo, non r[ati]one n[ost]ri, s[ed] culpe p[ro]p[ri]e, q[ui]a nisi reconciliem[ur] sibi timore deponendo et venia postulando tradim[ur] iudicio, n[on] q[ui]a ipse homo hominem tradat, s[ed] erit ca[usa] u[e]l occasio q[uod] tradet[ur], si reconciliac[i]o[n]es negligit. ¶ Ad t[er]c[iu]m est dicen[dum] q[uod] in hac dubitac[i]o[n]e vi[detu]r e[ss]e contrarietas int[er] Cris[ostomum] et Aug[ustinum]. Nam Cris[ostomus] d[icit] q[uod] minist[er] cu[m] iudex tradet p[re]tori, i[d est] angelo crudelis penaru[m]. Aug[ustinus] aut[em] s[upe]r illo v[er]bo mittet filius hominis angelos suos et colliget de regno eius scandala o[mn]ia, dic[it] q[uod] vindicta dei p[er] angelos bonos infligi fiet, q[ui]a officia iudicis possunt impleri a bono, sic lex et iudex officia n[on] n[isi] mali imple[re] n[on] possunt. P[ro]positum (?) [er]go dic[it] q[uod] malor[um] et impior[um] a bonis separatio et [illegible] ignis u[e]l incar[ceratio] (?) eciam infer[n]i immissio fiet p[er] bonos angelos, ita q[uod] voluntate (?) dei et execucio divine iusticie q[ua]ntu[m] ad hac separacio[n]e[m] p[er] bonos angelos fiet, ut dic[it] Aug[ustinus]. S[ed] ip[s]oru[m] impioru[m] i[n] ip[s]o camino ignis et in ip[s]o carcere inferni tormentac[i]o fiet p[er] angelos malos, ita q[uod] vi[ndic]ta dei et execucio divine iusti[ci]e q[ua]ntu[m] ad tormentac[i]o[n]e[m] fiet p[er] demones, ut dic[it] Cris[ostomus], ut illos impii h[ab]eant tortores q[uo]s h[ab]ueru[n]t incentores in culpa. ¶ Ad 4[um] est dicen[dum] q[uod] ista q[uesti]o est dubia p[ro]pt[er] illud quod dicit[ur] q[uod] peccatore[m] non exituru[m] de carcere donec r[e]dd[a]t novissim[u]m quadrante[m], i[d est] donec eciam p[er]solvat novissim[a]m. Q[uia] n[on] novissima p[e]cc[a]ta fuerit p[er]soluta, s[ed] g[ener]a satisfaccio[n]e et p[er]solut[is] o[mn]ib[us] p[e]cc[at]is vide[tur] q[uod] de carcere p[ro]d[i]re debeat. Con[tra] quod sic[ut] q[uod] de carcere p[ro]d[i]re debeat (?), v[e]r[u]m cognim[us] (?) et co[n]sonu[m] iusti[ci]e, q[ui]a p[ost]q[uam] debitor p[er]soluit totu[m] quod d[e]b[e]t creditori suo eciam m[in]ima debita n[on] est iustu[m] q[uod] credi

tor amplius ipsum debitorem debeat molestare
et in carcere retinere. Istam q[uoque] obiectionem solvit
aug[ustinus] dicens quod parvum pro minimo est pro to-
sine dubio pena in sim cena intelligitur de quo
simul est contineri. Et illud donec dicat de tempo-
re tempus sed infinitum sicut ibi sicut oculi nostri
ad dominum deum nostrum donec misereatur nostri. Non
enim postquam dominus noster misertus oculos nostros
ab ipso avertere debemus. Et sicut id dixit a
dextris meis donec ponam inimicos tuos
scabellum pedum tuorum plenum namque est quod postquam inimici
ipsi positi erunt sub scabellum pedum eius non
desinet ipse stare a dextris dei. Et non ad
debito persoluto. Dicitur quod pena in tantum
satisfaciat pro culpa in spiritu et deo grata et ac-
cepta penas quas continuo in carcere vel sicut
in presenti vita vel in purgatorio dominus bene accep-
tat pro solutione et satisfactione peccatorum omissorum
id est cum omnia fuerit bene persoluta trahit vos de
carcere purgatorii vel penitentibus misericorditer penas
deadnotavit sine carcere magis acceptat id
si ipsi persolvunt magis creditori erit per-
solutum. Si enim tota pecunia in modico persolvere
uni creditori si non intraret bursam eius
nec veniret in utilitatem et beneplacitum eius
non esset illi creditori persolutum sicut tota
aqua maris non impleret unam testam omnino
si non intraret olim et permitteret extra
sic eterna pena damnatorum non satisfacit
et deo quia per erit eorum contritum et accepta.

Audistis quia dictum est antiquis. Non mechaberis.
Ego autem dico vobis. Quia omnis qui vi-
derit mulierem ad concupiscendum eam iam
mechatus est eam in corde suo. Quod si oculus
tuus dexter scandalizat te, erue eum
et proice abs te. Expedit enim tibi ut pereat
unum membrorum tuorum quam totum corpus tuum
mittatur in gehenam. Et si dextera manus
tua scandalizat te abscide eam et proice
abs te. Expedit enim tibi ut pereat unum
membrorum tuorum quam totum corpus tuum eat
in gehenna. Quamquam ista ut dicebatur
salvator veros intellectum dat legis
contitum ad fornicationem prohibitionem reputabat enim pharisei secundum Augustinum tantummodo
corporalem cum femina commixtionem illicita vocari
mechiam et dato quod legerent prohibitam esse
concupiscentiam quia dicitur Exodi 20. Non concupisces uxo-
rem proximi tui, in debita intelligendum etc.
de ablatione non de concubitu, ita quod nomine con-
cupiscere intelligebat uxorem proximo non esse
auferendam sed bene ad desponsandam. Sed salva-
tor verum intellectum aperuit dicens Audis-
tis quia dictum est antiquis, quod antiquum mandatum
erat Non mechaberis id est non ibis ad alienam praeter
uxorem tuam. Si enim secundum Augustinum sic recepit vir ab
uxore ut alium virum non cognosceret et vir
virtute constantie debeat uxorem precedere multo
magis ipse debet uxori servare. Nam turpe est
ut vir dicat non posse peri fieri quod facit
femina. Et non solum ne vadas ad aliam uxorem intelligas
per non mechaberis. Quod ego qui sum legislator — cui credendum et obediendum est
dico vobis quoniam qui viderit mulierem alienam ad con-
cupiscendum eam id est hac intentione et animo ut con-
cupiscat eam in animo et opere oportunitate data — quod iam non est titillatio sed plene consentit libidini. Quod autem de muliere dicitur, Crisostomus: in hoc ad paria iudicantur vir et mulier; loquitur enim dominus capiti communem facit suasionem; et omnis legislator propter complexionem vel speciem digniorem precepta dat viris, ut per viros suadeant ad mulieres. Et loquitur de concupiscentia deliberata et volita que includit delectationem et consensum.
iam mechatus est eam in corde. Ac si dicat ego
appono vobis qualiter intelligi prohibito concupiscentie
quod per prohibitionem mechie intelligo prohibitum
omnem illicitum deliberatum concubitum et ad tempus
porum delectationem. Ad quam vitandam et occasione
et causam debetis vitare et auferre. Unde subdit
Si oculus tuus dexter scandalizat te erue eum
et proice abs te. Oculi enim non secundum Crisostomum sic dicit
raptores adulterum et quod sit dexter quia
forte recta intentione incipis conversari et vi-
sitare mulierem ad instruendum et complendum sta-
tim tibi [illegible] scandalizat te, quod te inducunt
in temptationem et concupiscentiam illicitam, abscide eos per
prohibitionem visionibus et conversationibus, quod magis — utile est alium [illegible] dampnificari
expedit tibi ut pereat unum membrorum tuorum
quam totum corpus tuum mittatur in gehennam
ignis. Non secundum Crisostomum. Si nobis continue pulchris
faciebus [illegible] oculos infigere et inspicere non
oro, quamquam bis vel ter possis forte continere — o bona intentione facta.
quod non semper humana natura. Et si dextera manus tua
te scandalizat abscide eam et proice abs te per
dextram enim manum recta opera intelligi-
tur que si incipit te scandalizare ut vana gloria
vel superbia appetere facit abscide eam obliq-
uitatem auferendo et puritate quod expedit
tibi ut pereat unum membrorum tuorum quam

Exodi 20.

Certe hic prohibetur actus mechie exterior secundum iudeorum reputationem et cum hoc voluntas interior mechandi secundum divinam explanationem.

Si oculus tuus id est respectus mulieris ex bona intentione scandalizat te id est tibi causa ruine, erue eum et proice abs te.
Crisostomus: Erat mulier religiosa. Respexi et dixi: debeo eam visitare assidue ut instruam illam et informem in bono.
Bonus est iste respectus, factus est mihi in scandalum. Eruam
ergo illum bonum respectum qui factus est malus.

totu corpus tuu eat i gehemia3 ¶ Sed hic pmit ee sex dubitacoes ¶ pa utz vide mliere ad ocupiscedu eam sit pctm mortale ¶ 2a utz no mechari 2 no ocupisce sunt duo pcepta ¶ 3a utz ornare se ut ab aliis viden ocupisci sit pctm mortale ¶ 4a utz erucio oculi 2 abscisio manus intelliga spualit vl corpalit ¶ 5a vtru ab scidens aliquod mebroz suoru sit irreglis ¶ 6a vtru si ille moret ppt abscisiom mebri esset consend homicida ¶ Ad pma est dicen qp hanc dubitacom mouet aug9 in li de s mõe dñi d qp concupiscen pt trip contige p suggestione statim n vl ex visu vel ex visu vl ex auditu alicui delectabilis si vitatu vl gustu suggit vl ex alio concipi p2o delectacone qz postmo concupis illa ge sta pmisu vl auditu cia incipit peti et titillari aliq delectacone optando illa delectabi lia hre non du delibacoe hita vtr adeo p hibita an non 3o consessione qz sic cosenti et delibat talis concupi esse fienda ut optunitate data qntitiqz adeo phibita ope compleat et faciat pmus g duob mois s aug9 non est concupi pctm mortale qmuis sit aug9 non est pctm mortale duo n incu pati s3 3mo est pctm mortale duo n non omis qui concupiet mliere s3 si vidit mlierem ad concupiscendu eam i h sine et hoc aio delibato ut eam concupiscat qp non est iam titillari delectacoe carnis s3 de libate consentire libidini ut non refrenet illicito appetitu s3 optunitate data faceret in consen concupi tuc est pctm mortale i corde et si non ope homib notu qm reo cupita cu assentit accepta ee cora dm et con phibicom eius ¶ Ad 2m est dicend qp ubi est alia ro pcti ibi est alia ro prep ta phibent pctm qz pceptu phibicois no est nisi de malo et de pctm nuc aut ita est qp ca completiua pcti est uolutas vn dic aug9 2o de lib arbit si laboriosu est omia mandare memorie h breuissime tene qp ois res demudo an puolutate resisti no pt sn pcto ei cedit qmuqz ca illa sit uolutat th aut ei resisti pt non cedat et non pec cabit peccato aut pctm fit p corpus et p membru ut manu tangit que s3 mol lia et accipit rem aliena et pedes p git et occi uident que facienda sut p3 causa imperans mebr ut execqua concupi scencias p rom est uolutas tu g uolu tas possit dup ee ca pcti pmo cosenciedo et delibando 2o impando et p membra exequendo et pmu pt esse sine 2o quius s non sn pmo io dup pcepta phibicio nis de pcto dari debuit vn phibendo de libatu consensu ca dr no concupisces s phibendo imperatu et executu opus eius dr non mechaberis ¶ Ad 3m est dic qp de or natu mlieru mlta disticco est nota pma ppte status si n aliq sut que n viros ha bent n sut in statu vt hre possit aliq3 qui pcto se ornare non pnt ut viroru asp tibi placeat Si si sut in statu coniugali vl qp viros hre intendat dare opam ut no heant in contemptu in statu vt sut cosi derata consuetudie statu p et moib patrie no aliud uset in inteone vt posse fieri sine pcto qp ap9 dic que nupta cogitat qualr placeat viro 2 est nota ppte finis qz si tale ornamentu fiat ut homines trahant ad luxuriam et luxuriam et ut concupiscant mo quo dr phib a o aut inuen mli orna tu meretrio pata ad decipiendas aias sn pcto mortali mortali esse no pt dato eciam qp nullu decipiat vn dic crisostomus sup huc locu qp si aliq mlieres ornando se oclos homi at trahunt ad se ecia si nisu plagis intulint pena patient extrema qz venenu cofe cerunt ecia si nullus sint qui bibit s3 si exali tant ecia si vanitate no intendo illa pra uam intecom sup dcam que esset dan qp qp esset pctm mortale li idem puto esse dicen decapillis extneis et fictis coloribus qz cu turpe sit mlici sine capillis ee si exalig infir mitate vl accidet hns caueat 2 ut talibus turpitudine occultet 2 aliis caro non desperaant puto qp mortalr no peccarent s ordo exqo no vl lastima 2 luxoria hic fiant 2 i omibus ut dix e demulie ribus intelligedu e de viris ¶ Ad 4m e dicen qp s crisost p extraco oculi 2 abs cio manus corpalit intelligunt cu di cto pphta no sit sanitas in carne mea

si propter maliciam mee carnis omnia membra mea
debemus abscidere, non remanet in nobis aliquod membrum
esset etiam hoc contra fomentum manicheis dicentibus
omnia corporalia esse mala et a malo deo creata
esse. Restat ergo secundum aug. ut abscisio talium membrorum
intelligatur spiritualiter, ita ut per oculum dilectissimum
amicum nos instruentem et dirigentem in spectabilibus
intelligamus. Sic enim consueuimus dicere de dilecto amico
dico eum diligo ut diligo oculum meum. Per manum
uero dexteram amicum nos iuuantem in operabi
libus accipiamus. Si igitur nos tales amici scanda
lizant prestando nobis impedimentum ad vitam beati
consequendam, et oculum talem, et manum debemus
eruere et manum abscidere. Glossa. Et notandum est dicendum quod
ad abscisionem membrorum duplex potest esse distinctio
prima de abscisione membrorum genitalium, quia
si aliquis talia membra propter perfectam continen
tiam sibi abscidit, vel uoluntarie per insidiam
vel digitum sibi amputat ad ordines promo
ueri non possunt. Unde dicitur di. lv. Si quis
carnali uicio repugnare nescientes se ipsos
absciderunt ad clerum peruenire non possunt. Et infra
statim subditur. Item dicitur partem digiti sui uolens
sibi abscidit hunc ad clerum canones non ad
mittunt. Cum uero aliqui sic in talibus membris nasce
rentur uel si eos per barbaros uel contra dominos si
ue ex aliqua infirmitate uel accidenti aliquo
absciderunt non impediret quin ad clericatum pos
sent peruenire. Sic dicitur eadem distinctione capitulo Eu
nuchus. Alia distinctio est de abscisione mem
brorum aliorum, quia si contingit aliquem digitum
habere abscisum uiolencia et infirmitate seu ex
accidente casu uel aliquem esse claudum uel gib
bosum dispensatur cum talibus ut ad ordines pro
moueantur. Si autem contingat quod defectum aliquid
patiantur in principalibus membris puta quod de
ficiat oculo malo uel pede sine carencia
talium membrorum peruenit personali defectu
siue ex accidenti tales ad clerum et ad promotos
ordinum canones non admittunt sicut patet distinc
tione supradicta. Glossa 6 est dicendum quod hanc du
bitacionem determinat crisostomus super illo uerbo mt. 19 Et
eunuchi qui se ipsos castrauerunt propter regnum
celorum dicens non est intelligendum propter absci
sionem membrorum sed propter interemcionem et ut fer
cionem malarum cogitacionum eunuchos regnum
celorum esse consecutos quia maledictionem est ob

noxius qui membra sibi abscidit et quod homi
cidarum sunt tales persone. Nam si dampnum est uxorem occi
dere hominem, paulo dubio quam se ipsum. Nichil aliud
quam hominem occidit. Et subdit quod neque concupiscentia
fit mitior mansuetior per abscisionem membri
quam molestior quam prima quod in nobis est aliunde
habet fontes in mente, igitur mea sic sobria quod si ipsa uo
luntas sit continens maculam motum nullum
est nocumentum. Non enim membra nostra sunt impu
dica sed propter impudicam uoluntatem. Unde si addu
cet quis in medium et dicat in dolo membris meis
contra talia fecisti qui traderet propter uoluntatem quia
nobis constituisti ducem et principem ut in omnibus
sibi obediremus et sic esset excusata. Leccio iiii^ta. — lectio iiij

Dictum est autem. Quicunque dimiserit uxo
rem suam det illi libellum repudii. Ego autem
dico vobis quia omnis qui dimiserit uxorem
suam excepta causa fornicacionis facit eam mecha
ri. Et qui dimissam duxerit adulterat. Glossa. Sicut
supra dicebat saluator uerum dat uerum intellectum
de uxoris repudiacione. Ad cuius intellectum est sciendum
quod secundum crisostomum post exitum filiorum israel de egipto
primus iudei quidem genere erant, insolite moribus
tamen et operibus erant egipcii et quasi gentiles facti. Causa
ut scribitur exodi 12 quadrigentis et triginta annis
habitauerunt cum eis, propter quod more gentilium con
tingebat ut uiri odirent uxores et quia dimitte
re non permittebantur, occidi et parati erant uel eas
in fine uel eas assidue affligere. Ad euitandum
igitur maius periculum permisit dissidium, quia non ma
lam uoluntatem hominum cohibere non possumus sed
tamen mala permittere debemus ne fiant peiora.
Unde infra 19 saluator cum pharisei quererent
quare moyses mandauit dare libellum repu
dii et dimittere uxores, respondit propter duriciam
cordis uestri hoc fecit, ita quod libelli repudii da
cio et uxorum dimissio numquam fuit iussio sed
permissio, et hoc est quod saluator ait, cum ait
Audistis quia dictum est deutronomio 24 quicunque di
miserit uxorem suam det illi libellum repudii.
Sic enim ibi dicit moyses: Si acceperit homo uxo
rem et habuerit eam et non inuenerit graciam in oculis eius propter
aliquam feditatem uel maculam, scribet libellum
repudii et dabit in manu eius et dimittat
eam de domo sua. Sed ego qui non ueni sol
uere legem sed magis adimplere et corrigere quod

i. separacionem. Non quia bonum erat sed quia remedium erat mali peioris.

non dicit antiquis sicut prius quia non propter antiquos sed propter iniquos dictum est ne occiderent uxores sibi displicentes si eas inuite retinerent. Ideo non dicit quibus, sed propter dictum est iniquos per hoc quasi ignotos et alienos a deo quibus hoc dictum est.

Sed dicitur: fuit ne licitum repudiare uxorem repudiatam. Respondeo quod non. Et si fiebat non fuit sine peccato. Unde infra 19. Quos deus coniunxit homo non separet. Illi ergo qui sunt coniuncti auctoritate diuina non separantur auctoritate humana. Et repudium erat peccatum. Et propter hoc dicit Malachie 2o dicitur Si odio habueris uxorem dimitte. Sed propheta non precepit illicitum et peccatum quasi. Dicendum In lege quedam continebantur per modum imperii ut bona, quedam per modum inhibicionis ut maiora mala, quedam per modum permissionis ut minora mala ne fierent maiora. Sicut deuteronomio 23 Non fenerabis fratri tuo ad usuram sed alieno quod fuit permissum propter cauendum peccatum. Similiter repudium et dimissio uxoris fuit peccatum sed permissum propter cauendum homicidium. Unde sancti doctores expresse uidentur dicere ut patet infra.

qualis quia lex culata ob obli gatur

pro matrimonium consumatum. Sed ante consumatum potest vir uxorem suam dimittere et intrare religionem: sed post consumptionem sola fornicatione vir potest illam licite dimittere vxorem quantum ad cohabitationem

per vos deprivata sunt. Dico vobis quod omnis qui
dimiserit uxorem suam, excepta fornicatio-
nis causa, facit eam mechari quia dat sibi occasi-
onem fornicandi. Et qui dimissam causa forni-
cationis duxit uxorem adulterat, quia post
reconciliari viro suo, vel ipso vivente non potest
alteri nubere. Christus enim propter fornicationem
posset dimitti a viro quo ad thorum et cohabitationem
non tamen quo ad vinculi solutionem. Et quia vivente
viro adulterat qui illam ducit in uxorem. Sed
hic primo oriuntur septem dubitationes. Prima utrum
in lege nature repudiatio uxoris potuisset fieri
sine peccato. 2a utrum talis repudiatio sine
peccato potuerit fieri in lege moysi. 3a utrum
talis repudiatio sine peccato fieri potuit ex
dispensatione divina. 4a utrum uxor repudiata
sine peccato potuit alium virum accipere. 5ta utrum
uxor repudiata sine peccato posset ad priorem
virum reverti. 6a utrum causa repudiationis in libel-
lo scribebatur. 7a utrum in lege nova talis repu-
diatio sine peccato possit fieri nisi causa fornicationis.
Ad primam est dicendum quod de lege nature potest dici id
quod fuit datum homini in officium nature integre
vel illud quod fuit sibi datum in remedium
nature corrupte vel magnificationem auc-
toris nature. Omnibus istis modis repudi-
atio uxoris numquam potuit fieri sine peccato
in lege nature. Non primo modo quia natura humana
cum primo instituta fuit in sua integritate
hoc accepit ut homo relinqueret patrem et matrem
et inseparabiliter adhereret uxori sue, et
essent duo in carne una, quia in una prole ge-
neranda et perpetuo educanda nutrienda et
instruenda. Non secundo modo quia natura humana post
modicum cum per peccatum fuit corrupta in
remedium concupiscentie refrenande hoc accepit
ut recepto uxoris corpore in sua potestate et
dato suo in potestate uxoris in perpetuum dele-
ctare nature ut institute deberet admittere
commune. Non tertio modo quia sicut auctor
nature deus fidelibus in perpetuum sibi copulat humanam
naturam per personalem unionem et totam ecclesiam
non habentem maculam neque rugam pera
ritatis dilectionem sic in significatione talis
coniunctionis auctoris nature vir perpe-
tuo debet sibi uxorem copulare. Recipiendo

A manet enim vinculum per totam vitam eorum ita quod nec vir nec uxor alio vivente potest contrahere cum alia persona. Et ideo salvator etc. infra. T

quo peccatum legis nature, per transgressionem
legis nature patet quod separatio vel repudiatio
uxoris in lege nature numquam potuit fieri
sine peccato, quia numquam fieri potuit sine transgres-
sione legis nature integre et nature corrup-
te et auctoris nature. Ad secundam est dicendum
quod aliqui duplicantur probant quod in lege moy-
si sine peccato uxor poterat repudiari et
libellus repudii sibi dari. Primo quidem
quia moyses permisit peccatum consentiendo iudeis
uxores eorum repudiare, si prohibebat eos peccare
et male agere. Nam ut dicit Gregorius et inducitur
Perversitatem 83 distinctione et capitulo prima q. a error
cui non resistitur approbatur nec tamen scrupulo
societatis occulte qui manifesto facinori desinit
obviare. 2o quia prophete qui erant doctores
veteris testamenti tenebantur aperire et ma-
nifestare populo iudeorum peccata eorum iuxta illud
ysaie Annuntia populo scelera eorum. Sed prophete
non leguntur increpasse populum iudeorum de repudiationibus
talem fuisse peccatum sed magis tamquam licitum
quid concessisse. Dicit enim Malachie 2o Uxorem
adolescentie tue noli despicere si odio
habueris dimittite illam. Sed isti decepti
esse videntur dicere talem repudiationem in
lege moysi sine peccato fieri potuisse quia sal-
vator Mt. xix expresse dixit iudeis
moysen propter duritiam cordis eorum hoc permisisse.
Unde quodam verbo dicitur quod sicut vos non dicitis permis-
sit vobis deus sed moyses quidam consilium correc-
tionis non dei dispensatio vel imperium. Non
enim dixit dispensavit deus sed permisit mo-
yses propter peius vitandum, non quod dicendum
uxoris peccatum non esset. Et Crisostomus dicit expresse
quod moyses permittendo libellum repudii da-
ri uxoribus non dei ... demonstravit,
sed in minus peccatum transtulit culpam maioris
peccati, ut quasi secundum legem agentibus eis peccatum
eorum non videtur. Nec moyses favit illi
errori non contradicendo sed factori non obvi-
ando, quia tunc errori contra et peccato propter platum
obviandum, quando inde maius bonum est spe-
randum sed quando maius malum timetur
minus malum patienter tolleratur. Unde ut
Gregorius dicit et inducitur per interacionem
13 distinctione Nervi testiculorum de duobus

malis minus malum est eligendum et permittendum sicut eadem ratione prophete prelati permiserunt non manifestando eis hoc peccatum esse quia sciebant eos inpenitentes et eorum voluntatem ad peiora mala pronam et sic cum homines mala voluntate cohibere non possumus, saluberrime permittimus mala ne peiora fiant. Vnde sicut patet catholica ecclesia et doctores ecclesie ut puto si divino consilio ducti interdum dissimulando inveniantur in peccatis aliquibus esse peccata et mala si publice videatur et credatur ex dispositione illorum peiora esse facienda, qualia cum sic Augustinus dicit ad tempus dissimulanda multa leniter corrigenda multa non fortiter increpanda. ¶ Ad tertia est dicendum quod licet ex divina preceptione precepta prime tabule et secunde, quia precepta data prime tabule ordinantur in deum, ideo non possunt nobiscum dispensari si contra illa faceremus, non enim possunt deus dispensare quod idola adorarentur, vel quod honorem debitum sibi exhibeamus creature, vel quod possumus periurare et nomen eius in vanum assumere, aut aliquo tempore divino cultui non vacaremus, ita quod non sanctificaretur dies sabbati, quod non posset dispensare quia ipse non esset deus. Sed mandata secunde tabule ordinantur in proximum, quia cum sint de iure naturali solus deus potest in eis dispensare, ut si contra ea fiat auctoritate divina, non est peccatum, unde sicut Augustinus libro 83 questionum, non peccaverunt filii Israel accipientes bona egyptiorum et expoliantes eos, et tamen fecerunt contra id mandatum non furaberis. Nec peccavit Osee qui accepit uxorem fornicariam et fecit filios fornicationis, et tamen fecit contra preceptum non mechaberis, nec peccavit Abraham volendo interficere filium suum innocentem cum tamen faceret contra preceptum non occides, quia omnia ista fiebant auctoritate divina. Cum igitur inseparabilitas viri et uxoris sit de iure naturali et inter mandata secunde tabule continetur, solus deus potest in hoc dispensare, ut sic erat talis repudiatio vel separatio sine peccato si eius auctoritate fieret, et si filii Israel

talem repudiationem fecissent divina dispensatione sine peccato fecissent. Sed salvator non dixit deus vobis dispensavit dimittere uxores, sed Moyses permisit vobis propter duritiam cordis vestri. ¶ Ad quartum est dicendum quod ea ratione qua in lege Moysi non poterat fieri sine peccato repudiatio uxoris, sed solum permissive propter vitandum maius malum, eadem ratione sine peccato uxor repudiata alterum virum accipere non poterat, vivente primo matrimonii durante. Nec potest dici quod potuisset licere divina dispensatione, quia quamvis cum patribus veteris testamenti propter multiplicationem fidelium potuit divinitus esse dispensatum ut unus posset plures uxores habere sicut fuit Abraham et alii patriarche, ut dicit Augustinus et Gratianus inducit ex verbis Ambrosii 32 q. 2, in nullo tamen dispensatum fuit quod una haberet plures viros, propterea quod sicut dicit apostolus mulier non solvitur a lege viri ipso vivente. Uxor repudiata sine pollutione fornicaria alterum virum ducere non poterat. ¶ Ad quintum est dicendum quod tota causa quare ponitur deuteronomii 24 quare uxor repudiata primo viro reconciliari non possit est ista erat, si alterum virum duceret quia ut dictum est hec non poterat primo vivente nisi concubitu fornicario, unde dicitur ibi cumque mulier egressa fuerit de domo viri duxerit sibi libellum repudii et dimiserit de domo sua, non poterit prior maritus recipere eam in uxorem, quia polluta est et abhominabilis facta est coram deo. Cum igitur cessante causa cesset effectus, si mulier repudiata non duxisset alterum virum nec fuisset cum alio polluta et abhominabilis facta, poterat ad primum virum reverti et sibi sine peccato et sine transgressione precepti reconciliari. ¶ Ad sextum est dicendum quod sicut contra dicta repudiationis uxoris in particulari non prohibebatur, sed solum universaliter, ne causa repudiationis videretur esse iniusta, vel forte quia sermones morales magis movent ad amorem et odium in particulari quam in universali, nec odium magis crescet, quod fuit papua

causa repudij ex hoc q mlr pticularit
diffamabat pbra dispte ordinatu fuit
ut de oıs repudij no pticlarit diat Scri
go talis libellus scribebat ubi s losephu
plus no dicebat nisi pmitto tibi am
plius tecu no conueniire vel no comanere
assignat philarius racio talis q scribe p
dictas lras repudiacois solis phariseis
q vite excellencioris 2 doctine erat int
alios cocessu fuit ut mora cont tpis
aut phariseoz concedoz 2 lraz construccioz
2 inqinsicioz cause ipi pharisei vel alie psō
bone vite posset videre de pace 2 cocordia
ut tlis repudiaco no fieret Rby aut dicit
q factu fuisse i fauore mulieris ut pla
posset cerdi q est repudiata a viro et sic
posset alteri copulari Vl pt dici q tlis
conscripcio no facit aliqd adremissioz eius
faciebat tn ad maioz pene i lege tapate
qua merebat vir dimittedo uxorē si sy
tali conscripcioe p phariseos copulata fuisset
Ad vltimu e dm q qd e dubia q multa
sūt ppter que licite pt vxor separari
a viro ppt causa fornicacionis saltē quo
ad cohitacōne 2 ca fornicacois excōte
excipiūt multi casus in quibus vir vxorē
fornicaria dimitte no pt ut si ambo
vir 2 vxor pbent fornicari vel si vxor
a viro pstituat ad fornicand vel q sub
spē viri fuerit ab alio cognita sant s
pbabilr sencit vir ce mortuū 2 sic al
teri copulata vel si violēt fuerit oppssa
ab alio Vl q vir publica fornicaria
sibi reconciliauit 2 retinuit In omnibus
istis casibus ca fornicacois s mera viro
no licet vxorē duce dimitte Sciedm
e g q quicuq dimisit opz intelligi
ppa volunte q de consensu comuni cu cōti
nētie vniis coniugu pt alterz dimitte
p introitu religiois 2 ppter aūte q
aūte 2 iudicio ecce si pbet frigiditas
2 maleficiu possūt separi 2 p9 cōsuma
tuz matrimoniu Quia aut possunt

se dimitte p introitu religionis 2 no simp
2 in tali separandi q ate vel cu meditatois
2 pegrinatois vel infirmit pt dimitti
Ista oia i illo qualiq sub intelligant sunt
silr excepta fornicacois ca opz q excipi
aut supdicti casus 2 tut sic intelli da
sunt s Aug9 xo pus i lege nona ut no
facit 2 leuit vxor dimittet ubi solu
cam fornicacois excepit cetas no viole
cias si q forte exadūt ubi pfida gngu
li fortit sustinere Et forte io saluator
posuit solu ista cam no ppt fedi suada
2 plis untnede q bona ex fornicacoe
desperauit vez 2 ppt homicidiu vitadu
q pmchil ad vir e sic pmus admittitoz
vxoris sicut ppt fornicacioz Leccio quinta
Iterz audistis q dictu e antiquis Non
piurabis Reddes aut dno iuramenta tua
Ego aut dico vobis no iurare omino
neq pcelu q thronus dei e neq p terz
q scabellu pedu eius e Neq p Ierslma
q ciuitas magni regis e Neq p caput
tuu iuraueris qma no potes vnu capillu
album face aut nigru Sit aut
smo vr est est no no Quod aut
his habūdanais e a malo e Ppter ita
saluator dat vez intellectu de iura
obsuacōe Madau intelligitz s Aug9 est
sciendu q iurare nō e bonu nisi sit
necessariu infirmis Et io ne homo appetat
iurare tanq pr bonu 2 ne ho frequētando
iurare piuriu incurrat saluator noster
qui no venit solue legem sed impleⁿ
no solu phibuit piurare sicut lex phi
bebat vez 2 phibuit iurare sicut ille q
oīo no loquit mēdaciu sicut ille q oio
no iurat no pt piurare hoc e g q dr
magis veritat Audistis q dcm e atiqs
Leuit 19 No piurabis Et si cōtingat
te neci te v ruptu iurare reddes dno
iuramenta tua no ydolo no creaturis
q ipe e dignus dī Io 4 Ipmo ei9 vltas
est Dic g phibitu e i lege no piurare

et e sile illi no fltm rsp moi dices

h' phibet iurare assidue vt notet vilitas psone· vñ Extr 28 iurare nõ assuescat os tuũ· phibet etiã iurare otio· ex quo ẽ ta· ẽ nõ ex ca nccia· Ita q notet vilitas cause· Extr 23· vir multũ iurans implebitur iniquitate· & nõ discedet de domo eius plaga· si pmiũ phibet eos iurare· in oi casu· qua i aliq casu iurandũ ẽ· & i aliquo nõ· & ideo dñs nõ dixit otio nõ iurare· qz hic tm valet· i· i ullo casu ẽ licitũ iurare· sz dixit nõ iurare otio· i· i aliquo cau· nõ est iurandũ· Ex isto texto valdenses suũ erroeũ repunt· s· q iurare sit pctm· etiã in quocūqz cau· Salua· vb nõ phibuit iurare simplr· & ex ca nccia· & vtile· sz phibuit assiduitate iurandi q ẽ occasio labendi in piuriũ· Et ita docuit qd Effectus Pñitum sz pro iurare· et ex ca nccia indulgetur· & sine causa tanqm malum phibetur· inquantu ex eo dat occasio labendi i piuriu· vñ Glo· xpus oio iurare phibe· ne· quis quasi bonũ appetat iusiurandũ· & assiduitate iurandi labat i piuriũ.

explanator

z iuramẽta deo offer z reddere· ¶ Ego dico[explanator] vobis nõ iurare oio· i· vili z indifferentr Cassidue· Sz oim Crisost· sicut qui frequeter loquitur· inptinet loquit· sic qui frequẽt iurat o portz q quãqz piuret ¶ Et qz sz Aug· iudei inuenerat scptũ i lege· Reddes dño iura menta tua· qui iurabat p creaturas puta bant se nõ iurare· Quod nõ licebat sapi entibus· sed illis male intelligentibus factũ ẽ· Nõ ẽ i creaturis tã vile z tam sublime p q homo iurãdo piurare nõ possit· qz a primo celo vsqz ad infimũ eliũ· oia dmne prudẽcie subdunt· Cum subdit· sz dico nõ ce indifferent iurandũ· neqz p celũ qz thrnus dei ẽ· neqz p terram qz scabellũ pedum eius ẽ· Quod nõ sit ẽ intellectũ q putet deũ pendere sit ce distinctũ ut sedeat i celo z pedes eius in tra sicut nos localit sedemus· Sz qz celũ i toto corpe vniusi pulchrior sperũ retinet z tra infiore z deo illam ptem dei indicat tanqm sedẽ eius attribuit· z hãc infioribus ordinant· Vñ sup· verbo celũ celi dño terram at dedit filijs hoim· dicit glo q celũ celi i· celũ empireũ appellare sit deus qd est supmũ celũ deus dedit xpo dño· qz ad ipsum sz huãnitatem ipse ascẽdit supcelũ celi ad dexterã· z tram ista infiorẽ dedit filijs hoim ut i ea puyrent ipsi ad ipsos iudicos· Vel spualit sz Aug· p celũ qd est thrnus dei intelligunt aĩe iustorũ· qz aĩa iusti sedes ẽ sapie· p tra nõ aĩe pctorẽ qz deus ẽ hoi pctati Terra es z i terã ibis· Nolite z iurare p Jerusolima· qz ciuitas ẽ regis magni regis puta xpi regis eterni· Sz iurauerant enim iudei iurare p templo z p altari· Neqz p caput tuũ· qz ut sz Aug· nichil sit i te quod magis sit tuũ q caput tm· ĩmo tuũ· qz nõ hes i potestate vnu capilli albũ aut nigrũ facere· g° iurare ne cõtingat vos piurare· Sed sit smo vr· est est nõ nõ· Et si dicen

Tac q iurare phibuit loqui docet· dat eni doctrinã i qm modo loqui int homes·

aliquẽ iuramẽto simplici assertione de eo qd est dicatis esse z de eo quod nõ ẽ dicat nõ esse· qz quod hijs habundãcius ẽ a malo est· Nõ dicit q iuramentũ tm quod ẽ sup simplici assertionẽ veritatis sit malum· sz q sit a malo· qz ab incredulitate z infirmitate recipientis iuramentũ· Na sz Aug· tu nõ male facis qui bñ vteris iuratione· q z si nõ ẽ bona· tm nccaria ut alter psuadeas quod vtilr psuadeas· si ẽ a malo illius cuius infirmitate cogeris iurare· ¶ Sz hic pnit esse septem dubitaciões· ¶ pma utrz iuramentũ ex scripto pcepto sit obsuãdum· ¶ Sz utrz iurare p creaturas sit pctm· ¶ Tcia utrz iurare p deum sit magis obligatoriũ q iurare p creaturas dei· ¶ Qrta utrz nõ piurare sit mãdatum p tabule· ¶ Qnta utrz piurare sit grauius pctm q homicidium· ¶ Sexta utrz requirere iuramentũ ab aliquo sit mortale pctm· ¶ Septa utrz xpiani requirentes iuramentũ sarracenorũ z aliorũ iuramẽta p ydola eorũ peccat mortalit· ¶ Ad pmã est dicendũ q sz Ier· z p gratianũ pa 22 q· 2 iuramentum debz hre tres comites sc· socios· iusticiam iudicium z veritatẽ· Justicia quid propter rei de qua fit iuramentũ quod debz fieri de re iusta z licita· Cũ iuramentũ factũ de re illicita z iniusta suadeat nõ est· Aliquid tm ẽ apte z totalit iustum sicut dare elemosinam paupi· Aliquid nõ apte z totalit iniustum sicut occidere furari z mechari z oia dña lege pro hibita· Aliquid nõ ptim iustũ z ptim iniustũ ut latrones i occidendo z spoliãdo homines socios fieri z fidem sinde· Aliquid iustũ tm dubium utrz sibi expediens ut epatũ recipe· iuramentũ ergo recipe de pinis rebus iustis est totalit suadendum· de secundis nõ ẽ totalit frangendum z penitendũ· de tercijs nõ q tu ad occidere z spoliare fugiendum q tum aut ad societate z fidelitate seruãdũ· Sed de quarto si quis iurat dominum z placem nõ recipe cõuenire nõ debz

h' phibet p creaturas iurare qz phe fit eo multi pctm ydolatrie· utz ifra·

Est sz iurando pt sũe iurari· vñ Aug· ca· ple p creaturas iurat pnsm nõ est·

: 3 comites iura·

Ex d° quia nõ potes vnu capillu alb° face d nigrũ· do de colore vali·

Qñ ad· ẽt· s· nõ f· iure nõ·

nisi supplemento declarationis et tractatus super
omnibus sunt. Propterea non modicum iurandi iuramen-
tum debet habere iudicium discretionis ut non
fiat incaute et leviter et indiscrete sed solum
in modico advocatus ad confirmationem veritatis
Unde si quis iurat conspectibus apertabus(?) vel
sponte inconsulte se intraturum religionem vel clericum
fieri reputatur iuramentum incautum sicut patet
22 q. 4 quia via deuotionem religionis
ad consequendum salutem licet non sit necessaria tamen
precepti est tamen perfectissima et consulta Sed ex
parte iurantis debet habere veritatem conscientie
Unde si quis iurat falsum credens iurare ve-
rum non est periurus sicut econtra credens iu-
rare falsum dicto quod iurat verum non excusa-
tur a periurio Si quis etiam iurat non
tamen sponte sed inadvertenter se iurare non delibe-
rans et proponens sed forte ex lapsu lingue
vel ex superhabundantia eloquii sine iurat
verum sine falsum non est tamen periurus preme-
ditatus quamvis grauiter reprehendendus ne sit assuefactus
per vitandum periurium Ideo apostolus ut ait ...
quod invenitur iurasse nisi quando scribebat
epistolas ubi consideratio tardior non habebat
linguam precipitem ¶ Tertium est dicendum quod
F. per iuramentum inducitur ad confirmationem veri-
tatis Unde apostolus ad Hebreos vi omnis controversia
ad confirmationem finis est iuramentum Veritatem
autem plene scire de hijs que dubia sunt
nullus potest nisi deus qui nec falli nec
fallere potest ideo solum iuramentum per deum est
faciendum Unde dicit Ieronimus super hunc locum quod ...
non prohibuit iurare per deum sed per creaturas
ut per celum et per Hierusalem quia iudei per an-
gelos et per templum iurabant honorantes
et venerantes creaturas tamquam deum quia testis
est veritatis dubie ad confirmandum et sic illud
quod est proprium dei creature attribuebat
sic quod iurare per creaturas attribuendo
eis inmerito considerat quod dicitur esse
peccatum ydolatrie Verum quia deus omnium
creaturarum auctor et creator est et omnis veritatis
exortus et eis inspiratio et omnium creaturarum

consummator et ordinator Ideo iurare per
creaturas considerando eius venerationem
maiestatis sicut cum iuramus per sanctos et per
angelos et per celum in quibus magis relucet
diuina bonitas vel considerando et credendo eis
inspiratam veritatem sicut cum iuramus per evan-
gelia vel considerando in creaturis magis delectacionem
et utilitatem ut qui subpignorando ipsas sibi
carios eas subiciat si contingat quod falsum
dicat sicut cum iuramus per caput nostrum
vel per filios et sic Omnibus istis modis per
relucentem dei bonitatem per eius inspiratam veri-
tatem et per nostram utilitatem supposita conditi-
onibus iuramenti potest in alia comparatione per cre-
aturas iurare est licitum et sine peccato potest fieri
¶ Undecima(?) est dicendum quod iuramentum potest esse obli-
gatorium triplex vel ex forma et modo iurandi
vel ex solempnitate vel ex conscientia iurantis. Forma
autem et modus potest esse triplex quia vel nominatur
sola creatura vel solus creator et creatura
In primo modo deus confirmat veritatem media-
te creatura In secundo immediate per se ipsum
Sed in tertio mediate et immediate Et quia mediata
est actio minus fortis Secunda immediata for-
tior Sed tertia fortissima Ideo primus gradus
obligationis est iurare per creaturas Secundus
non per deum creatorem Sed supremus per utrumque
Ex solempnitate autem iuramenti si quis iura-
verit simpliciter per deum et solempniter iuret per evangelia
magis obligatur iurando per evangelia quam iu-
rando per deum non quod prius(?) iuramenti
quod ut dicit Crisostomus 2 pars 22 q. 1 Si quis ...
facere sit per deum non per deum per scripturas
Sed in solempni quia in iuramento solempni intervenit
scandalum(?) Ita si utrumque iuramentum esset
solempne per deum et evangelia magis periuraret
iurans per deum quam per evangelia ut notat glo-
sator 22 q. 1 Sed ex conscientia iurantis iura-
mentum plus obligat quam iurans se teneri
arbitratur ¶ Duodecima est dicendum quod quando est
dubia pro tanto quia non periurare vel nomine
dei iurandum non assumere quod continet

in prima tabula / et non dicas contra proximum tuum falsum testimonium quod continetur in secunda idem esse videtur. Secundum est quod licet materialiter possit esse idem periurium et falsum testimonium / quia periurium non est aliud quam mendacium vel falsum iuramento firmatum / formaliter tamen non est idem quia quamvis omne periurium sit falsum et mendacium aliter iuramentum non pertineret ad periurium nisi mentiretur et falsum diceret / non tamen omne mendacium vel omne falsum testimonium est periurium / quia non omne mendacium vel omne falsum firmatur iuramento / Contra primam dicta sequitur secunda / quia per periurium nomen dei in vanum assumitur ideo directe est offensa commissa in deum / sed per falsum testimonium leditur proximus / cuius namque falsum dicit contra proximum tamen illud falsum vel mendacium iuramento non firmat / potest enim quis periurare et falsum vel mendacium aliquod iuramento firmare non tamen in lesione proximi vel inducendo illud falsum iuramentum firmatum in nocumentum proximi

¶ Ad quintam est dicendum quod ad hanc dubitationem aliter respondent iuriste et aliter theologi / Nam iuriste dicunt peccatum esse maius homicidii quam periurium / sed maius dampnum voluit quis per periurium / quam per homicidium / primum probat per illud quod habetur / 12 ca. / duo mala ubi dicitur in peccato periurii duplici culpa reatu perimimur / quia deum offendimus et nosmet maculamus / sed in peccato homicidii triplici iugulamur / quia dei precepta contempnimus / proximus impia crudelitate nocemus / et nos crudeliori morte gladio trucidamus. Constat autem quod gravius peccatum et maius peccatum est / ubi concurrunt tria mala quam duo / Secundum tamen maius dampnum sequitur ex periurio quam ex homicidio probatur per illud quod dicitur ex verbis Augustini 22 q. 5 ca. / Ecce hoc ubi ponitur / quod maius dampnum est in amissione unius anime quam multorum corporum / Sed constat quod per periurium adimitur anima / per homicidium non occiditur corpus / et ita maius dampnum est ibi / Tertia sic probatur quod homicidium est maius peccatum quia punitur graviori pena quam periurium

dicitur enim 22 q. 1 Si quis periurat necessitate coactus quia plus diligat corpus quam animam per tres quadragesimas vel tres annos ut dicunt alii peniteat / et unam ex eis in pane et aqua / Sed homicida pena talionis et pena mortis / Sed theologi contra opinionem habent / dicentes periurium videtur esse gravius peccatum quam homicidium / quia secundum apostolum ad hebreos 6 homines per maiorem se iurant et omnis controversie ad confirmationem finis est iuramentum / ita quod sicut iuramentum tamquam quoddam maius inducitur ad confirmandum quod minus est sicut videmus quod in causa homicidii controversie finis iuramentum inducitur / quod fieret frustra si homicidium esset maius peccatum quam periurium / presumitur enim probabiliter quod qui maiorem culpam homicidii commisisset non vereretur minorem culpam periurii committere / Secundo ex hoc ipso quod in causa criminalibus peccati et controversia cuiuslibet negocii cum defertur et inducitur iuramentum tamquam quid maius / concluditur manifeste / quod post peccatum ydolatrie primum locum obtinet periurium. Et ratio quia non periurare inter mandata prime tabule continetur in quibus sine b. non potest dispensare / ut dicunt doctores quod hoc est enim offensa commissa immediate in deum et est abnegatio divini nominis / Sed homicidium continetur inter mandata secunde tabule / in quibus potest dispensare deus licet non homo / Hanc opinionem puto esse veriorem / Dicta autem iuristarum non est difficile solvere / quia verum est homicidium esse maius peccatum quam periurium / quantum spectat ad culpam homicidii circa culpam periurii / Et sic intelligitur illud decretum / Sed si accipiatur utraque pars / non vel est maius dampnum amissio unius anime quam multorum corporum nisi quod maius peccatum est illud quod amittitur / quod additur de pena non facit ad propositum quia in iudicio humano non semper gravius peccatum gravius punitur sed quod gravius nocumentum proximo infert sicut est de homicidio ymmo dicit Augustinus lex ista que regendis civitatibus fertur multa concedit et multa impunita relinquit / que

dominarum prudencia iudicante et permittente. ¶ Ad secundam est dicendum quod questio est dubia propter duo dicta Augustini quorum primum ponitur in libro de verbis domini et Gracianus inducit 22 causa questio 1 ubi ait quod iurans non malum facit qui bene utitur iuracione ut ei fidem faciat quod utiliter persuadet sed est a malo illius cuius infirmitate cogitur iurare. Secundum est in quodam sermone de decollacione sancti Johannis et Gracianus inducit 22 causa questio 4 ubi ait quod ille qui provocat aliquem ad iuramentum sciens eum falsum iuramentum facere vincit homicidam quia homicida occidit corpus sed ille occidit animam immo duas animas scilicet suam et illius quem iurare compellit quia ex quo scit eum falsum iuramentum facere homicida est anime sue et illius qui sua suasione compellit. Secundo est notandum quod iudices ut cogentes aliquem ad iurandum cum est persona publica stans in loco iudicum dicunt aliquem quod peccat cogens aliquem iurare in casibus illis in quibus ipse permittit prescito iuramento statuta et leges suadente mandante iuramentum esse requirendum. Dato etiam quod ipse sciat illum periurare eum scilicet falsum esse iuraturum quia ipse non requirit iuramentum propter se, eo quod dato quod in aliquo sciverit verum esse illud super quo iuramentum requirit. Adhuc debet suadendo ordinem iuris exigere iuramentum propter alios et sicut minister legis cuius ipse non est dispensator sed executor. Unde non potest remittere iuramentum quod secundum ordinem iuris exhibendum est. Nec peccat iudex in talibus iuramentum requirens posito quod sciat falsum esse iuramentum quia non ipse eum compellit iurare sed lex que hoc mandat. Unde sicut non peccat iudex condempnans hominem convictum secundum allegata et probata quantumcumque ipse sciat esse eum innocentem quia non ipse eum interficit sed lex ut dicitur 23 questio 4 auctoritate Augustini sic non peccat iudex requirens iuramentum in iudicio suadente iuris ordine quantumcumque sciat iurantem falsum esse iuraturum debet tamen statuta et leges imponentes tam magna

continuitate prospicere casus super quos iuramentum voluit esse requirendum et iudex debet diligenter inquirere si aliomodo potest veritatem indagare antequam statim iurare compellat ut debent non temere ad periuria et temere officium quia qui iuramentum exigere iuramentum pro submitteligenda si certa dubius quid erat iuraturus et hic materia esset iudicia. Si vero sit inducens aliquem ad iuramentum sit persona privata et sciat iuraturum falsum iuraturum peccat iuramentum requirens tali pacto ut vincat homicidam ut allegatum est supra. Qui vero non est dubius et ignorat utrum falsum iuraturus sit non peccat si iuramentum requirat quia hic non venit a malo culpe illius quem iurare compellit sed a malo pene puta ab ignorancia eius sicut dicitur 22 q 1. ¶ Ad septimam est dicendum quod hoc dubium Augustinus determinat in quadam epistola ad publicolam et Gracianus inducit 22 causa questio 1 ubi ait quod in veteri testamento inveniuntur iuramenta facta per falsos deos et per ydola a sanctis patribus esse recepta sicut Jacob recepit iuramentum laban soceri sui quod iuravit sibi per deum suum per Nachor ut patet Genesis 31. Et cum Romani firmaverunt pacem cum machabeis per ydola que colebant et per falsos deos intelligendum est eos iurasse sicut iudei iurabant per verum deum. ¶ Concedendum igitur est quod in iuramento duo consideranda sunt. Primum est forma iurandi vel illud per quod iuratur. Secundum autem est finis iuramenti puta assercio veritatis quantum ad iuramentum assertorium et observacio promissionis quantum ad iuramentum promissorium. Unde igitur iuramento sarracenorum et aliorum infidelium quantum ad formam iuramenti sine peccato esse non posset quia ullis fidelis debet iurare per ydola et falsos deos sicut ipsi iurant sed uti iuramento ipsorum quantum ad finem iuramenti ut ad veritatem assercionis et promissionis observacionem sine peccato esse potest quia fides eius qui per ydola iurat non utitur homo ad malum sed ad bonum.

Audistis quia dictum est :: :: Lectio sexta antiquis.

q̄ adytend[?] lex talionis ē dux. vna ī bnfactis q̄m dicitur lex nal'. q̄ ȝpria ē eua°. iusta sed cauernz vltis ut faciat vob' hōies ⁊ vos sił. alta ī inuriis q̄m gredit lex morsi ponda quadā cautela ppt temeritate ledentiū. 149 ⁊ lesor ne nimis magnam sumerent vindictā. Vn̄ glo. cū dicat oculū p oculo. non alterū vult tollē si utrūq̄ conseruad dū minatur talionem.

p dente. Ego autem dico vobis non resistē malo. Sed si quis percusserit te in dextram maxillam tuam, prebe ei et alteram. Et ei qui vult tecum iudicio contendere et tunicam tuam tollere, dimitte ei et pallium. Et quicumque te angariauerit mille passus, vade cum eo et alia duo. Qui autem petit a te, da ei, et volenti mutuare a te ne auertaris. Dicit sup dictis magister ysta saluator nr̄ dat bene intellectum de pene taxacione. Primus intellectus ē secundum Aug. q' pena talionis fuit ī lege ppt timorem ledentium, ut hōies timore talis pene expe sterentur ne iniuste et p̄ra ledentes p̄ximos suos et ppt reprimendum inmoderatam vltores lesos, qui nollent modum sumere vindicte de iniuria illata. Nam videmus sed Aug. leuiter lesos lesores molire cedem sitire sanguinem. vixque inuenimus in malis iniuria bn̄ paciatur. nullus namque contemptus ē si pugno percussit pugno repercuteret, et ubi pedibus redderet. Ideo hinc inmoderate ac iniuste vlciscim lex iustum modum sed genus pena talionis instituit, ut qualem quis intulit iniuriam talem supplicia sustineat. Propter quod dicit saluator Audistis quia dictum ē Exo 21 et deut. 19 oculum p oculo et dentem p dente. illa fuit lex talionis a timore quibus vocibus sufficit sed Aug. modus debitus ut nullomodo iniuriam vindicta transeat. Sed magis vitat et aliter loquitur suis discipulis quos pfectos esse volebat et quos mittere debet inter gentes sicut agnos inter lupos dicens. Ego autem dico vobis non resistere malo pene sed si quis percusserit te in maxillam dextram prebe ei alteram.

saluator nr̄ suos discipulos ascendere voluit, ita q' ut primum gradum q' erat pter legem ut prior malo manus mali redderet et ut supremum gradum qui ē ut illum malum pro malo reddatur medium tenebat lex ut tamen impediretur contra erat recepta. propter quod sed Aug. a prima discordia ad summam concordiam et pacem p tempus distributorum sicut factus est. Verum quia hoc genus iniurie oculum p oculo dentem p dente tale ē q' restitui non potest nisi vindicta. Non enim qui trahit oculum illius qui suum traxit sibi restituit oculus. sed tamen dum animus vindicta inferendo p iniuria illata putat sibi esse satisfactum. Ideo subdit saluator alia genera iniuriarum in quibus potest fieri restitucio sine vindicta quorum vnum genus pertinet ad pecuniam. Aliud vero ad opus. Quod ptinet ad pecuniam tangit cum dicat. Et qui voluerit tecum iudicio contendere et tunicam tuam tollere dimitte ei et pallium. vestimentum ūl non ... p quod genus iniurie sed Aug. omnia intelligunt in quibus restitucio fieri potest sine vindicta. Nam sine auferunt homini vestimentum sine domus sine pecunia restitui pt. sine sedicione. Aliud genus quod ptinet ad opus dicens. Et quicumque te angariauerit mille passus ita q' cogat te secum ire uel aliquod opus contra tuam voluntatem facere vade cum eo et alia duo. In quo etiam genere restitucio fieri pt sine vindicta quia pt homo illud opus pro altero facere ad quod fuerat eum angariauit. In omnibus tamen istis iniuriis sed Aug. exempla posita sunt intelligenda sunt ut si homo ante tantum parat pati ut iniuria sustinere maiorem multo magis debet esse paratus sustinere minorem ita q' p percussionem maxille dextre intelligitur maior iniuria et p percussionem sinistre minor et p ablacionem tunice intelligitur maior et p ablacionem vestimenti minor. Similiter p angariam mille passuum intelligitur maior iniuria et p angariam duorum milium minor quam prima

Secundum genus ... in 2 uestes nr̄as que sunt in a et omnis contencionis. + diuersum ... Et hic difficile ē rem dimittere. sed difficilius ē de iudicas [illegible] dicit Aris. Omne iudicium irritacio est. Sed si in iudicium ingressus fueris in non cogitas ut vitas [illegible] appareat sed ut quorum [illegible] victor existas.

Ita q' tangit saluator triplicem sed Aug. triplex gradus ad pacem. Unus gradus ē ultimus iniuriam illatam vindicare. Secundus ē tamen iniuste vindicte. Tercius homo recipit iniurie et hunc gradum lex talionis instituit in quo non consistit pax sed ē pacis inchoacio. Quia si quis eum prior illum aliquis percussus ē non exigitur illud quod acceptum erat sed ne illud quod ardebat ulterius extenderet. Tercius gradus est nullam vindictam velle sed prompto animo paratus omnem iniuriam sustinere in quo pfecta pax esse dicitur. Adiungens quartum animus

pacem

[left margin:] sed dicit ut pudeat ... de iniuria ... pene illatas. ... iniurie ... q' de non tamen ... repetitis. sed ... si vult alterum ... pene pati ... cum feras ... mandantibus ... doctrina ... uera ⁊ pcept' videlicet nullam ... velle vindictam ... amplius velle sustinere. nunc est

Vn̄ glo. Pfecta pax ē nullam velle vindictam. qui facit gra cuius que iubet non tantum nichil mali reddi. sed nec malo resiste ut sustineat malum ⁊ bonum reddatur. Vn̄ Cris. dicit. Cum repetit. vobis lege implet mādatum sed non xpi. Sed dicis. dignus ē repeti sed tu non es dignus repetere. quia discipulus illius es qui maledicebatur non maledicebat. Et p̄a 2. Si enim alterius oculum eruis. numquid tuum recupasti. non. sed tu membro etiam partiam perdidisti.

est involuntaria, secunda non. Vult quod dicit Salvator: quod licet non pro inope inpacare tum homo debet esse paratus sustinere maiorem iniuriam ut caritatem non amittat, multo magis paratus debet esse sustinere minorem. Et quod secundum Augustinum, parum est non nocere proximo nisi ei prestes beneficium. Ideo Salvator subdit: Qui petit a te da ei. Sed intelligit ut Augustinus ait, quod dare honeste et iuste potes, et quod nec tibi nec alteri noceat; quia si peteret stuprum vel pecuniam ad nocendum seu gladium ad interficiendum non erit hec danda. Et volenti a te mutuari ne averteris. Ita quod mandat dominus mutuum dare non tamen sub usuris; quia qui sic dat non sua dat sed aliena tollit. Solvit enim de suo in malo et multis alligat, vel propter iniustitiam dat secundum propositionem lucri. Est enim secundum Crisostomum usura similis morsui aspidis; quia sicut venenum aspidis latenter omnia membra corrumpit, ita usura omnes facultates convertit in debitum. Sed hic possunt esse sex dubitationes. Prima utrum lex Moysi omnem culpam puniret pena talionis. Secunda utrum pena talionis plus habet vindicte quam sit remota. Tertia utrum sine peccato possit quis iniuriam sibi illatam repellere. Quarta utrum quis sine peccato possit rem suam in iudicio repetere. Quinta utrum sine peccato quis possit petenti rem quam petit denegare. Sexta utrum sine peccato quis possit de pecunia mutuata aliquod comodi recipere. Ad primam dicendum quod sicut dicit Augustinus 21 de civitate dei, Tullius viii genera penarum in lege fuisse scribit, damnum, vincula, verbera, talionem, ignominiam, exilium, mortem et servitutem. Prima pena damni inferebatur pro culpa furti, ut habetur Exo 22: Si quis furatus fuerit bovem aut ovem et occiderit seu vendiderit, quinque boves pro uno bove et quatuor oves pro una ove restituet. Et causa ut dicit glossa, boves quinque utilitates faciunt, et oves quatuor. Et si id quod furabatur vivum inveniebatur reddebat duplum, quia tunc spes erat quod vellet reddere. Pena vero carceris inferebatur quando pena non erat taxata in lege contra tales, sicut legitur Numeri 15 quod filii Israel quendam invenerunt hominem colligentem ligna

in die sabbati quem recluserunt in carcerem donec consuluerunt dominum qua pena esset puniendus. Pena autem verberum inferebatur secundum arbitrium iudicis, ut quando iudices eum quem puniunt videbant esse dignum plagis, faciebant prosterni eum coram se et coram eis faciebant eum verberari sicut scribitur Deut 25. Pena autem talionis puniebantur illi qui inveniebantur alios percussisse vel mutilasse aliquos in membris et illi qui falsum testimonium dicebant contra proximum. Pena vero ignominie et verecundie inferebatur illis qui nolebant accipere uxorem fratris sui defuncti, tunc enim mulier accipiebat calciamentum de pede eius et spuebat in faciem eius. Pena autem exilii puniebantur illi qui casualiter occidebant hominem ad modum pignorarii vel aliorum, tunc enim debebant stare in civitatibus refugii usque ad mortem summi sacerdotis. Mortis vero pena puniebantur illi qui maledicebant patri vel matri ut patet Levit 20, et qui erant filii protervi nolentes se corrigere de luxuriis et comessationibus quibus vacabant ad preceptum patrum; debebant enim tales a populo lapidari ut patet Deut 21. Sed pena servitutis inferebatur illis qui nolebant uti beneficio legis; mandabat enim lex Exo 20 ut servus emptus in septimo anno posset egredi liber ad domum suam. Si quis nolebat stare et non uti beneficio legis, in perpetuum efficiebatur servus. Multas quoque aliis penis puniebat lex Moysi peccatores preter penam talionis. Ad secundam dicendum quod pena talionis fuit preceptum iudiciale conveniens iudeis pro dispositione status illius respiciens sacerdotio levitico. Sed secundum apostolum ad Hebre 7 translato illo sacerdotio facta est translatio legis. Unde amplius virtute illius legis puniri peccata tali pena non sunt obligandi, sed licitum est tamen de novo pro dispositione status presentis posse statuere talia pena esse punienda peccata. Contra ubi ei sunt talia per quod si quis obiciat crimen alicui offerens se probaturum, obligat se ad talionem si in probatione defecerit. Unde quantum ad obligationem illius legis pena talionis est remota

sicut omnia iudicialia. Nō aūt ꝯtᵃ adꝑtatores
ꝑmtor. Et si dicat q xpus nōne legislator
madauit nō solum iniuria nō eē Bindi
candam verū etiam nō esse repellendā
vnde aug⁹ dicit notabilit̃ esse dictū Nolite
resistere aduersus malum. tū tn̄ poss̄ dicere
saluator Nolite velle malū ꝓ malo ut nō
soli rependas quod tibi fuat irrogatum
sed ⁊ nō resistas qn̄ aliud irrogetur. Dōe
ē xpus mandat vindictam nō eē appetē-
dam liuore ⁊ libidine vindicte. Quod etiā
lex moysi madabat sicut dr̄ glo sup̄ p̄o ubo
leuit 20 Nō q̄ras vltōz. nᶜ memor eris iniu-
rie ciuiū tuorum. quod tn̄ pharisei male in-
telligēdo legem dicebāt eis licere. ꝭ non
madat iniuriaꝫ nō eē vindicandā amore
iusticie. ul ꝓp correpcoꝫ peccant. vel dōm
q xpus istud madatum de relaxacōe iniu-
rie nō fecit omnibus. ꝭ aplis. q̄s missurus
erat inter gentes. sicut medicos int̄ freneticos
vnde ꝭ aug⁹. sicut qui eos quos multū dilig̃t
sinat a p̄imis ut freneticis aquib⁹ multa paciā-
tur. ⁊ si eorum salus illud exigat p̄rebere se
ut plura alia paciatur. sic dn̄s medicus
ciāzo voluit ut sui discipuli eorum quorum
saluti consulebant inbecillitates ⁊ inpluci-
tates ac omnia tollerabat. Patria ē dōm
q ꝭ aug⁹ exempla pacie de supportādo iniu-
riam illatā nō melius q̄ adnō nr̄o ihū
xpo ⁊ eius aplis accipe possimus. planū ē
aūt cū saluator nr̄ percussus fuiss̄ i vna
maxillam. p̄ ꝑmu principis sacerdotū dicere
Dic. Iudeis potifica nō p̄buit alterā. ꝭ ait
Si male locutus sum testimōm ꝑhibe de
malo. si aūt bene cur me cedis. paulo
aūt aplo cū princeps sacerdotū madaret mi-
nistris act 23 ut percuteret os eius dixit
Percuciat te deus paries dealbate qui sedes
ꝭ lege iudicas cot̃ legē iubes me percuti
Et qui audiunt p̄repote sum. xl viros
cōiuratos fecisse se nō gustaturos nᶜ bi-
bituros donec interficerent eū. inuocato
adiutorio tribuni cū armat' ꝑgress⁹ ē

ad aliam ciuitatem. ut si forte inuadissent
illos scelleratos viros. paulus i effusioe
sanguinis eorum sine crimine agnosceret. sicut
exponit aug⁹ ⁊ p̄o 23 ca q 4. Intelligēda s̄t
ḡ omnia ista ūba q̄ saluator nr̄ ponit hic
tam de percussione maxille q̄ de ablacōne
tunice ul vestimenti ⁊ anganacōe ꝭ ꝑpaco-
cioꝫ. nō solū ꝭ executoꝫ operum. ꝭ aug⁹
ut hō sit ꝑp̄ patus i aīo omnia dimittere
que violenter ab eo tolli possunt. tam res ex-
teriores q̄ corporalem vitam. antequam caritatem
erga deum ⁊ p̄oximū amittat. quā nullus
inuitus ꝑdere p̄t. Quod ⁊ ip̄e saluator fecit
q̄ ꝓp caritatem quā erga nos habuit paratus
fuit nō solū percuti i maxillam. ymo i toto
corpore crucifigi. Secūdū enī regulam augus-
tini p̄o lib̄o de libero ar ca⁰ 4⁹. Omnia q̄ nobis inuit
auferri p̄nt. q̄ sit̃a nr̄a ꝑdere possimus.
dimittenda ⁊ contēpnēda sunt. caritas nō ⁊ vir-
tutes aīe q̄ nobis inuitis auferri nō pos-
sunt. nᶜ sine culpa nr̄a ipas ꝑdere possimus
dimittende nō sunt nᶜ cōtēpnende. Sz q̄d
dicis si homo velit me interficere ⁊ corpalem
vitā auferre possum sine pcco eum occidere
Ad quod videt aug⁹ p̄o li⁰ de lib̄o ar dicens
hoc licere. ꝭ legem q̄ lex ciuilis q̄ i malefi-
cis motibus hominū cohercendis ne maiora
mala fiant dedit i tali casu licenciā. nō tn̄
cogit me ut voletem me occidere occidam.
ꝭ i mea ꝑtate relinquit. Ideo ꝯcludit ibi
q̄ lege maupata ⁊ iusta existente. q̄li homines
occidentes nolentes occidere sine culpa eē quāt
nō video. Et subdit. legem quid nō repre-
hendo q̄ tales interfectores ꝑmittit interfici
ꝭ quo pacto homines interfectores defendam
nō inuenio. Vide⁹ ḡ aug⁹ sentire ibi q̄
occidere volentē me occidere sine pcco facere nō
possum. quātūcūq lex que hᶜ ꝑmittit sit
inmādata ⁊ iusta. q̄ ꝑmittit hᶜ minus ma-
lum ne maius malū fiat. Secūdo ē 4⁰
q̄ ex caritate teneor diligere ꝑximū meum. Verū
quia i caritate ē ordo. ꝓp⁹ ⁊ magis ex ordine
caritatis teneor diligere me q̄ proximū

Sic igitur video quod vitam proximi volentis in
nocere et vitam meam prodere possum servare
tamen vitam meam teneor conservare servare
et non prodere vitam eius non obstante
quod lex hoc concedat / sed si sic inevitabiliter
eveniat quod vita proximi vitae est vitae meae
destructiva vel eam servare possum cum conservatione
vitae meae servata cum caritate corpore cau-
tus ordine possum primo vitam eius, cum
inevitabiliter sua cum mea servari non potest
et ista est doctrina Augustini et ponitur 23. q.
7. ubi ait quod miles restat cum homo ab hoste
occiditur utrum fiat nocendi cupiditate aut
iniuste aliquid afferendi sicut fit ab inimico vel
a latrone aut obediendi vel ulciscendi neces-
se sit a iudice vel carnifice / aut evadendi et
subveniendi sibi necesse sit a viatore in fine
latro et hostis a milite et alii qui causa
mortis fuit magis est in culpa quam ille qui in
fiat vel occidit ¶ Ad 2^m est dicendum quod repetere
sua rem iudicio triplex est licitum / primo propter ma-
lorum reprehensionem / 2° propter bonorum sustenta-
tionem / 3° propter iustitiae observationem / nam repetere
quod suum est debitum iustitiae est / quia iniustus potest
esse iniustus possessor rei alienae etc. secundum Iohannem
bonitatis vitae virtutis doctrinae caritatis et
iustitiae etiam propter scandalum dimittenda non
sunt / iniustum tamen repetendi posset esse peccatum.
ut si quis rem petet cum lite et contentione
et cum fraude et praevaricatione / et coram iudice
infideli iste ii. modus secundum Chrysostomum. Salvator non
prohibet iudicio esse contendendum / non enim
dicit qui volunt rem tuam simpliciter accipere
dimittas eam sed si quis in iudicio contendere
et tunicam tollere eius contendens ei dimitte
et tunicam vel vestimentum. ¶ Ad 3^m est dicendum
quod hic est materia duplex distinctio / una ex parte
petentis / puta quod petens rationabiliter petat
tunc non secundum Augustinum rationabiliter petit quando quod
petitur est utilium petenti et non nocet
sibi vel alteri quia si indiget et petet formam
vel pecuniam ut noceret alteri sic irrationabiliter

petentem dicendum est esse petentem et non accipies
eo quod male petat sed propter illud aliquo petere
dicitur est quod vel petit sibi quod est utilium sive
necessarium et conditionem personae et sic non tenetur
dare vel quod est necessarium personae conditionem sed
non necessarium et sic personis est dare / vel est super-
fluum necessarium et conditionem personae et sic dum
modo non proponat melius dispensare super
potiori voluntate petentem dare tenetur ex
debito necessarium et fraudatur pauper suo debito
si negatur sibi quod petit sine contradictione
quae dicta sunt ¶ Ad 4^m est dicendum quod haec quaestio
videtur esse dubia quia quilibet tenetur communicare et
videtur esse sine depravatione consulere et providere
caritate sive redemptionem consulere et providere
planum est autem quod mutuatam quilibet contingit
expectiva vel remutuata dampnificati et
ingratitudo magna inde quod recompensatio
non fiat illi a quo beneficium recepit / propter
tamen communio hoc non efficitur peioris con-
ditionis quam esset antequam mutuaret et planum
est quod ante licebat ei aliquod donum
et aliquam commoditatem recipere a suo amico
cui pecuniam vel rem aliquam commodavit
considerandum est igitur quod de pecunia et de omni re
cuius usus non separatur a substantia eius / et
cuius usus consumatio est substantiae rei sicut
contingit de vino et pane et aliis huiusmodi
ex pacto tacito vel expresso non potest aliud
accipi quod possit pecuniam mensurari
sed peccat quod sit mutuari pecuniam vel rem
aliquam ut ex pacto tacito vel expresso ad
accipiatur quod possit mensurari pecunia
non est aliud quam mutuare sub usura sicut
enim dicitur est dico ex pacto tacito vel ex-
presso quia sine pacto intento tacite vel
expresse gratis donum aliquod recipere potest
quod forte antequam mutuaret dampnum ac
cepisset tamen quod mutuans principaliter in-
tendit sine peccato potest in partem deducere licet
sit non vendidit usum rei vel pecunie
mutuate sed dampnum suum quod posset incur-
rere vitat et forte mutuum recipiens
maius dampnum vitat quod recompensatio
sit dampni mutuantis / unde cum sua utili

tate pt recompensare dampnum quod sequitur
ex lucro quod faceret forte cum pecunia vel cum re
qua mutuat quia illud lucrum non dum habet
et est incertum accipe lucrum de re que non
dum est sua nec in eius potestate, Dico similiter quod
pt pecuniam mensuratam quia cum mutuans sit cum suo
labore cum talia consueta sint pecunia mee
mensurari impactum tacitum vel expressum
pro pecunia vel re mutuata sunt pacto deduta non
possunt, benivolencia vero amor et amicicia
pro recompensacione licite mutuans intendere
pt quia cum talia sint voluntaria nec pecunia men
surari. Item ingratus mutuans rem vel pecuniam
mutuat dato quod rem quam mutuat reci
piat quia deus recompensat tunc pro precepto
mutuari. Unde dicit Augustinus quod Salvator iubet deo
volenti mutuum dare ne autem quod deus
non sit redditurus pro quo homo reddit quod
tu ex precepto dei facis infructuosum esse
non potest

Lectio Septima

Audistis quia dictum est antiquis, dili
ges proximum tuum, et odio habebis in
imicum tuum. Ego autem dico vobis diligite
inimicos vestros, et benefacite hiis qui oderunt
vos et orate pro persequentibus et calumpniantibus
vos ut sitis filii patris vestri qui in celis est
qui solem suum facit oriri super bonos et ma
los, et pluit super iustos et iniustos. Si enim
diligitis eos qui vos diligunt quam mercedem
habebitis, nonne et publicani hoc faciunt, et
si salutaveritis fratres vestros tantum quid amplius
facitis, nonne et ethnici hoc faciunt. Estote ergo
vos perfecti, sicut et pater vester celestis perfectus
est. In capite ista aperit Salvator verum intel
lectum legis quantum ad proximi dilectionem. Adendum in
telligendum est secundum quod Levitici xix pharisei inter
pretabantur scriptum, diliges amicum tuum sicut te ipsum,
ex hoc arguebant quod liceret eis inimicum odire,
potissime quia legebant Deuteronomio vii percuties
inimicos tuos et non inibis fedus cum eis
nec misereberis eorum. Istam sententiam in toto corpore
legis non invenimus quod homo debeat in
imicum odire propter quod Salvator ut dat ve
rum intellectum de dilectione amicorum et corrigit
pravum intellectum phariseorum qui habebant de odio
inimicorum, dicens audistis quia dictum est Levitici xix
diliges ~~amicum tuum et~~ proximum tuum, non ita quod inde
proximum pharisei solum amicum intelligebant,
quod patet quia secundum opinionem eorum dicebant ut hic dicitur,
et odio habebis inimicum tuum. Unde secundum Augustinum ista
res non est accipienda ut iubentis iusto
sed permittentis infirmo sicut et illud infir
mis odium inimicorum permissa sed iussa
iustis, et quia Salvator suos discipulos non
infirmos sed iustos esse volebat subdit
Ego autem qui non veni solvere legem sed
implere et perficere dico vobis discipulis meis
et omnibus perfectis diligite inimicos vestros, bene
facite hiis qui vos oderunt. Secundum Augustinum
gradus erat in medio phariseorum sic
quod multi eos a quibus diligebantur odie
bant, ascendebat gradu alio gradum quod proximum
diligebat quamvis adhuc inimicum odiret
Christus hos gradus volens suos disci
pulos ascendere cum ait diligite inimicos
vestros et orate pro persequentibus vos iniustis et
calumpniantibus vos in malo ut sitis filii
patris vestri qui in celis est pro honore excel
lencia quamvis sit ubique presenciam qui solem
suum materialem facit oriri et pluit super iustos
et iniustos pluvia namque communiter gignit fructus
terre bonis et malis. Vel per solem pt
intelligi ipse deus secundum quod dicitur vobis timen
tibus nomen meum orietur sol iustitie, et per plu
viam intelligitur irrigatio doctrine vitalis
que omnibus conceditur et quod diligere inimicos
sit perfectorum et filiorum dei patet quia si diligitis
eos qui vos diligunt quam mercedem habebitis
quasi dicat nullam quia talis dilectio infra limites
nature continetur cum mercedem eternam non debetur
et ideo subdit nonne et publicani qui publica
vectigalia suscipiunt vel recipiunt hoc fa
ciunt, et si salutaveritis fratres vestros tantum quia
salutacio secundum glossam est quedam species bene
volencie quid amplius facitis, nonne ethnici
hoc faciunt. qui dei no
ticiam non habent.

diliges amicum optando
bonum salutis et ne
ligat eos. et effectu
seu opere benefaciendo, et
non diligat eos in
se per alia et ipse.

et non invenitur scriptum
ideo exponendum est secundum
tradicionem vel opinionem
phariseorum et forte
secundum arguebat a co
ntrario. ideo odio habebis
inimicum tuum.

effectu operis.

hoc est novum mandatum
ut dicit glossa.

orate verbo orantes.
Glossa hec est latitudo
consummate caritatis.

naturali dilectione.

et tu vacui sitis
a mercede

Ethnos grece gens la
tine, gentiles

vel quid amplius habet beneficium vestrum
quam infidelium. In hoc non plus
facitis quam gentiles. Unde sequitur
Nonne.

pfcti · i caritate dei · et pximi · debet a nob ee pfctos pfecte caritate ad quam tenetur omnes

si u amicis tuis fecit sic non plus fa quam
gentiles ethnici · u ge latine gentiles
dicit ibi vult dicere non facietis plus quam il
li qui agit sic gentiles sint et qui plus debetis
facere concludit estote ergo vos pfecti sicut pr vester celestis
pfectus est ut li sicut dicit similitudinem
imitationis non equalitatis pfectionis Et hic
sunt ee sex dubitaciones Prima utrum ex precep
to omnes teneamur diligere inimicos Secundo utrum ex
precepto teneamur omnes benefacere illis qui nos
persequuntur Tertio utrum teneamur omnes ex precepto di
ligere tirannos et pirratas Quarto utrum omnes
teneamur diligere demones et illos qui sunt
in inferno Quinto utrum diligere amicum sit maioris
meriti quam diligere inimicum Sexto utrum diligere bene
factorem sit maioris meriti quam diligere benefica
tum Ad primam est dicendum quod aliquid considerandum
est in inimico quod non est diligendum ex necessita
te precepti nec ex perfectione consilii scilicet ipsa mali
inimicicia qua nobis inimicus inimicatur
non est aliqua dilectione diligenda quia cum
sit viciosa et mala si diligeremus inimiciciam
ut inimicitia diligeremus malum et vicium quod
faciendum non est sed vituperandum Joab da
vid dicebat 2 Re 19 diligis odientes te et
odio habes diligentes te Aliquid vero est in eo
quod est diligendum ex necessitate precepti non
tamen ex perfectione consilii est n · inimicus in quantum
homo eiusdem speciei et nature particeps eius
dem beatitudinis cuius nos sumus ideo non
debemus eum excludere a dilectione dei qua no
stros proximos diligimus et non acceptare
in corde nostro aliquid quod contrarietur tali dilectioni
qua proximos diligimus et optamus nobis
et eis beatitudinem eternam Et hic precauere
in corde sucurrendi ei in necessitatis articulo si
esset oportunum est de necessitate precepti Sed ali
quid considerandum est in ipso quod est diligendum
solum ex perfectione consilii nam hic cum sit
offensum et sic inflamatum ut actualiter ho
moueatur in dilectionem inimici et eius subiect
tionem etiam preter necessitatis articulum hoc est solum
de perfectione consilii non de necessitate precepti
talis n · specialis qua quis singulariter fertur
a dilectio

in dilectione inimici necessario precedit offen
nem amor diuinus quia non est in ipso inimico aliquid
quod trahat preclarant ad eius dilectionem et sub
uentionem nec impensum beneficium nec amor
naturalis vinculum nisi solus amor dei qui
quanto maior est maliquo tanto plus in
clinat in dilectionem unde dicit Gregorius quod illevatum
atur et perfecte caritate hoc qui amicum diligit in
deo et inimicum propter deum Ad secundam est dicendum
quod benefacere persecutoribus et inimicis nostris duplex
intelligi potest primo in genere sunt quedam beneficia que
omnibus impendenda sicut orones sub hostibus
defensiones que si subtraherentur persecutori
bus et inimicis sine linore vindicte esse non
possit que tamen expetenda non est de inimico
iuxta illud Leuit · xix · Non queras ultionem
nec memor eris iniurie ciuium tuorum talibus
ergo beneficiis quibus benefacere inimicis et perse
cutoribus est de necessitate precepti similiter in
necessitatis articulo specialia beneficia eis impendere
quia si esurierit inimicus tuus · precipiente apostolo
ad Ro · xii · debes eum cibare si sitiret de
bes eum potare sed preter necessitatis articulum
specialiter facere inimicis bene et persecutoribus et spe
cialia eis impendere beneficia ac preclara fa
miliaritatis signa monstrare non est de ne
cessitate precepti sed de perfectione consilii unde
dicit Augustinus in Enchiridion xxxvi ca quod di
ligere inimicos et benefacere hiis qui oderunt
nos tam magnum bonum est quod non est tante
multitudinis quantam credimus exaudiri in oratione
dominica cum dicit dimitte nobis de n sed hoc
est perfectorum filiorum et filiorum dei ideo statim
tamen saluator dixit diligite inimicos vestros benefacite hiis
qui nos oderunt Adiungit estote perfecti sicut pater
vester celestis perfectus est Ad 3 est dicendum quod istam
dubitationem mouet Augustinus in libro de sermone domini in monte quod
sunt dicto quod debeamus diligere inimicos recipien
cie et persecutores et priuatos inimicos eis
bona facere uel optare contrariantur multe auctoritates
sacre scripture in quibus sancti et prophete peccatoribus
imprecantur multa mala dicebat enim propheta eo
rum fiant prandium mensam et in retributionem et in
scandalum omnibus populis et in persona Jude proditoris
dicebat idem propheta fiant filii eius orphani et

uxor eius videtur fecisse et mea et ei debitis suis, hunc vero ut dicit glossa iudas uxorem et filios quibus iudas vocatus ad apostolatum temporalem substantiam dimisit et preterea quod furabatur de elemosinis que offerebantur christo pro dictam substantiam augmentavit in quibus omnibus punitus est propter peccatum quod in salvatore commisit. Alias etiam multa mala imprecatus est parentibus et matri reipublice. Videmus igitur quod david quamvis propheta et sanctus vir imprecatus sit parentibus mala non quidem optative et optando eis mala sed iudicative indicabat enim et predicebat penas peccatorum quas passuri erant ac si essent iam presentes. Aliter tamen videtur idem augustinus in eodem sermone dicens quod etiam optative possumus imprecari mala parentibus non quidem culpe sed mala pene. Si namque videmus eos in culpa semper augeri et per eorum vitam culpabilem nocumentum iustis et bonis inferri licite servata caritate possumus optare quod deus vitam eorum corporalem culpabilem finiat et naturam ab ipso creatam salvet ut sint in uno et eodem homine servemus propter amorem et propter odium perfectum amorem diligendo naturam et imprecando ei in ... veniam et propter odium odiendo culpam et imprecando sibi correctionis .... Hanc solutionem ponit gregorius in moralibus dicens quod evenire plerumque solet ut non amissa caritate malorum hominum nos ruina letificet et rursus eorum gloria sine emulationis culpa nos contristet cum ruente ipso homine malo et tyranno quosdam bene erigi credimus et proficiente eo et prosperante plures opprimi iniuste formidamus ita tamen quod hoc si ... amore iustitie non livore vindicte. Ad decimum est dicendum quod caritas est quedam amicitia illa ... que nobiscum communicant aut communicare possunt aliqua amicabili societate debemus diligere ex caritate sed quia demones dampnati sunt iam in termino nec sunt amplius iam in statu in quo possint nobiscum in caritativa societate communicare propter naturam eorum dampnatam et obstinatam in malo voluntatem ... continent semper eos ex caritate di-

-ligere non debemus tamquam illos quibus velimus bonum. Nam amare aliquem ex caritate non est aliud quam velle ei bonum, sed bene possumus diligere demones et dampnatos tamquam illos quos volumus esse in bonum alterius. Nam in demonibus et dampnatis relucet bonum divinum scilicet dei iustitia. Unde sicut diligimus irrationales creaturas non tamquam illas quibus volumus bonum quia illius boni capacitatem non habent tamquam nos capaces sumus, sed tamquam illa que volumus esse et subsistere in natura sua propter bonum alterius quia propter bonum nostrum promovendum, sic demones et dampnatos debemus diligere ex caritate non tamquam illos quibus volumus bonum sed bonum et gloriam dei volumus eos subsistere in natura eorum. Ad undecimum est dicendum quod nec dilectio amici nec dilectio inimici est meritoria nisi sit informata gratia et caritate quia dicente salvatore si diligimus eos qui nos diligunt naturali scilicet dilectione non habemus aliquam mercedem sed si dilectio nostra qua diligimus tam amicum et inimicum est informata caritate sicut est .... Que dilectio est magis meritoria amici vel inimici. Ad quod est dicendum quod principium dilectionis meritorie effectivum est ipsa voluntas. Obiectum vero diligendi est ipsum bonum quod diligitur. Si ergo dilectio ex parte voluntatis elicientis ipsam dilectionem magis est meritoria dilectio inimici quam amici quia maior conatus et maior violentia requiritur in diligendo inimicum quam amicum. Si consideretur dilectio ex parte boni quod diligitur est magis meritoria dilectio amici quam inimici quia in amico est duplex ratio boni natura et amicitia. In ipso vero inimico solum est una ratio boni scilicet natura tantum. Nam inimicitia non habet rationem boni sed mali ... similiter quia ratio maioris boni invenitur in amico quam ... utrique amico et inimico in extrema necessitate posito quando utrique non possumus subvenire prius est subveniendum amico quam inimico tamquam maiori bono ... tamen quia ratione finis puta boni divini ratione cuius dilectio inimici videtur magis intensa et ratione maioris

conatus et quia dilco inimicorum secundum Aug.
est perfectionis simpliciter est concedendum quod dilco
inimici est magis meritoria quam amici. Ad
3m est dicendum quod homo magis diligit bene-
ficiatum quam benefactorem sed magis est victoria
dilco benefactoris quam beneficiati. Primo probat
philosophus ix ethicorum multis rationibus. Primo quidem quia
beneficiatus est quoddam opus et quoddam factura
benefactoris, similiter autem naturaliter inclinatur ut diligat
opus et factum suum. 2o quia beneficiatus recipit
a benefactore bonum utile, quod cito transit, sed in bene-
ficiato homo recipit bonum honestum quia virtutis
benefactoris est dare et beneficiare alium, quod quidem
bonum virtuosum et honestum est magis per-
mansivum. 3o quia homo diligit benefactorem propter
notatus ab ipso bone bonum quod ab eo homo
recipit, sed beneficiatum homo diligit spontanee
non provocatus, et planum quod dilco spontanea
que est ante maior est illa que est ab alio.
4o quia difficilius est dare quam recipere et magis
homo laborat in dando quam in recipiendo.
Constat autem quod plus diligimus illa in quibus
plus laboravimus quam illa in quibus parum.
Sed secundum facilius probat, nam illud est magis
meritorium cuius oppositum et eius contrarium est
magis demeritorium et maius peccatum. Constat
autem quod non diligere benefactorem est ingratitudo
que est maius peccatum quam non diligere ac
beneficiatum homo ingratitudine non committit.
Ideo magis est meritorium diligere benefactorem
quam beneficiatum, sic ergo est magis de-
meritorium. Capitulum viii. Lectio viii.

Attendite ne iustitiam vestram faciatis
coram hominibus ut videamini ab eis.
Alioquin mercedem non habebitis apud patrem ves-
trum qui in celis est. Sequitur: Cum ergo facis elemosinam noli
tuba canere ante te, sicut ypocrite faciunt in
synagogis et in vicis ut honorificentur ab
hominibus. Amen dico vobis receperunt mercedem
suam. Te autem faciente elemosinam nesciat sinistra
tua quid faciat dextera tua, ut elemosina tua sit in
abscondito et pater tuus qui videt in abscon-
dito reddet tibi. Hic vult ut supra dice-
bat, salvator apud veram iustitiam, quantum ad
operum intentionem. Adeo iniusti temporalia promit-
tebant possessoribus mandatorum preceptorum suorum
aliud vsque, quod si volueritis et audieritis me bo-
na terre comedetis. Omnia autem terrena sed gloriam ad
duo reducitur scilicet ad humanam gloriam et ad terre-
nam habundantiam. Prosequitur salvator unde, quia opera
iustitie et mandatorum dei precepta propter neutrum
istorum fienda sunt, primo dicit Attendite id est caute
considerate ne iustitiam vestram id est opera iustitie faciatis
coram hominibus hac intentione et hoc solo fine
ut videamini ab eis. Et signanter ponit verbum eius
addit ut videamini ab eis, quia qui facit aliquod
bonum opus, non ideo ut ab hominibus videatur,
et si coram hominibus facit, non tamen coram fecisse hominibus
videtur, eo quod qui facit aliquid propter deum interius
videt in corde suo, nisi deum propter quem facit.
Secundum tamen Aug. ideo salvator ait ut videa-
mini ab eis, quia sunt multi qui bona opera
faciunt coram hominibus, non ut ipsi videantur ab
eis, sed ut ipsa opera videantur et glorificetur pater
qui in celis est, quia talia opera bona non de-
putat sua sed illius cuius fide vivunt. Quod si pro mercede
operum nostrorum laudem hominum querimus, celeste
mercedem amittimus. Ideo subdit: Alioquin mer-
cedem non habebitis apud patrem vestrum qui in celis
est. Est enim, ut ait Crisostomus, magna stultitia est propter
res dare, manentia verba comparare, et eterna
premio pensare, quod sit per gloriam humanam que
inanis gloria est, sed quod propter homines sic in-
mensum effudit. Ideo salvator pro omnibus car-
nalibus vitiis principaliter exclusit inanem
gloriam, quia hanc periculosius pestis aliis homi-
nibus messe inhesit, tunc omnia mala et omnia
peccata servos diaboli nocent, concupiscentia tamen
inanis glorie magis nocet servos dei, quod sequitur
nos dicat, ut dicit idem Crisostomus. Licet enim inanis
gloria sed Aug. magnas vires quas nullus
sentit nisi qui sentit bellum ingerit, eo quod et si
facile est carere si negatur, difficile tamen est ea
non capere si offeratur. Postquam omnia dominus salvator supra
docuit opera iustitie coram hominibus non esse facienda,
ideo specialiter hic specificat que sunt illa opera

// eorum que in lege continebant

A spaliter descendit ad opus elemosine ubi primo excludit modum indebitum faciendi elemosinam, item 2o instruit modum debitum ibi Te aut faciente. Modus inde bitus faciendi eleosinam est cum fit intencione appetendi laudes humane sicut faciunt ypocrite dicit go. Ait intim

iusticie que coram hominibus fienda non sit,
quam opprediciti concludens cum ergo facis eleo
sinam noli tuba canere ante te. Ille namque secundum
glosam tuba ante se canit qui sui operis solum
iactanciam querit, puta cum videt aliquem pauperem
vel intendentem vel honestiorem personam quam
putat sibi retribuere tunc eleosinam facit, alias
non facit. Et quia qui eleosinam faciens tu
ba canit est ypocrita. Subdit sicut ypocrite
faciunt qui aliud sint quam demonstrant in sy
nagogis ut videantur a sapientibus et in
vicis ut honorificentur ab hominibus propter laudes.
Amen dico vobis quod illi receperunt mercedem
suam non mercedem dei sed suam receperunt, scilicet
laudem. Et quia non sufficiebat indebitum modum
excludere sed debitum modum eleosinam faciendi
docet. Subdit Te autem faciente eleosinam
nesciat sinistra tua quid faciat dextra tua, id
est, secundum crisostomum, si possibile esset teipsum ignorare,
et manus tuas latere quando facis eleosinam sicut
diligentissime est tibi facere ut sit tua eleosina in
abscondito fiat, et pater tuus qui videt in abscondito
solum in aperto, sed in abscondito reddet tibi
nam secundum crisostomum impossibile est ut bonum opus
hominis in abscondito sanctus deus remuneratum
dimittat, sed quemque in hoc seculo mani
festat et in futuro glorificat quia gloria dei est.
Et sic similis habere inspectores tuorum operum
qui facit erit beatus, non solum angelos vel
archangelos, verumetiam habes ipsum deum
universorum, ut crisostomus dicit. Sed hic possunt esse
sex dubitaciones. Prima utrum eleosina sit fa
cienda in abscondito seu occulto vel in mani
festo. Secunda utrum sit fienda per dextram vel sinistram
sinistram. Tercia utrum liberet hominem a peccato mortali
vel non. Quarta utrum liberet infidelem ab infide
litate vel non. Quinta utrum liberet hominem a pe
na purgatorii. Sexta utrum si fiat ab existente in
peccato mortali prosit illis qui sunt in purgatorio.
Ad primam est dicendum quod tucius et securius est
eleosinam facere in occulto quam in manifesto et
propter illos qui faciunt, et propter illos coram quibus
fit. Nam secundum crisostomum opera occulta est maius
gloria et difficilius cognita quia occulte ingre
ditur, et omnia que intus sunt in homine
aufert. Cum dubium est si in manifesto fiat
ne subito insurgat in homine appetitus
inanis glorie, sufficiat vero tres esse cum eleosina
fit, puta pauper cum sit angelus quo in super
tore sicut in illud Thobie 12 cum eleosinam
faciebas et orabas cum lacrimis, ego attuli
oracionem et eleosinam tuam domino, et ipse deus.
Tamen propter quod fit quia more duorum vel trium
stat omne verbum. Similiter propter illos coram
quibus fit tucius est facere in occulto quam in ma
nifesto. Nam videntes te eleosinam facere
forte ex hoc scandalizantur, aut quia invidebant,
quia forte non habent unde faciant sicut tu, et
si habent non possent facere ita magna et
illo tempore quo tu facis vel forte quia credunt
ideo te coram eis facere ut ex hoc velles eis
ostendere esse sanctior et melior eis volendo
reputari. Sed numquid si homo credat sic scan
dalizari videntes eum eleosinam facere debet
dimittere ne faciat coram eis, supposito quod
ipse puram intencionem habet solum propter deum
faciens. Ad quod est dicendum quod vel ille cui
facienda est eleosina est in necessitate, et
forte alio tempore non occurreret ei quod sic decen
ter possit sibi eleosinam facere, quia forte vel
pauper vel peregrinus transit per viam, aut
peccatum quod numquam primo est visum, et tunc
propter tale scandalum quia passivum est non activum
ideo non debet quin eleosinam faciat quia in tali
casu facere eleosinam est debitum iusticie quod
non est dimittendum propter passivum scandalum.
Sed si talis cui eleosina est facienda non
est in extrema necessitate et occurrat hora
quod in occulto illi qui petit possit eleosinam
dare, debet differre ne eleosinam in manifesto
faciat et vitet illorum scandalum. Ad secundum
est dicendum quod hanc dubitacionem movet augustinus
in libro de sermone domini dicens quod aliqui per dextram intelligunt
fidelem hominem, per sinistram vero infidelem,
quasi ergo dextra vel fidelis facit eleosinam
sinistra et infidelis debet nescire, sed sic esset

Vel quando alios vult laudare ut appareat sanctior et melior illis

non ut dent bonum exemplum sed eo fine ut honorificentur ab hominibus

4

secundum Augustinum tunc licet coram fideli elemosinam
facere et nulla culpa esset velle placere fide
libus quod est finis. Ideo alii exponunt secundum Aug.
quod per sinistram intelligitur inimicus et per dexteram amicus
debet ergo homo secundum istos facere elemosinam coram amico
et coram inimico, quod non est verum secundum Aug.
quia Christus coram iudeis inimicis suis minor
dicet sanabat infirmos, quod pertinet ad
elemosinam spiritualem. Apostolus etiam dicit: Si esurie
rit inimicus tuus ciba illum, et cibare esu
rientem planum est quod est elemosina. Ideo ut
dicit Aug. alii dicunt quod per sinistram intelligitur
uxor, per dexteram vir. Nam quia imperiosa et in
rebus familiaribus tenacior est mulier quam
vir, ideo ad vitandum litem domesticam vir debet
facere elemosinam nesciente uxore. Sed secundum Augus.
hec opinio est deridenda quia tam viro quam
uxori datur actus elemosine. Sicut omnis actus
salutis et virtutis communis utrique sit, et plu
rimum mulier magis est prona et larga ad
4 faciendum elemosinam quam vir. Ideo dicit Aug. sic
est intelligendum verbum ihesu salvatoris ut per dexte
ram intelligatur intentio implendi precepta
dei et placendi sibi, per sinistram vero intelligatur
dilectio humane laudis, et tunc sic exponitur:
Cum facis elemosinam nesciat sinistra tua i.
dilectio laudis humane quid faciat dextera tua
i. precepta dei implendi recta intentio et
placendi sibi soli quia solum propter deum non
propter laudem humanam vel mundi facienda
est elemosina. Circa tertium est dicendum quod quo est
dubia propter verba que dixit s. angelus Tho
bie commendans angelus elemosinam
Thob. 12. Elemosina a morte liberat et non
patitur animam ire in tenebras, cum ipsa est
que purgat peccata et facit invenire vitam
eternam. Daniel eciam dans consilium
Nabuchodonosor cum diversis peccatis erat involutus
dixit Dan. 4. Consilium meum audi rex peccata
tua elemosinis redime et iniquitates tu
as misericordiis pauperum. Sed cum peccatum mor
tale non dimittatur nisi contritione et gratia que
est vita anime, et elemosina facta in peccato mor
tali sit mortua, non potest dare vitam

quia quod mortuum est alteri dare vitam
non potest. Istam dubitationem determinat
Aug. in Enchiridion ca. 72 dicens quod elemo
sina non est aliud quam opus misericordie
quam homo tenetur facere primo sibi ipsi sicut primo
tenetur seipsum diligere, de qua misericordia scriptum
est: Miserere anime tue placens deo
Eccl. 30. Vita tua debet esse deo placens
per gratiam que sibi est displicens per culpam. Opor
tet ergo hanc elemosinam tibi facias quod miserearis
anime tue peccatum odiendo et contritionem de
ipso faciendo. Sicut enim qui diligit peccatum
et iniquitatem odit animam suam, sic qui con
teritur odiendo ipsum diligit animam suam
et miseretur anime sue ac per hoc ipsum facit sibi
elemosinam que est opus misericordie. Talis ergo elemo
sina contritionis gratuita et caritativa perve
nit quod peccatum mortale dimittitur formaliter quia
sicut formaliter luce expellitur tenebre, ita con
tritione gratuita et displicentia caritativa ipsius
culpe expellitur peccatum et culpa. De ista est
elemosina quam homo sibi ipsi facit intelli
gitur illud verbum salvatoris secundum Aug.: Date elemo
sinam primo vobis ipsis s. peccatum odiendo et de
testando, et ecce omnia munda sunt vobis
quia expulso peccato per primam elemosinam quam
homo primo facit est mundus et deo gratus
et acceptus. Et de ista elemosina sunt intelligenda
supradicta que dixit angelus in fine habet
quod a morte et a mortali peccato liberat quod
est primum, et non patitur animam ire in te
nebras quod est secundum, et ipsa purgat peccata
quod est tertium, et facit invenire vitam eternam
quod est quartum. Cum igitur elemosina quam facit homo
proximo liberat hominem a pena mortis, possum
dicere quod liberat a peccato iam perpetrato per
satisfactionem, quia dato quod homo sit liber a pena
mortis per elemosinam quam facit sibi contritionem
et detestationem peccati habendo, non tamen liber est
a pena illius peccati secundum culpam. Ideo per elemosinam
quam facit proximo satisfacit pro illo, est
enim elemosina opus satisfactorium, liberat
a peccato futuro quodammodo disponendo quia per elemosinam
et alia bona opera disponitur homo ne

peccata remittat, et si remittit disponit ut
tamen relicta, adhoc quod homo sibi elemosinam
faciat et dimittat peccata inscindo tue sue
et sic possimus concludere quod per elemosinam qua fa-
cit homo sibi ipsi liberatur a peccato formaliter per disposi-
tionem et peccati contritionem sed per elemosinam qua ho-
mo facit proximo liberatur a peccato solum materialiter per dis-
positionem vel satisfactionem ¶ Ad x est dicendum quod
simpliciter ista questio est dubia propter hoc quia angeli
commendant elemosinam Cornelii infidelis.
Actuum x capitulo quod erat quidam vir in Cesarea
gentilium nomine Cornelius faciens elemosinas
multas in plebe huic ergo angelus domini apparuit
dicens sibi Corneli elemosine tue et orationes
tue in memoria in conspectu domini et nunc mit-
te viros et accerse Simonem qui vo-
catur Petrus hic dicet tibi quid te oporteat facere
et sic factum est. Item propter elemosinas quas faciebat
meruit baptisari a Petro et ad fidem pervenire
et tamen ad Romanos xiiii dicit quedam glosa quod to-
ta vita infidelium est peccatum. Dicendum est ergo quod
deus non sic ligat virtutem suam sacramentis quin
infideles distinguntur a fidelibus quod sine eis
possit hominem salvare. Cornelius ergo dato quod
non esset fidelis per sacramentorum regenerationem
quia erat gentilis et non baptisatus tamen erat fi-
delis fide sibi infusa a deo sine baptismo
credebat enim deum esse omnium creatorem sed ne-
sciebat deum esse incarnatum cuius cognitionem
fidei infudit sibi per baptismum et probat fidem
sibi infusam elemosine sue fuerunt deo grate
et accepte, et propterea meruit Petrum habere in
doctorem ut sacramentum gratie et ad credendum
illa que credenda erant instrueret licet enim
deus per se ipsum possit omnia facere et fidem
inspirare et potius docere et sacramenta regnare
non tamen facit per se ipsum totum sed operatur medi-
antibus ministris ecclesie et ista est solutio gloze
dicte. Ad quod Cornelius virtutes et elemosinas
pervenit ad fidem non autem per fidem pervenit
primum ad virtutes ¶ Ad xi est dicendum quod quo non
est dubia nisi quia illi qui sunt in purgatorio non
sunt amplius in statu merendi et aliud
in statu solvendi debitum. Primus ergo illi qui sunt
in purgatorio non sunt in statu merendi quia
nec ipsi amplius possunt mereri nec alii pro ipsis

sunt tamen in statu debiti solvendi quia tamen prius
absoluti a deo principaliter et ministro ecclesie
instrumentaliter a peccato mortali, illa absolutio in-
telligenda est quantum ad culpam sed penam eter-
nam debitam illi culpe talis absolutio non re-
mittit sed commutat in temporalem vel in penam
purgatoriam, que cum temporalis est in ipsa tamen
est finita, et quia elemosina et oratio et alia
suffragia ecclesie sunt opera satisfactoria
ad remissionem pene et absolutionem debiti
ideo fiant pro defunctis qui sunt in purgatorio et
suffragia fiant pro eis quod non solum a tan-
ta pena sed a tota pena absolvantur et totum
debitum eis dimittatur et ista est absolutio
beati Augustini in Enchiridion capitulo cxxxvi ubi
dicit quod elemosine facte pro defunctis pro valde bonis
sunt gratiarum actiones pro valde malis sunt in-
ventionum consolationes sed pro non valde bonis
nec pro valde malis sunt propiciationes ¶ Ad xii
est dicendum quod istam questionem Augustinus determinat Augustinus
in Enchiridion capitulo supradicto in principio ubi
dicit quod neque negandum est animas defunctorum
pietate suorum viventium relevari cum pro
eis vel sacrificium mediatoris offertur vel elemosine
fiunt et subdit, sed tamen defunctis prosunt qui dum
viverent meruerunt ut post mortem possent
ista prodesse si pro eis fierent non dicit quod me-
ruerunt illi qui fecerunt elemosinas sed quod me-
ruerunt illi qui defuncti sunt dum vixerunt in
corpore quod talibus prodessent si pro eis fierent pro eo
igitur quod a quibuscumque fiant elemosine sive sit
in peccato sive in gratia prosunt defunctis qui sunt in
purgatorio si pro eis et pro nomine eorum fiant
quia huiusmodi suffragia non habent efficaciam dimitten-
di penam ex merito illorum qui faciunt sed ex meri-
to illorum defunctorum qui cum caritate decesserunt
unde est quod si fiant ab illis qui sunt in gratia
prosunt tunc non solum defunctis pro quibus fiunt
ad solutionem debiti sed etiam prosunt ipsis facien-
tibus ad augmentum meriti et consecutionem pre-
mii quia omnia opera que fiunt ab illis qui
sunt in gratia meritoria sunt et remunera-
tione digna. Sequitur Capitulum vi. lectio prima

Et cum oratis non eritis sicut ypocrite qui
amant in synagogis et in angulis
platearum stantes orare ut videantur

ab hominibus. Amen dico vobis receperunt mercedem suam.
Tu autem cum oraveris intra in cubiculum tuum
et clauso hostio ora patrem tuum in abs
condito. Et pater tuus qui videt in abscondito
reddet tibi. Orantes autem nolite multum loqui
sicut ethnici. Putant enim quod in multiloquio suo
exaudiantur. Nolite ergo assimilari eis. Scit enim
pater vester quid opus sit vobis antequam petatis eum.
Postquam salvator noster in suo sermone ordinate
sue doctrine perfectionem, per spiritualium bonorum per
missionem et preceptis legis supplecionem et vanitatum
interdictionem, sicut predicta ut supra dicebatur, declaravit
eius doctrine perfectionem per morum debitam informa
cionem, videlicet autem quantum ad partes morum informa
cionis consistit in sex specialiter. Primo in oratio
nis devocione et attencione. Secundo in orationis
conformatione et debiti modi observatione. Tertio in
divitiarum et temporalium contemptione et abiec
tione. Quarto in animorum dilectione et unione. Et quinto
in divine prudentie speciali gubernatione.
Declarat ergo salvator perfectionem doctrine sue in
formationem morum quantum ad ista sex. Et ubi ergo
ergo vos orabitis. Et primo. Cum autem ieiunatis et
ubi nolite thesaurizare et ibi nemo potest et ibi
nolite ergo solliciti esse. Admittimus autem primo
quod est sciendum quod secundum Crisostomum quod sit quedam tri
butum quod debemus deo debemus temporalibus.
Sic oratio est quedam spirituale tributum quod anima
offert deo de visceribus suis, que quanto glo
riosior est tanto cautius est servanda, ne propter
homines sua vilescat deo. Ideo dicit salvator
Cum oratis non eritis sicut ypocrite. Et Crisostomus ypo
critas vocat quando dominus se fingit orare. Ho
mines circumspiciunt quem amant in synagogis
orare quod non est reprehendendum, dicit Crisostomus
sed ad propositum orantis, nam in cetu fidelium
orare laudabile est, dicente psalmista: in ecclesiis
dominum. Sed cum orantis mens solum aspicit do
minum qui in synagoga oret, tamen aput se in se cet
to videtur orare. Et in angulis platearum sta
tes orare ut videantur ab hominibus orantes
in angulis secundum Augustinum. Crisostomus duplicem volebat
laudem et quia orabat, et quia abscondite orabat.
Et quia ut Crisostomus dicit ubi homo sentit ibi me
tet, cum tales propter homines orent ab hominibus
mercedem recipiunt. Ideo addit amen dico vobis

receperunt mercedem suam. Quo autem orandum sit
subdit. Tu autem cum oraveris intra cubiculum tuum
et clauso hostio ora patrem tuum in abscondito ut nul
lus sit ibi secundum Crisostomum nisi ille qui orat. Et
homo quod ille orat deus et testis oranti gra
vat, non adiuvat. Vel secundum Augustinum per cubicula
interiora intelligenda sunt corda, de quibus dicitur
que dicitis in cordibus vestris et in cubilibus
vestris compungimini. Et sic si oras pater tuus
qui videt in abscondito reddet tibi. Non dixit ut Crisostomus
dicit, dabit tibi gratis, sed reddet tibi, quia debi
torem se ipsum tibi constituit. Et sic tota
est vitanda vana gloria, ita vitanda loquacitas
superflua et vana cum orantes autem multum no
lite loqui sicut ethnici, id est gentiles faciunt
secundum Augustinum. Omne multiloquium a gentilibus
venit qui exercende lingue potius quam mundande
anime operam dabant et hec multiloquii ad deum
flectendum transferre conabantur. Putant enim
quod in multiloquio suo exaudiantur. Et sicut dubio
initia erit eis secundum glossam aliorum multipli
citas propter demones quos ipsi colebant, qui
nescivissent quod ipsi peterent nisi eorum verbis
instruerentur. Et quia non sit orandus est deus ut
doceas
eum sed ut sibi familiaris efficiatur totum
est et ut sibi familiaris efficiatur sed de simi
litate impetrationis et remuneratione propter
ritus tuos, sed ait nolite ergo assimilari eis.
Quia scit pater vester quid opus sit vobis antequam
petatis eum. Et hic possunt esse sex dubitationes.
Primum videlicet ad petendum aliquid deo sit necessaria oratio.
Secundum videlicet orandum sit in publico vel in secreto. Tertium
videlicet orandum sit mente vel voce. Quartum utrum
determinate sit in oratione petendum vel relinquendum
divine voluntati. Quintum videlicet in oratione sit
multum loquendum vel parum. Sextum videlicet sit orandum
stando recto vel genu flexo. Ad primum dicendum
quod Augustinus ista dubia movet in libro
de sermone domini in monte et in epistola ad probam dicens quod si deus
scit omnia antequam petamus, ad quid nobis ne
cessaria oratio ut sibi aliquid petamus. Ad quod
sic videlicet Augustinus in libro de sermone domini: quod oratio nobis
est necessaria quia orationis intentio cor nostrum
renovat et purgat et capacius efficit ad
recipiendum munera divina que spiritualia
nobis ad deum infunduntur. Nam verum est quod deus
semper est paratus nobis dare suam lucem

sed a vana gloria ubique cuivis bono est maxime autem in oratione.

ut laude hominum. Dicitur autem sua non dei quia simulatores et callidi provocant iram dei. Item glossa

Non solum merces ... sua ... recipiendum sed etiam ... simulationis et ... omnis ... contra deum. Augustinus

// faciunt

// coram

In ecclesiis

Qui ergo sic orat ut ab hominibus videatur non deum aspicit sed homines, et ideo quantum ad propositum in synagoga orat

net nos exaudit per ambicionem maris preciu
sed nos non semper parati sumus recipere cum nichi
nemur maliciis et rerum temporalium cupiditate tenea
mur. Oracio igitur sit conversio mentis in deum et
purgacio interioris oculi et actualis intencio
in deum qui semper est paratus dare si nos sumus
parati recipere. Secundum Augustinum in epistola ad probam hanc
solucionem confirmans ait quod deus oracionem
vult sibi nostram voluntatem non innotescere
quam non potest ignorare sed vult nostrum desiderium
in oracionibus exerceri quo possimus capere quod ipse
vult dare. Nota secundo debemus precauere nos
esse narratores cum oramus et deo preces ef
fundimus ut sibi narremus quod ipse igno
ret cum ipse sciat omnia antequam petamus. Sed de
bemus esse rogatores ut precibus nostris sibi fa
miliares effecti nobis largiatur que ipse cognoscit
et vult nobis dare. Nam aliud est narrare a
liquid ignoranti et aliud est petere scienti. Oracio
igitur non narramus aliquid deo tamquam ignoranti
sed petimus ab eo tamquam sciente. Ad decimum est di
cendum quod oracio communis que fit in persona omnium fidelium
et totius ecclesie sicut dicta est in publico loco et in pu
blica voce et racione ministrorum qui orant et
racione fidelium in persona quorum orant. Nam ministri
ecclesie non orant pro se ipsis solummodo pro
omnibus fidelibus dicente apostolo ad hebreos v° Omnis
pontifex ex hominibus assumptus pro hominibus constituitur
in hiis que sunt ad deum. Unde sic pro omnibus orat
sic deum orare et tali loco ut ab omnibus pos
sit vidi et audiri. Propter quod super illo verbo ps. In
ecclesiis benedicite dominum dicit glosa Augustini quod
hic est verum deum in persona ministri ecclesie loquitur
deo in ecclesiis benedicite deo et si dicat fidelibus tuis
quos vocasti benediccionem tuam non occultam ut
prime benediccionis ab eis quos nostro exemplo et
oracione doctrina informari voluisti. Propter quod no
bis in persona tuus oratur dicis esse clemens oracionem
fieri in communi loco quia per hoc excitatur multum affectus
audiencium et orancium cum audiuntur voces ministrorum
ecclesie cantancium et psallencium in psalmis et in
ympnis. Unde dicit Augustinus x° confessionum loquens
deo voces ecclesie tue suave personantis in ym
nis et canticis influebant auribus meis et
eliquabatur veritas tua in corde meo et effluebant
lacrime et bene michi erat cum eis. Et secundum quod idem
Augustinus dicit ad probam tanto oracionem sequitur dig
nior effectus quanto precedit ferventior affectus.

Oracio in singulari persona potest fieri in secreto et pu
blico loco dum tamen intencio orantis sic feratur
in deum et propter deum. Ad undecimum est dicendum quod oracio
privata singularis persone tucius et convenientius
est quod fiat silenter in mente quam voce clamosa
sicut exponitur in suo tractatu de oracione propter
tres raciones. Prima quia deus voce clamosa
non est pulsandus sed consciencia recta placandus
cum ipse sit cordis auditor. Secunda quia secretas
peticiones non oportet alterum scire nisi deum.
Tercia quia clamose orans alium iuxta se ponite
non permittit orare. Quarta ut ipsos demones
nostros inimicos qui nobis orantibus semper insi
diantur lateat nostre peticionis intencio. Unde le
gimus primo Regum primo de illa sancta Anna matre Sa
muelis quod loquebatur deo in corde suo tantumque
labia eius movebantur et vox penitus non
audiebatur. Ad duodecimum est dicendum quod quantum ad solucionem da
tam hic quod quedam sunt bona quibus possumus
bene et male uti sicut bona corporalia et temporalia
et talia non debemus determinate petere sed sub
condicione ut si nobis debeant prodesse ad eo
rum salutem et quod debeamus eis uti virtuose
ad laudem dei deus ipsa nobis concedat. Aliud
non est. Quedam sunt bona spiritualia quibus male
uti non possumus sicut omnia bona virtuosa
et talia determinate debemus a deo petere
secundum Augustinum ad probam pertractans illud verbum apostoli
ad Romanos viii° Quid oremus nescimus sicut oportet
expresse dicit quod eciam bona spiritualia dato quod
sint bona non possumus male uti formaliter
nescimus tamen utrum nobis expediant quia forte
nobis sunt materia superbiendi. Nam spinare continue
tam absque omni stimulo carnis bonum quidem
erat et tamen inglorabat apostolus quod michi stimulo
vitus eius proficiebatur. Quia igitur in omnibus bonis
que oramus nescimus sicut oportet utrum nobis ex
pediant illa que petimus et sint nobis pro
ficua. Ideo dicendum quod in omnibus que petimus
iuxta apostoli documentum petere spiritus sancti auxilium ut
ipse ingemiscentibus et oracionibus faciat nos pe
tere que nobis expediant et placita sint
dei voluntati ut non debemus esse propria voluntate
voluntate sed ex toto debemus nos committere
dei beneplacito. Nam secundum Augustinum apostolus non igno
rabat que in domini oracione continebantur
ubi inter alia continetur sed libera nos a malo
et tamen nesciebat quod liberari ab illo salutis
malo quo angelus sathane colaphizabat

ipsum non expediebat sibi committendum est
ergo totum votum nostrum deo et ipse in nichil nobis
evenire permittet quod nobis noceat. Et
hoc est quod Augustinus dicit 1° libro Soliloquiorum: Ita
finem constituit deo crede ei quantum totum te com-
mitte quantum potes, et noli velle esse quasi proprius
et iuris potestate sed illius clementissimi et uti-
lissimi dei te servum profitere: ita enim te
ad se sublevare non desinet, nichilque eve-
nire permittet quod tibi non prosit etiam
si nesciat. Solus ergo deus in oratione petendus
est qui visione sua et fruitione nos frus-
trari non permittet, sed media quibus nos ad se
deducat in sua voluntate relinquenda sunt.
Hinc similiter satis est conforme dictum Socratis
philosophi qui ut Valerius recitat nichil ultra
a diis immortalibus arbitrabatur esse petendum nisi
ut bona tribuerent, quia iudicabat illos melius
scire quid unicuique expediebat quam homines
ipsi sciret petere. Ad 7m est dicendum quod secundum
Crisostomum in oratione non est multum loquendum multi-
tudine petitorum, quia non debemus multa et
curiosa petere, puta potentatum et gloriam
secularem, inimicos superare et habundantiam divi-
tiarum est; tamen multum loquendum diuturnitate temporis
quia dicit apostolus: oportet semper sine intermissione
orare. Non igitur prohibet salvator secundum Augustinum mul-
tum esse in oratione per diuturnam perseverantiam
temporis, sed prohibet multum loqui per multiloquium verborum
eorum que petuntur. [illegible] non est petendum quod deus
misereatur nobis et largiatur quod nobis novit
fore expediens. Unde legitur in vitis patrum quod
sciti fuisse a sancto Machario per modum
esse orandum, ad quod sic respondit: non est opus
orantem multa superflua verba, sed corde compuncto
dicere: deus, auxiliare nobis secundum voluntatem tuam, ipse enim
novit que nobis expediunt. Et hoc ulterius exponit
Augustinus in epistola ad Probam quod aliud est loqui in corde
et aliud multum precari. Nam multum loqui est
in orando necessariam rem superfluis agere verbis,
sed multum precari est eum quem precamur diuturna
et pia cordis excitatione pulsare. Et ple-
runque hoc negotium plus gemitibus quam sermo-
nibus agitur, plus affectu quam affatu, quia dicit psalmista:
ipse dominus meus ponit omnem intentionem suo et
gemitus abs te non est absconditus. Prohibetur
secundum Augustinum salvator noster in oratione multam locu-
tionem, non prohibet multam precationem super una et
eadem re possimus deum precari diuturna affec-
tione sicut in multiloquio, quia in oratione ipsius sal-
vatoris dicitur ut ait Augustinus non fuit sermo multus
sed bene fuit diuturnus affectus, quia scriptum est quod
pernoctavit in oratione, et quod prolixius orabat.
Recitat etiam ibi Augustinus quod fratres qui erant in
Egipto crebras habere et diurnas faciebant
orationes, eas tamen brevissimas raptim et
quodammodo iaculatas, ne fervens intentio
que in oratione est necessaria evanesceret. Ad 8m
secundum est dicendum quod secundum Crisostomum orans in nostro deo
facere quod aspiciant homines, vel clamando
vel pectus percutiendo vel manus expandendo,
sunt in oratione precipue duo vitia vitanda:
primo inanis gloria, ne per illud quod exterius osten-
dit intus a mercede orans evacuetur, et
secundo modus et actus in oratione vitandi per
quos orans humanam laudem et inanem
gloriam possit effugere et superbia. Et sic ma-
gis est orandum genuflexo quam stando, quia
orando genuflexo est signum maioris humiliationis
prostrationis et humiliationis quam orare stando.
Unde super illo verbo Luce: positis genibus
oravit, Gregorius dicit quod humanus usus ha-
bet parvos terre supplicare maioribus, facta
ondente maiores qui rogantur quam qui
rogant, et quia planum est humana natura deo
nichil hic condignum, ideo ille qui languores no-
stros portavit ac pro nobis intercessit [illegible]
humanam naturam quam suscipere dignatus est
genuflexit orando, faciens exemplum orationis non
esse superbiendum sed per omnia humilitati confor-
mandum. Propter quod ille phariseus qui stans ora-
bat adeo reprobatus est quia in modo et habitu
orandi superbiam ostendit, et dato quod publicanus
stando oraret similiter, quia mos erat iudeorum
stando orare, sorte quia stantes iuxta montem
Synay legem receperunt sic dicitur Exodo [illegible]
prostratum tamen habebat affectum, quia ut dicit Crisostomus
in lingua publicanum erat positum tamen humilitate,
in lingua non phariseus erat [illegible] tamen superbia et tamen
lingua peccati cum humilitate superavit lingua iustitie non
pondus verborum sed ratione humilitatis committe. Unde legitur
[illegible] quod Salomon completo templo
domini orans prope utrumque genu intraverat flexe-
rat et manus expanderat ad celum et tanto
magis deum orans ut impetrare tanto
magis humilitatis signum dat in oratione monstra-
re. Unde super illo verbo [illegible] positis, alibi

genibus, dicit glosa quod beatus Stephanus pro se orando stando, sed pro suis persecutoribus orat positis genibus, quia quorum erat iniquitas maior maius remedium supplicandi postulabat.

Sic ergo vos orabitis. Exposita Luce xi modorum informacione quantum ad orationis devocionem, in parte ista ut supra dictum est docet informacionem modorum quantum ad ipsius orationis formacionem. Et primo explicat formam orationis, secundo explicat vii peticiones in hac oratione positas in speciali, ibi Pater noster. In primo intelligendum primo quod est sciendum quod sicut scribit Luce xi discipuli videntes eum orare in quodam loco dixerunt ad eum: Domine doce nos orare, sicut Iohannes baptista docuit suos discipulos. Non quidem ut glosa dicit quod apostoli ignorarent in libris orationes in veteri testamento esse scriptas, sed quia novam consecracionem et promissionem viderunt, ideo novam formam orationis postulaverunt. Et ne repulsam paterentur de eorum peticione, Iohannem Baptistam inducunt in exemplum. Audiens Salvator eorum peticionem ait: Sic ergo orabitis vos, id est formam scilicet quam infra vobis explicabo. Sed ad noticiam et pleniorem eorum que particulariter dicenda sunt in hac dominica oratione primo esse quinque dubia. Primum utrum ista oratio sit excellencior omni alia. Secundo utrum in hac oratione contineantur solum septem peticiones. Tercio utrum liceat oranti alia petere preter illa que petuntur in hac oratione. Quarto utrum vii peticionibus que hic ponuntur correspondeant vii dona spiritus sancti. Quinto utrum istis vii donis correspondeant vii beatitudines supra notate. Circa primum dicit quod sanctus Damascenus 3o libro c. xxiiii oratio est peticio decencium a deo, que peticio quinque debet habere. Primo propter eius a quo petit auctoritatem, sed non enim petentem negligenter reprehendit, quia de bonitate eius immo et auctoritate dubitat. Secundo propter eius quod petit honestatem. Petimus enim aliquando et non accipimus eo quod male et inhoneste petimus, ut dicitur Iacobi iiii. Tercio propter modi petendi ordinis congruitatem, ut dicit Salvator: petamus primo regnum dei et iusticiam eius et hec omnia temporalia nobis adicientur. Quarto propter ipsius modo petere continuitatem, quia oportet semper orare et petere et non deficere. Quinto propter orantis humilitatem, quia oratio humiliantis se nubes penetrat. Decet ergo oratio ista

mica questionem tamen illa non enim habet ama
ritudinem conversacio illius nec tedium convictus
eius sed leticiam et gaudium ut dicit Sapiencia .8.
Si per apostolos se recepit declaracionem. et quia
a illorum refeccionem illa .ii. que occulte et
parabolice erant dicta apostolis fuerunt clare
reserata. Quantum ergo ad hereticorum corrupcionem
salvator ipse posuit parabolam de bono
semine seminato et demum in eo super se
minata zizaniam quia sic zizanie et lo
lium ut dicitur alio nomine corrumpit et suffo
cat semen seminatum sic sermo hereticorum
mentes simplicium corrumpit. Quantum vero
ad fidelium augmentacionem ponit pa
rabolam de grano sinapis quod quidem

minimum est inter omnibus seminibus postmodum autem
crevit fit maius omnibus oleribus ita quod vo
lucres celi habitent sub ramis eius sic verbum
fidei sane in principio quidem minimum visum
est in omnibus verbis sciencia humanis et appa
contemptibilia que de deo filio intrabat
ut mortuum sepultum crucifixum et propter hoc quod
multi sibi contradicebant sed postmodum sic crevit
quod factum est maius omnibus dogmatibus philosophorum
ita ut reges mundi et philosophi gencium qui per
astra celi volare videbantur acumine intel
lectus habitent in ramis eius captivantes omne
intellectum in obsequium christi. Quantum vero ad divine sa
piencie quietem et delectacionem ponit parabolam
de fermento accepto et abscondito in tribus satis
farine. Aliter ut habetur in libro. mulierem divina sa
piencia intelligamus que accepit fermentum quia
mens qua inhabitet quiescere et fervescere fa
divino amore quem amorem abscondit in tribus
satis farine. quia facit diligere deum ex toto corde
ex tota anima et ex tota mente in modo mensurato
et ordinato. ¶ Est enim satum genus mensure vini
et dimidium modium capiens et secundum hunc sensum exponit
Augustinus sed quantum ad apostolorum declaracionem quod christus
in parabolis fuerat locutus turbis eo quod sic per
dictum erat per prophetam. ¶ Aperiam in parabolis os
meum. loquar proposicionem absconsas ab inicio parabolam
de zizania que magis erat obscura apostolis
christus voluit reserare. dicens quod seminator erat
ipse christus filius hominis. ager erat mundus
bonum semen erat filii regni per caritatem zizania
malum semen erat heretici et filii nequam. Inimicus autem
diabolus. messis consummacio seculi. messores vero
angeli. ita zizania erat heretica et filii nequam
quod in consummacione seculi tribuent angeli sicut messores
et separabunt malos de medio iustorum et tolli
gent de regno christi et de tota ecclesia ista
militanti in qua christus regnat per fidem cre
dencium omnia scandala. omnis homines ma
los et hereticos et tamquam zizania mittent
eos in caminum ignis ardentis ubi fletus et
stridor dencium erit. Sed iusti fulgebunt sicut
sol in regno patris eorum. ¶ Hic possunt esse
.4. dubitaciones. ¶ Prima. hereticorum utrum solum de
beant dici zizania. ¶ Secunda utrum heretici sint ab
ecclesia expellendi et comburendi in presenti
vita. ¶ Tercia utrum demon possit hominem dor
mientem temptare. ¶ Quarta utrum possit homini fal
sitatem et errorem inspirare. ¶ Quinta utrum demon

possit corpus hominis ad pollucionem et corrupcionem provocare ¶ Ad primum est dicendum quod hanc dubitacionem movet aug. in li. de questionibus evangeliorum .xx. ubi ponit differentiam inter malum catholicum et hereticum et scismaticum quia malus catholicus veram fidem habet et vera credit tamen non vivit secundum ea que credit / hereticus non est qui falsa de deo credit vel de aliqua parte scripture eius que ad fidei edificacionem pertinet non contemptus inrogatione in eodem se credent sed suo errore adversa opinione pertinaciter discordans Scismaticus est omnem et si non corpore saltem animo contra ecclesiam est / sed ille scismaticus est qui sua dictamina et opinio sic perius est sic defendere si sunt probata vel obiecta ut cogitet contenciones seggregantes et pertinacias ecclesie facere Sed igitur malum catholicum secundum aug. facit morum et vite pravitas Sed hereticum facit fidei diversitas Sed scismaticum facit disrupta societas et inter istos soli heretici dicunt dici zizania que cum frumento non habent communem fidem cum catholicis veris. dicuntur tamen mali catholici vera credentes et non ut credunt viventes dici palea et scismatici aliste quia arista et palea communem radicem habent cum frumento ¶ Ad secundum est dicendum quod heretici sunt tripliciter considerari primo quantum ad fidem quam corrumpit et sic statim cum est compertum aliquis fidem corrumpere deberent et possunt iuste ad mortem dampnari multo magis quam falsificantes pecuniam vel bullam pape / secundo quantum ad ecclesiam a qua se dividit et sic ecclesia semper eos recipit ad vitam spiritualem consequendam quia nunquam relapsis denegat penitentiam non tamen eos semper recipit ad vitam temporalem consequendam / quia post primam et secundam monicionem si non se corrigunt vitat eos per excommunicacionem et eradicacionem sic probatur .xx. q. v. nam excommunicatur aliquis ut dicente apostolo separatur a corpore ecclesie spiritus eius salvus fiat si eradicatur cum per mortem eam separatur a corpore naturali ¶ Tertio quantum ad alios fideles quos inficiunt et sic si heretici et sunt notorii et pertinaces ac convicti et postmodum relapsi ecclesia non compatitur eos crescere usque ad messem et usque ad diem iudicii quia illa .n. compassio secundum aug. intelligenda est de hereticis occultis quos ecclesia tollerat vel de hereticis quos volendo eradicare magnum periculum imminet ecclesie quia forte propter eorum principatum et potenciam non potest eos eradicare sine tristicia et sine fidelibus sibi adiunctis Sed notorios hereticos ecclesia non compatitur usque ad messem propter periculum ne aliquos corrumpat et inficiat Nam ut dicit Jeronimus et habetur .xxiiij. q. iij. Arrius una scintilla fuit in alexandria et quia non statim fuit oppressus eius flamma totum orbem depopulavit et ideo ut ibi dicitur statim secande sunt putride carnes et scabiosa ovis a caulis repellenda ne tota domus corrumpatur putrescat et intereat ¶ Ad tertium dicendum est quod hec dubitacio unum querit et unum implicat. querit .n. an demones dormientes possint temptare sed implicat an talis temptacio sit meritoria vel demeritoria ¶ Quod ergo dyabolus temptet dormientes et possit temptare auctoritate et racione potest ostendi Auctoritate .n. Apoc. 12. proiectus est dyabolus accusator fratrum qui accusabat fratres nostros ante deum die ac nocte Super quo verbo dicit glossa quod officium dyaboli est fratres accusabiles facere peccatum die ac nocte primo scilicet vigilantes dyabolus fortius temptat dormiendo quam vigilando ut dicit quedam glossa super i. Job terrebis me per sompnia tua / id est tali imaginacione et cogitacione hominis vel est fantasia vel non. si non fantasia ut dicit po de anima quia inquit .n. corporis in se ipso quod non intelligit .n. cogitat nisi illa quorum similitudines et fantasias apud se retinet Sed dyabolus potest similitudines et fantasmata relinquere et presentare dormientibus putare ergo potest illa eis putativa potest eos temptare quia ea illa affingunt ? ¶ Quod vero id quod implicat facile solvitur

quia nutum et denutum non potest esse sine
actu voluntatis. si ergo voluntas placens
bona et perfecta precessit, vel sequitur sop-
ma. Ut quod ante sompnium homo vo
luerit pro deo pati adversa et delectari in
vituperiis et mandatis eius et tristari de
omni malo, sic postmodum homo in somp-
nio puniatur vel tristetur seu delectetur
meritorium potest esse racione voluntatis pre-
cedentis vel subsequentis. et sic est dicendum
de mala et turpi voluntate. quia si homo
sompniat aliqua turpia et mala et de-
lectetur de peccatis et tristetur de bonis de-
meritorium est tale sompnium propter malam
voluntatem precedentem vel subsequentem.
Ad quartam est dicendum quod istam du-
bitacionem determinat augustinus in multis
locis sacre scripture. Primo super illo u-
bo Johannis viij. diabolus mendax est et
pater eius. quia cum loquitur mendacium
ex propriis loquitur. dicens quod cum homo
mentitur et fallit non est pater ipsius
mendacii vel erroris quia mendacium
vel errorem ab alio recepit puta dy-
abolo suggerente et fallente. sed cum diabolus
mentitur pater mendacii dicitur eo quod menda-
cium et errorem a nullo recepit. sed ipse
omnibus suggerit et inspirat. Secundo
super illo libro iij regum ultimo. Egressus est
spiritus malus et stetit coram domino
dicens. Ego decipiam achab regem israel
quia egrediar et ero spiritus mendax
in ore omnium prophetarum pertractans enim
hec verba ait. Ex quo cum malignus spiritus
arripuit homines aut demoniacos aut
arrepticios aut falsos prophetas eos
facit. Tercio super illo libro actuum v.
Cur temptavit sathanas cor tuum
mentiri te spiritui sancto dicens quod sugg-
estione persuasione falsitate errore
hominum imitatur proprie convenit dyabolo

Ad quintam dicendum est quod sicut videmus
in vigilia sic arbitrari debemus operacione dy-
aboli posse fieri in sompno. nam nobis
vigilantibus occurrunt aliquando aliqua de-
lectabilia movencia ymaginem nostram
ut illam delectacionem apprehendat. qua appre-
hensa movetur sensitiva et eius motiva
motu excitatur caro et inflamatur, et sic
sequitur pollucio. Sed eundem ordinem
dyabolus potest operari homine dormiente
quia appetibilia prius visa et audita vir-
tuti ymaginative potest proponere quibus
sibi propositis et presentatis ymaginacio delectaci-
onem circa illa que delectabilia apprehendit et movet
sensitivam et eius motione excitatur caro
et sequitur pollucio. et siquidem vigilando
circa illa appetibilia et delectabilia presentata
fuit turpis cogitacio et inordinata affectio
talis pollucio non est sine peccato. Sine vero
ingenium ad hunc progressum sine peccato est.

Simile est regnum celorum. Lectio tria
thesauro abscondito in agro. quem
qui homo invenit abscondit. Et pre gaudio
illius vadit et vendit universa que habet
et emit agrum illum. Iterum simile est
regnum celorum homini negociatori querenti
bonas margaritas. Inventa autem u-
na preciosa margarita abiit et vendidit
universa que habuit et emit eam. Iterum
simile est regnum celorum sagene misse
in mare, et ex omni genere piscium congreganti.
Quam cum impleta esset educentes et secus
littus sedentes. Elegerunt bonos in vasa
sua malos autem foras miserunt. Sic
erit in consummacione seculi. Exibunt an-
geli et separabunt malos de medio iustorum
et mittent eos in caminum ignis. Ibi erit
fletus et stridor dencium. Intellexistis
hec omnia. Dicunt ei. Etiam. Ait illis
Ideo omnis scriba doctus in regno ce-
lorum similis est homini patrifamilias qui
profert de thesauro suo nova et vetera
Et factum est cum consummasset ihesus pa-
rabolas istas, transiit inde. Et veniens
in patriam suam docebat eos in sina-

gogis eorum. Ita ut mirarentur et dicerent
Unde huic sapientia hec et virtutes. Nonne
hic est fabri filius. Nonne mater eius
dicitur maria. et fratres eius ioseph Ia
cobus et simon et Iudas. et sorores eius
nonne omnes apud nos sunt. Unde ergo
huic omnia ista. Et scandalizabantur
in eo. Ihesus autem dixit eis. Non est
propheta sine honore nisi in patria sua
et in domo sua. Et non fecit ibi multas
virtutes propter incredulitatem eorum
¶ Posita igitur xpi instructione quantum ad
diuinam sermocinationem et quantum ad heretico-
rum huiusmodi corruptionem vitationem
In parte ista ut supra dicebatur ponitur
xpi instructio quantum ad sacre scripture thesauro
assimilate comparatione et emptione Ad cuius
intellectum est sciendum quod sacra scriptura ex-
cedit omnes alias doctrinas in quatuor spe-
cialiter prerogatiuas ¶ Primo in utilitate
quia est thesaurus datus hominibus quo
qui utuntur sunt participes amicicie dei
per ipsam enim nobis amicum deum possumus
facere et celeste regnum comparare. Secun-
do in nobilitate est enim ipsa nobilior et
preciosior cunctis opibus et omni lapide precioso
et omnia que desiderantur huic non valent
comparari ¶ Tercio in communitate quia
ipsa omnes capit et omnes recipit iudeos
et grecos bonos et malos seruos et liberos
masculos et feminas nullus namque est qui
inde non instruatur et pascatur. ¶ Quarto
in humilitate quia a superbis elatis inuidio-
sis et presumptuosis absconditur et nescitur
ab eis unde sit et quid sit. humilibus autem
panditur declaratur et manifestatur quantum
ergo ad eius humilitatem dicit saluator
Simile est regnum celorum thesauro abscondito in agro
idest in xpo quia in eo dicente apostolo sunt
omnes thesauri sancti absconditi vel
celeste desiderium absconditum in agro
et in corde sancti viri quod pro tanto abscondi-
tur quia ab humana laude separatur et occul-
tatur depredari enim desiderat qui thesaurum
in via publice portat secundum Gregorium

vel ipsam virginitatem et corporis continentiam
qui in agro absconditur quia dicente
apostolo In vasis fictilibus et corporibus fragilibus
portatur. quantum vero ad eius utilitatem
dicit iterum Simile est regnum celorum homini
negociatori querenti bonas margaritas et inue-
ta una nobiliori et preciosiori ceteris. uen-
didit omnia et emit eam ut per talem mar-
garitam unam inuentam intelligamus
vel ipsam sacram scripturam que est no-
bilior omnibus aliis scienciis et doctrinis
intellectualibus. vel ipsam caritatem que
est nobilior omnibus virtutibus moralibus
vel virginem mariam que dignior
fuit omnibus virginibus. Quantum autem
ad eius communitatem dicit quod ¶ Iterum
simile est regnum celorum sagene misse
in mare et ex omni genere piscium congre-
ganti Talis enim sagena regni celorum
fuit predicatio euangelica piscatores fu-
erunt apostoli impleta fuit hec sagena
in ecclesia primitiua quando in omnem terram
exiuit sonus eorum. separantes vero bo-
nos pisces a malis in fine mundi erunt
angeli sed quantum ad eius humilitatem
dicit xpus veniens in nazareth et in propria
patria paucas virtutes ibi fecit propter
incredulitatem eorum quia dicebant
Unde huic sapientia. Nonne hic fabri filius
est nonne mater eius et fratres sunt apud
nos talis enim admiratio ex superbia
et infidelitate procedebat ideo scire non me-
rebantur. Unde xpo mirauit sapientia apostoli
autem quia humiles et fideles erant
non sic interrogabant sed dicebant nunc
scimus quia scis omnia et non est opus
ut quis te interroget ex hoc scimus quia
a deo exiisti et ideo xpus dixit eis quod
nemo propheta acceptus est in patria
sua et quia parabolice xpus locutus
fuit et ideo quesiuit ab apostolis an predictas
parabolas intellexissent quibus
respondentibus quod sic conclusit quod ideo omnis
scriba doctus in regno celorum idest in
hac ecclesia militanti similis erit pa-

familias qui profert de thesauro nova
et vetera ¶ Sed hic possunt esse quatuor
dubitationes ¶ Prima utrum sacra scrip
tura sit thesaurus absconditus ¶ Secun
da utrum sciencia possit vendi vel emi
sine peccato ¶ Tercia utrum solum sciens
novum et vetus testamentum debeat scriba
doctus in regno celorum ¶ Quarta utrum
nemo propheta sit acceptus in patria sua
¶ Ad primam est dicendum quod tam sacre
scripture predicacio quam donorum supnorum
contemplacio et virginitatis consiliacio
possunt dici thesaurus absconditus in
ventus et emptus. Nam dicitur thesaurus
propter preciositatem. est enim preciosior cunc
tis omnibus opibus et omnia que deside
rantur non valent ei comparari. Dicitur
inventus propter utilitatem quia qui talia
invenit invenit vitam et hauriet salu
tem a domino. Dicitur absconsus propter
securitatem. quia enim rex ezechias non
abscondit thesauros suos servis regis ba
bilonis ideo eos perdidit ut scribitur ysa.
28. Sic et qui non abscondit virtutes
supradictas a vana gloria et ab aliis quorum
diabolus est princeps amittet ipsas. sed
dicitur emptus propter necessitatem. sine enim pre
dictis virtutibus homo nudus est et cecus
et claudus. sed vestitus eis potest appa
rere coram sponso celestis regni. nam per
sacre scripture cognicionem homo vesti
tur ut nudus non appareat coram proximo
Sed per virginitatis conservacionem homo
vestitur ut nudus non appareat in se
ipso. Unde Apoc. iii°. suadetur cuilibet
homini sic nudo emere aurum ignitum pro
batum ut non appareat confusio nu
ditatis eius ¶ Ad secundam est dicendum
quod sacram scripturam emi vel vendi pos
se tripliciter potest intelligi ¶ Primo temporalis
lucri cupiditate ¶ Secundo contemplacionis
securitate ¶ Tercio vite gubernande
necessitate ¶ Prima igitur empcio vel
vendicio est mala et prohibita. scribit
enim prima causa questionis prima. Ex malis

non boni prophete prophecias vendebant sicut
fuit Balaam et multi alii qui cupiditate
et mercede temporalis lucri prophetabant et divi
nabant. et extra de magistris mandatur expres
se ne pro licencia docendi vel addiscendi si
mgri aliquid exigant. omnes enim tales
docentes vel predicantes principaliter propter
cupiditatem temporalis comodi. secundum quod
dicit beatus petrus secunda sua canonica. habentes
cor exercitatum avaricia et tamquam maledic
cionis filii delinquunt viam rectam et secunti
viam Balaam qui mercedem iniquitatis
amavit. cuius subiugale mu
tum vel eius homines voce loquens prohibuit
prophete insipienciam et sue insanie cor
rupcionem accepit ¶ Secunda vero emp
cio vel vendicio est bona et meritoria quia
secundum Iohannem ille emit thesaurum sacre scrip
ture qui comparat sibi eam in tue totam
placacionis per vendicionem temporalium rerum modo
quo dicebat apostolus. Et omnia arbitratus sum
ut stercora ut christum lucrifaciam. Unde et
multi philosophi ut socrates et plato temporalia con
tempserunt propter earum emendum sciam. seden
do namque et quiescendo anima fit sciens
et prudens. Unde iuvenes non bene possunt
addiscere quamdiu in passionibus et motionibus
non sunt quietati ¶ Sed tercia empcio
vel vendicio est licita et permissa quia pro
sumptibus necessariis ad vitam permissum
est doctoribus et predicatoribus aliquid accipe
re tamquam stipendium laboris non sicut pre
mium remuneracionis ¶ Ad terciam est dicendum
quod questio est dubia pro tanto. quia si solum
scientem novum et vetus testamentum in
telligamus scribam doctum in regno celorum
vel in hac ecclesia militanti. tunc negamus
abraam scribam doctum fuisse. si novi
et veteris testamenti facta novit et credi
dit eo quod secundum Augustinum una fuit fides
antiquorum et modernorum. verba tamen
predictorum testamentorum non noverat. cum
vetus testamentum incepit a moise et
novum a christo. nec ipsum moisen scribam

doctum possumus nominare quia si vetus testamentum edocuit novum tamen non protulit. Ad hoc videtur Hilarius dicens quod scribas doctos in regno celorum apostolos xpi significare voluit qui sunt quidam notarii salvatoris dicta et facta xpi describentes et corde retinentes et sensum legis et prophetarum ab ipso xpo accipientes quia aperuit eis sensum ut intelligerent scripturas. Crisostomus vero ait: Ego per scribam doctum scientem novum et vetus testamentum debemus intelligere predicantem vetustatem eterni supplicii et novitatem eterni gaudii, et sic moyses et abraham sunt docti quia hec intellexerunt. ¶ Ad quartum dicendum quod aliud est querere quid debeat esse de iure et ordine recte caritatis et aliud est querere quid sit de facto et consuetudine humane pravitatis. Nam de iure et ordine caritatis sicut magis debemus diligere domesticos et propinquos ita magis debemus honorare eos presertim cum david filius agricole fuit, et super omnes tamen regali et prophetali dignitate fuit a deo honoratus et quanto ex viliori parente quis trahit originem tanto cum virtutibus pollet et doctrina fulget magis est honorandus secundum quod dicit Crisostomus. Sed si queritur quid sit de facto et de consuetudine humane pravitatis dicendum quod triplex est causa quare nemo propheta acceptus est in patria sua. Prima est conversatio que in pluribus parit contemptum et maxime quando quis ab ipsis cunabulis conversatur cum aliis quando postmodum est adultus et in prelatum prefertur contempnitur ab eis quia sic volunt conversari cum eo tempore prelationis sicut tempore iuvenilis conversationis. Unde iudei cum dicerent xpo quanta audivimus de te facta in capharnaum fac et hic in patria tua audierunt nemo propheta acceptus est in patria sua. ¶ Secunda causa est parentele cognitio quia quando scitur quod vilis parentele est et cognatio eius oritur indignantur compatriote tali honorem et reverentiam exhibere ex qua causa iudei de propria patria dicebant de xpo: Nonne hic est filius fabri et mater et fratres et sorores eius sunt apud nos. Verumtamen secundum augustinum ipse erat filius illius fabri qui fabricatus est auroram et solem et qui arcam disposuit moysi et tabernaculum ordinavit et arcam testamenti instituit. ¶ Tertia causa est induratio emulationis invidia autem dicit philosophus secundo rethorice propinquis loco et tempore et etate magis invidemus. Et Remigius dicit super hunc passum quia naturale est cives civibus invidere semper quia non considerant presentia virilia opera sed fragilia recordantur infantie quasi non ipsi per eosdem etatem gradus ad maturam etatem venerunt. C. xiiii.

In illo tempore audivit herodes tetrarcha famam ihesu. Et ait pueris suis: Hic est iohannes baptista ipse surrexit a mortuis et ideo virtutes operantur in eo. Herodes enim tenuit iohannem et alligavit eum et posuit eum in carcerem propter herodiadem uxorem fratris sui. Dicebat enim illi iohannes: Non licet tibi habere eam. Et volens eum occidere timuit populum quia sicut prophetam eum habebant. Die autem natalis herodis saltavit filia herodiadis in medio et placuit herodi. Unde cum iuramento pollicitus est ei dare quodcunque postulasset ab eo. At illa premonita a matre sua: Da michi inquit hic in disco caput iohannis baptiste. Et contristatus est rex propter iusiurandum autem et eos qui pariter recumbebant iussit dari misitque et decollavit iohannem in carcere. Et allatum est caput eius in disco et datum est puelle et tulit matri sue. Et accedentes discipuli eius tulerunt corpus eius et sepelierunt illud. Et venientes nuntiaverunt ihesu. Quod cum audisset ihesus secessit inde in navicula in locum desertum seorsum. Et cum audissent turbe secute sunt eum pedestres de civitatibus. Et exiens vidit turbam multam et misertus est eis et curavit languidos eorum. ¶ Posito

discipulorum per eum instructione. In parte
ista ut dicebatur supra evangelista deter-
minat de Iohannis baptiste per herodem
interfectione et dividitur totum presens capitulum
in partes tres in quarum prima ponitur
iohannis interfectionis cause assigna-
tio. ¶ In secunda vero ponitur turbe fa-
mem patientis satiatio ¶ Et in tertia
ponitur per xpianos glorie et abusu
vitatio ¶ Secunda ibi Vespere autem facto
¶ Tercia ibi Et statim compulit ¶
Ad intellectum autem presentis lectionis est sci-
endum quod causa vel occasio interfectionis io-
hannis fuit triplex ¶ Prima fuit he-
rodis increpatio arguebat enim iohan-
nes herodem quod non liceret ei habere
uxorem fratris ipso vivente ¶ Secunda
fuit iuramenti observatio nec enim
frangeret iuramenti observationem iura-
mentum quod iuraverat filie saltanti da-
re quidquid peteret commisit homicidium
¶ Tercia fuit xpi confessio insidiabatur
ei tamen herodes pridie iohanni propter xpm
quem confitebatur veri testimonium perhibe-
bat. Quantum igitur ad primam causam dicit
evangelista quod audita herodes fama de xpo quod
miracula faciebat dixit Iohannes baptista
Surrexit a mortuis et virtutes operantur
et tunc interserit evangelista historiam de in-
terfectione iohannis que ante facta fue-
rat dicens quod herodes tenuit iohannem
et posuit eum in carcerem propter herodia-
dem uxorem fratris sui quia dicebat ei
non licet tibi habere eam quod ante hero-
di soli dicebat et non uxori dicit remigius
quia vir principalior muliere et quia
herodes tenebat legem iudeorum secundum
quam non erat sibi licitum illam ducere
fratre vivente. Quantum vero ad secun-
dam dicit quod celebrato die natalis sui
et filia eius saltasset coram eo et placuis-
set ac sub iuramento promisisset dare quodcumque
petivisset precepit ad petitionem puelle per
matrem instructe caput Iohannis in
disco portari solum enim secundum Ieronimum
pharao et herodes diem natalis eorum
observasse leguntur ut quorum una erat
impietas fieret una sollempnitas. Quantum
ad tertiam causam dicit evangelista quod
xpus cum audisset a discipulis Iohannis
quod erat mortuus secessit inde in navicula
et venit in desertum non quidem propter timo-
rem mortis sed ne daret tamen persecutoribus
eius ut homicidio homicidium iungerent scie-
bat quod persecuti erant iohannem propter veritate
eius sic et eum persecuti erant ut dicit Ieronimus
¶ Sed hic possunt esse quinque dubitationes ¶ Prima
utrum vovens inique iurare teneatur semper
servare ¶ Secunda utrum iurans redire
ad carcerem teneatur iuramentum servare
¶ Tercia utrum herodes propter iuramentum
potuit ab homicidio excusari ¶ Quarta
utrum in iuramentis possit homines dispensare
¶ Quinta utrum ille cui fit iuramentum pos-
sit iurantem a iuramento absolvere ¶ Ad
primam est dicendum quod votum est promissio facta
deo vel ergo de quibus fit talis promissio sunt
per se bona licita et honesta sicut ieiunare
corpora sanctorum visitare religionem intrare
et talia homo servare tenetur vel sunt per
se mala et prohibita et illicita sicut homici-
dia adulteria qualia fuerunt vota illorum
de quibus scribitur actuum xxiii quod plus quam qua-
draginta viri voverunt se non gustaturos
quidquam donec interficerent paulum sed
quedam sunt in casu bona ut in casu uti-
litatis proximi et necessitatis evadendi vitam
sicut sunt iuramenta que in casu necessitatis
et utilitatis sunt bona in casu vero non
necessitatis nec utilitatis sunt mala. Si quis ergo vo-
vet numquam iurare in eo casu in quo sunt
mala et inania vel utilia vel necessaria tenetur observare
In eo vero casu in quo utilia sunt et necessaria
non tenetur observare sed potest et debet ad
mandatum superioris frangere ¶ Ad secundam
est dicendum quod istam questionem determinat augustinus
primo de civitate dei capitulo xiiii commendans
marchum regulum civem romanum qui cum
captus esset a carthaginensibus et in car-
cere reclusus romam pro pace fienda re-
peciit sub iuramento promittens rediturum sed
cum pacem facere non posset quam cum

impetrare non potuisset ad carcerem est reclu
sus et ab illis cocivibus et merito commendan
dus erat quia quedam male culpe que
sine dei offensione et virtutis et gracie a
missione fieri non possunt et delectabilibus lo
quitur ysidorus et habetur xxii q. iiii. In
malis promissis rescinde fidem in turpi vo
to muta decretum quedam vero mala sunt
pene que sine dei offensione et virtutis
et gracie amissione fieri possunt vel ser
vari et in talibus votum vel iuramentum est
servandum nam dona intrinseca et virtu
tes secundum augustinum non invitis auferri non
possunt et si dicatur quod homo mortis periculo
se exponere non tenetur verum est indistincte
si pro anime sue salvacione vel fidei de
fensione vel subditorum conservacione seu
reipublice proteccione virtutis enim est
et non viciorum mortis periculo se exponere ¶ Ad
terciam est dicendum quod specialiter propter tria
peccatum herodis non solum excusari sed ve
hementer aggravari debet ¶ Primo propter
eius pravam intencionem dicit enim Iohannes
quod ad hoc herodes iuravit ut future occa
siones machinas prepararet alioquin si propter
iuramentum dicatur homicidium fecisse si pu
ella patris vel matris mortem postulasset
numquid hic fuisset facturus planum est quod
non quia igitur causam occidendi Iohannem
non videbat eo quod timebat populum qui eum
tamquam prophetam habebat hanc causam dolo
se excogitavit ut propter iusiurandum
excusaret homicidium ¶ Secundo propter
rei illicite vitacionem nam iuravit propter
filie saltacionem cum secundum glosam non solum
divitum verumeciam pauperum sit consuetudo
ita pudice eorum filias nutrire ut vix
ab extraneis videantur herodes vero suam
filiam non pudoris verecundiam sed salta
cionis lasciviam docuit et domus eius
quam decebat esse aulam regie sue filie
impudicicia fecerat theatrum ¶ Tercio
propter iuramenti observacionem quamvis
enim iuramentum non servare sit malum
eo quod mendacium committit longe tamen
peius est homicidium perpetrare et de duobus
malis minus est eligendum et eciam hoc

intelligo de iuramento illicito observacio
enim talis iuramenti est dimittenda propter
homicidium sed si iuramentum est illicitum
ad quod iniuraret per iurium homicidium
esset permittendum tamquam maius ma
lum ut supradictum fuit iurare autem
occidere hominem maxime innocentem
est illicitum ideo dimittendum erat
ad evitandum homicidium Iuravit enim
david interficere nabal et tamen
iuramentum non servavit ut habetur
primo Regum xxv° et hoc non fuit iniquitas
sed pietas sic xxii ca. quone et potius
punire redditur detestabile peccatum hero
dis quia sub pretextu iuramenti miscuit
homicidium epularum convivio Recitat
enim Iohannes quod quidam Comes in sinu
meretricule iaceret et diceret ei numquam
se vidisse hominem decollatum manda
vit ut cuiusdam qui reus erat mortis
caput in convivio truncaret de quo ve
hementer fuit reprehensus quod epulas
sanguine commiscuit et mortem quamvis
noxii hominis in alterius delicias pre
stitit ¶ Quarto propter infecti malicie
defensionem querit enim glossa numquid
putamus in Iohanne qui in utero ma
tris sanctificatus et maior inter na
tos mulierum non surrexit aliquid fu
isse commissum in vita quod eius fe
despecta mors tegeret ad quod videtur
quod nichil quia si per confessionem christi
non fuit mortuus tamen pro veritate malicie
requisitus occubuit et quia christus
veritas est usque ad mortem pro christo
quia pro veritate pervenit nam ideo
ut ait dominus suos sanctos in fimis se
mit quia videt quomodo remuneret
in finis ex quo quilibet colligat quod
illi sunt passura quos reprobat si
sic cruciat quos amat ¶ Ad quartam
est dicendum quod dispensacio iuramenti
dupliciter intelligi potest ¶ Primo quod ipsum
iuramentum non servetur et sicut est
impossibile in iuramento per hominem dispen
sari quia cum observacio iuramenti

contrariatur sub divino precepto indispensabile est iuramentum in se sicut est quodlibet divinum mandatum. ¶ Secundo quod contentum vel inclusum sub iuramento non includatur vel contineatur etc. bene potest dispensari in iuramento ut negocium quod cadit sub iuramento non cadat quia forte tale quod sub iuramento contentum vel inclusum repugnat contrariis qui iuramentum fecit et quandoque enim repugnat iusticie equitati ut si quis iuret male agere puta hominem interficere vel adulterari et quod est boni impeditivum ut religionem non intrare, quandoque vero repugnat iudicio discrecionis et debilitate maturitati et sic omnia iuramenta que dubia sunt an sint licita an non que incauta vocantur et utrum sit expediencia an non dispensibilia sunt. quandoque autem repugnat testificande veritati ad cuius assercionem iuramentum inducitur et sic falsum iuramentum est dispensabile. quandoque vero repugnat superioris auctoritati vel potestati et sic dum puella est in domo patris sic est sub eius potestate. uxor sit sub potestate viri iuramentum puelle per patrem et uxoris virum potest revocari si sine consensu eorum factum est. sed quandoque repugnat rei publice ut utilitatem et communitatem hanc iudicare considerare et dispensare. ideo omnia iuramenta per eum considerata utilitate rei publice sunt. ¶ Ad quartam est dicendum quod aliquis potest recipere promissionem aliquam iuramento firmatam dupliciter. ¶ Primo in persona sua et propria utilitate ut si quis alicui pecuniam daturum vel ei serviturum vel ad talem locum sacra turum et iuramento firmet talem promissionem. ille cui talis facta est promissio potest absolvere eum et ille dicitur eius promissum servare ex quo factum est secundum eius voluntatem et utilitatem. ¶ Secundo in persona alterius et hoc vel pro dei honore et reverencia ut cum quis promittit per iuramentum religionem intrare vel pro rei publice fideli diligencia sicut executores rei publice faciunt iurare eorum ministros ut iniuncta ministeria diligenter et fideliter exequantur vel pro legis et statutorum factorum pro civitate observacionis custodiam sicut civitas aliqua cogit iudices et rectores eorum vel eius ut statuta facta et scripta debeant observare et tales recipientes iuramentum ut puto non possunt absolvere iurantes quia non recipiunt in persona eorum nec pro eorum utilitate sed pro utilitate rei publice et pro honore et reverencia eius etc. etc. Lectio secunda

Vespere autem facto accesserunt ad eum discipuli eius dicentes desertus est locus et hora iam preteriit. Dimitte turbas ut euntes in castella emant sibi escas. Ihesus autem dixit eis: Non habent necesse ire. Date illis vos manducare. Responderunt ei: Non habemus hic nisi quinque panes et duos pisces. Qui ait illis: Afferte mihi illos huc. Et cum iussisset turbam discumbere super fenum acceptis quinque panibus et duobus piscibus aspiciens in celum benedixit et fregit et dedit discipulis panes discipuli autem dederunt turbis. Et manducaverunt omnes et saturati sunt. Et tulerunt reliquias fragmentorum plenos duodecim cophinos. Manducantium autem fuit quinque milia virorum exceptis mulieribus et parvulis. ¶ Posita iohannis interfeccionis ce assignacione in parte ista ut supra dicebatur evangelista ponit turbe famem pacientis saturacionem, et possumus dicere quod quinque ponitur in littera notificancia hoc miraculum quo Christus de quinque panibus quinque milia hominum saturavit. Nam primo ponitur cause ad faciendum miraculum conveniencia. ¶ Secundo ponitur Christi ad compaciendum clemencia. ¶ Tercio ponitur Christi ad panes multiplicandum clemencia potentia

Quarto ponit discipulorum ad turbas
saturandum obedienciam. Quinto ponitur
reliquiarum ad pauperes sustentandum pruden-
cia. Conueniens autem causa ad faciendum
miraculum et ex parte temporis quia vespe facto
iam enim transierat hora comedendi. in quo
miranda est xpi bonitas ut usque ad vespe-
ram protraheret sermonem ad instruccionem
animarum et populi aviditas ad audiendum
verbum dei. Item ex parte loci quia locus de-
sertus erat ut sine spe undi aliunde pa-
nes essent et per hoc miraculum careret omni
suspicione et discipulorum peticio seu licencia
quia petebant ut licenciaret eos quod euun-
tes per villas et castella emerent sibi escas
obliti enim erant eius quod scriptum erat
nunquid potest parare mensam in deserto et
parare mensam populo suo. Quintum vero
ad xpi clemenciam subauditur visio eius
dicentis non habent necesse ire date vos illis
manducare. Secundum enim beatum Johannem
qui viderit fratrem suum in necessitatem habere
et clauserit viscera sua ab eo nec clemencia
nec caritas est in eo. Quintum vero ad mi-
raculum faciendum potencia additur
quod quinque panes et duos pisces benedixit fre-
git et dedit discipulis non sine elevacione
oculorum in celum ut ostendat secundum
Crisostomum se esse equalem patri in potencia
a quo virtutem habebat miracula faciendi
Unde dicebat Pater autem in me manens
ipse facit opera. Quintum autem ad apostolorum
obedienciam adiungitur quod discipuli panes ap-
posuerunt turbis qui manducaverunt
et saturati sunt. In quo secundum Crisostomum non
eos solum xpus honoravit sed voluit
ut hoc miraculo facto non increduli fiant
nec obliviscantur eius cum pertransit manibus
eorum testantibus. Sed quantum ad sustenta-
dum pauperes providenciam concludit
quod de quinque panibus collegerunt duodecim
cophinos plenos fragmentorum de reliquiis
fecit enim superare propter miraculi ma-
nifestacionem ut nullus posset dicere fantas-
ma fuisse illud quod factum fuerat quia
absentes poterant videre et propter pauperum
sustentacionem ad quorum gubernacionem
prelati eorum ministris prudenciam bonam
debent habere et puto quod non plus nec
minus tollitur nisi duodecim cophini
secundum numerum duodecim apostolorum ut quilibet
apostolorum suum cophinum portaret. Sicut
numerus manducancium fuit quinque milia
secundum numerum quinque panum qui multiplica-
ti erant quia mulieres et parvuli propter
statum et sexus imperfeccionem non numerantur
Sed hic possunt esse quatuor dubitaciones
Prima utrum maius miraculum
fuisset de novo creare quam illos quinque
panes multiplicare. Secunda utrum
multiplicacio talis panum sit facta
in panes ordeaceos vel in panes tri-
ticeos. Tercia utrum semper in refeccione
populi sit necessaria panis fraccio. Quarta
utrum solum in sumpcione cibi facienda
sit graciarum accio. Ad primam dicendum
quod eiusdem potencie est aliquid ex nichi-
lo creare et illud nullo addito vel sub-
tracto augmentare vel multiplicare. Cum
igitur xpus illos panes nullo addito vel
subtracto multiplicaverit et augmentave-
rit in tanto numero ut quinque milia hominum
saturarentur eius potencie erat sic
predictos panes multiplicare cuius erat
ex nichilo illos panes creare. Unde
dicit Augustinus super hunc passum quod unde
xpus de paucis granis segetes multipli-
cat inde illos quinque panes multiplicavit
quia potestas erat in manibus xpi. Etiam
panes illi quinque quedam seminaria
erant non quidem terre mandata
sed ab eo qui fecit celum et terram sunt
in nichilo multiplicata. Utrum ergo xpus
illos panes de quibus saciavit homines
illos de novo non creavit sed pocius
illos quinque multiplicavit dato quod eius-
dem potencie erat utrumque facere. Crisostomus
assignat triplicem causam. Primam propter
erroris remocionem. Nam dixerunt
manichei omnia corporalia a malo deo
esse quorum factorem salvator ostendit se

esse quod tales creaturas tamquam bonas multiplicavit. ¶ Secundum propter creaturarum cooperacionem. quamvis enim ipse creaturas non indiget ad miraculorum operacionem, tamen ne videantur esse aliene a divina sapientia et superflua producte voluit eas cooperari sibi ad monstrandum quod sicut ipse fecerat celum et terram, ita ipse erat qui dixerat germinet terra herbam virentem et facientem fructum iuxta genus suum. ¶ Tercia propter discipulorum et prelatorum instructionem. Instruxit enim discipulos et prelatos omnes in persona eorum ut etiam si pauca habemus debemus indigentibus ministrare modo quo dictum est Thob. iiii°. Si multum tibi fuerit habundanter tribue, si parum etiam libenter impertire stude. ¶ Ad secundum est dicendum quod miracula facta per Christum conveniencia erant statui et condicioni personarum propter quarum salutem fiebant. Est autem duplex status hominum scilicet legalis et carnalis. Et sicut illa lex dura erat in tantum ut reatum faciens legem illam duobus vel tribus testibus absque ulla contradictione moreretur dicente apostolo ad Hebreos. Sic populus ille dure cervicis erat cor durum lapideum habens ad credendum. Alius status est spiritualis gratie. et sicut lex nova Christi iugum habet suave et honus inponit leve, ita populus istius legis non duriciam sed mollitiam cordis habere debet. ¶ Primus ergo populus ille legalis et carnalis observancie pastu duro erat pascendus. ideo panes illi quinque ordeacei sunt appositi eis. et in panes ordeaceos multiplicati. quia populus ille talibus panibus saciandus erat. fuerunt autem quinque. quia de lege illa durissima primam quod ordeum significat moyses quinque libros fecit. quibus quinque panibus duo pisces fuerunt coniuncti ad saporandum predictos panes

quia Christum nunc sub persona sacerdotali nunc sub persona regali in libris illis figuraliter expectandus. ex cuius expectacione tamquam quodam sapore gustato levius duriciam illius legis portabant. Sed status secundus populus spiritualis gratie pastu dulci et delectabili est alendus et saturandus cuius saturacio tunc significata est quando Christus de vii panibus quatuor milia hominum dicitur saciasse. qui septem panes non designantur fuisse ordeacei, sed de frumenti grano cui Christus se assimilat. quia septiformi gratia spiritus sancti existente in Christo populus in eum credens saciatur et reficitur quibus septem panibus non duo pisces adiunguntur sicut illis de vetera lege sed dicitur quod habebant pisciculos paucos. quia pauci sunt in ecclesia primitiva credentes in eum postquam missi sunt in mare huius seculi. Ut pro illo magno pisce scilicet Christo legatione fungentur. nec dicuntur saciati nisi quatuor milia hominum. quia refecti non per Christum non quinque libris moysi carnaliter intellectis, sed quatuor virtutibus prudencia iusticia fortitudine et temperancia pascuntur et sic predictam dubitacionem determinat Hugo in libro [illegible] quoniam. ¶ Ad terciam est dicendum quod secundum Augustinum semper Christus cum panem discipulis apposuit ipsum fregit. Est namque triplex panis corporalis et sacramentalis et doctrine salutaris. Panem corporalem fregit quando miraculum de quinque panibus et duobus piscibus mirabiliter edidit. Panem vero sacramentalem fregit quando sub specie panis et vini suum corpus discipulis tradidit et fregit. Panem doctrine salutaris quando dubitantibus sensum sacre scripture clarissime aperuit. ¶ Prima namque fractio panis corporalis facta fuit in significacione proximorum subvencionis. Ut qui panem integrum proximo esurienti dare non potest, fractum iuxta mandatum prophete misericorditer porrigat. Frange inquid esurienti panem tuum.

Secunda vero fractio panis sacramentalis
facta fuit in significacione dominice passionis
rememorantis. Unde dicit Augustinus et ponitur
de consecracione distinctione ii. Dum hostia
frangitur passio christi ad memoriam re
vocatur. Sed tercia fractio panis docte
salutaris facta fuit in significacione christi
cognicionis. Unde Luce xxiiii scribitur
quod postquam christus aperuit sensum illis
duobus discipulis ut intelligerent scrip
turas que de ipso erant tunc cognove
runt in fractione panis. Ad quartum
est dicendum quod Crisostomus movet hanc dubitacionem
super hunc passum gracias egit et dedit disci
pulis dicens. Quid non legimus christum gracias
egisse quando mortuos suscitavit nec quando
mare refrenavit nec quando occulta cor
dium redarguit nec quando oculos ceca na
ti condidit sed solum quando panes mul
tiplicavit et turbis ad comedendum appo
suit. Istius ergo triplicem causam videtur
Crisostomus assignare. Primam propter in
gratitudinis remocionem. Nam ingratus
est qui que ab alio qualitercumque minima
dissimulat se recipere quia igitur dei
filius omnia que habebat nascendo a patre
receperat ut ostenderet quod talium et minora
et maiora bona habebat sed utraque a deo
patre perceperat in minoribus quam in maioribus vo
luit gracias agere patri qui minora benefi
cia non occultat maiora non abscondit.
Secundam propter nostram edificacionem
instruxisse namque nos in hoc salvator
videtur ut non prius mensam et cibum tanga
mus donec gracias deo egerimus qui nobis
escam in tempore oportuno dedit et hoc
ut ait multum est contra illos qui sicut
porci ad mensam ingrediuntur et surgunt
sine graciarum actione cum tamen scriptum sit
in Ecclesiastico graciarum accio et vox laudis semper
sit in ore tuo. Tercia propter sanctorum
patrum imitacionem. Legimus enim iiii Regum iiii
quod cum Heliseus propheta in domo cuiusdam
sancte mulieris cibo corporali esset refectus
in fine refeccionis vocavit eam et dixit ei

Ecce sedule in omnibus ministrasti nobis
quid vis ergo ut faciam tibi numquid
habes negocium et vis ut loquar regi
aut principi militie. Sic religiosi et alii
quando pascuntur et reficiuntur per secu
lares personas debent loqui regi eterno
et principibus milicie eius ut eorum
negocia et temporalia et spiritualia dirigat
et recomendata habeant. Insuper eciam
cum necesse fuit benefactores apud tempora
les principes in licitis et honestis recom
mendare debent. Leccio tercia

Et statim iussit discipulos ascende
re in naviculam et precedere eum trans fre
tum donec dimitteret turbas. Et dimissa
turba ascendit in montem solus orare.
Vespere autem facto solus erat ibi et navicu
la autem in medio mari iactabatur fluc
tibus. Erat enim ventus contrarius.
Quarta autem vigilia noctis venit ad eos
ambulans supra mare. Et videntes
eum supra mare ambulantem turbati
sunt dicentes quia fantasma est. Et
pre timore clamaverunt. Statimque ihesus
locutus est eis dicens Habete fiduciam
Ego sum nolite timere. Respondens
autem petrus dixit domine si tu es iube
me venire ad te super aquas. At ipse
ait Veni. Et descendens petrus de
navicula ambulabat super aquas
ut veniret ad ihesum videns vero ven
tum validum timuit. Et cum cepisset
mergi clamabat dicens Domine salvum
me fac. Et continuo ihesus extendens
manum suam apprehendit eum et ait illi
Modice fidei quare dubitasti. Et cum
ascendisset in naviculam cessavit ventus.
Qui autem in navicula erant venerunt
et adoraverunt eum dicentes Vere filius
dei es. Et cum transfretassent venerunt in
terram genezar. Et cum cognovissent
eum viri loci illius miserunt in univer
sam regionem illam et obtulerunt
ei omnes male habentes et rogabant eum
ut vel fimbriam vestimenti eius tan
gerent et quicumque tetigerunt salvi
facti sunt. Posita turbis et pasta famem
pacientis saturacione. In ista parte

Vt supra dicebatur ewangelista ponit inanis
glorie et ambiciositatis per christi vitacionem
et possumus dicere quod saluator noster in presenti
leccione quatuor pericula docet vitare
primo prelationis et potestatis dnationem Se-
cundo mundi et seculi turbacionem Tercio in
fidelitatis fluctuacionem Quarto inuidie
emulacionem Quantum ergo ad primum
dicit quod statim facto miraculo de quinque
panibus iussit suos discipulos ascendere
in nauiculam et precedere eum transfretum
donec dimitteret turbas. Johannes enim
vi° sic habet Qui cum cognouisset ihesus quod ve-
turi erant illi homines qui saciati e-
rant vt raperent eum et facerent eum re-
gem fugit in montem et hoc dicit quod disci-
pulos suos compulit de loco illo recedere
et ipse ascendit in montem solus orare
in quo exemplum tribuit vitandam
esse humanam laudem in bonis operibus
et fugiendam dominacionem in iure spiritua-
libus. Quantum vero ad secundam ait quod
nauicula discipulorum iactabatur in medio
mari magnis fluctibus quia ventus
contrarius erat eis per quam nauicu-
lam presens ecclesia designatur que nunc tyr-
rannorum persecucione nunc hereticorum
inpugnacione nunc temptacionum sup-
uencione magnis fluctibus conquassabatur
a quibus tempestatibus liberari non potest
nisi per christum et hoc non nisi in quarta vigilia
noctis in fine seculi quando remota omni
tempestate perfecta quies dabitur fide-
libus Quantum vero ad terciam dicit quod
petrus peciit a christo supra mare ambu-
lare Set cum vemente vento valido cepis-
set mergi dextera christi apprehensus est modi-
ce fidei reprehenditur in quo innuitur
quod quanto homo confidit de christi pietate et
potestate tanto semper debet esse dubius de
sua fragilitate sed quantum ad quartum
dicit quod cum venissent ad portum in terra
genesareth viri religionis illius mi-
serunt in vniuersam terram illam et ob-
tulerunt ei infirmos vt tangerent fim-
briam vestimenti eius et considerata eorum

perfidelitate et caritate quia non erant con-
tempti eorum infirmos christo presentare sed
sine omni inuidia a remotis omnes volunt
ad ipsum congregare quicunque tetigerunt
ipsum omnes salui facti sunt. Sed hic possunt
esse quatuor dubitaciones. Prima vtrum
sine peccato quis possit prelacionem et dnacionem
appetere. Secunda vtrum sine peccato quis
possit prelacionem et dominacionem fugere
corporalem. Tercia christi ambulacio vel petri
supra mare fuit vera vel fantastica. Quar-
ta vtrum illa inmersio petri fuit ex peccato
infidelitatis. Ad primam est dicendum quod aliud
est querere vtrum homo sine peccato possit
appetere se indignum prelaturam et domi-
nio vel illa quibus homo dignus est prelatu-
ra et dnacione et aliud est querere vtrum
homo sine peccato possit ipsam prelacionem
et dominacionem in se appetere Nam primum
sine peccato appetitur ymo est meritum ap-
petere sciencias et virtutes et alia bona opera
quibus homo est indignus prelatura
et principatu Vnde habetur Sapiencie vi° Concu-
piscencia illius scilicet sapiencie et virtutis dedu-
cit ad regnum perpetuum concupiscere ergo et ap-
petere opera virtuosa bonum prelati vel sciencias
et virtutes quibus homo dignus est princi-
pari et dominari non est dicendum quod sit
peccatum ymo est meritorium opus deducens
ad regnum perpetuum Sed appetere ipsam pre-
lacionem et dnacionem in se sine peccato esse non
potest quod patet auctoritate et racione Nam augustinus
xix de ciuitate dei dicit quod locus superior sine
quo populus regi non potest eciam si administre-
tur vt decet tamen indecenter appetitur
Racio vero talis est illud sine peccato appeti
non potest quo quis efficitur iniustus vel super-
bus cum iniusticia et superbia sint maxima
peccata Set si homo appetit dominacionem
et prelacionem in se aut credit se esse indig-
num aut dignum si credit esse indignum et
appetit aut indignum si
ferri aliis iniustus est quia iniusticia est
quod quis velit plus de honore et potestate habere
quam sit dignus habere et quam sibi debeatur Si

vero putat se esse indignum est superbus
quia non est sine nota presumptionis et
superbie credere se dignum preferri aliis omnibus
quorum aliquibus saltem forte est inferior
Nam secundum Augustinum semper debemus cogitare
aliquid esse in proximo nostro quo nobis su
perior est dato quod illud nobis occultum sit
Est etiam hoc contra prohibicionem apostoli ad
Hebreos v° ubi dicit quod nullus assumat sibi
honorem sed qui vocatur a deo tamquam
aaron ¶ Ad secundam est dicendum quod via
que est dubia exemplo christi qui ut dicitur Iohannis
vi fugit in montem quando sciuit quod venturi
erant homines illi quos de panibus sati
auerat ut raperent eum et facerent eum
regem Et exemplo yone qui fugit in
tharsis a facie domini quando iniunctum est
sibi officium predicacionis Hanc ergo du
bitacionem soluit Gregorius in pastorali prima
parte dicens quod in prelatura electus vel
est virtutibus pollens vel virtutibus vacu
us Si igitur virtutibus est pollens ex hu
militate debet principatum et prelacionem
recusare ex inperantis cum potestate debet
ipsam prelacionem humiliter suscipere et accep
tare quia tunc ante dei oculos vera est humili
tas quando ad respuendum hoc quod utiliter
subire precipitur pertinax non est Nam potestas
culminis non est aliud quam tempestas mentis
et ideo quantum homo virtutibus polleat co
actus ad ipsam accedere debet Si vero vir
tutibus est vacuus etiam coactus ipsam
prelacionem suscipere non debet Talis enim
et corporaliter et mentaliter principatum fugere
debet Facienda est similiter distinccio ex parte
eligencium aliquem in prelatum et dominum
quia si eligunt propter eorum salutem et
nam consequendam et electus ad hoc credit
sufficere pertinax esse non debet pendo
mandato superiori Si vero propter aliqua
carnalia vel temporalia comoda expectanda
magis recusare tenetur cuius exemplum
ipse saluator dedit Iohannis vi Cum enim
refecti super eum corporali cibo quererent
eum et vellent sub eius imperio stare
dixit eis Queritis me non quia vidistis
signa sed quia manducastis ex pa
nibus meis et per hoc soluitur illud
quod introductum est de christo Nam
ideo fugit in montem quia volebant
eum facere regem et quando voluerunt
eum crucifigere sponte se obtulit ut
discamus eius exemplo adversa pro eius
honore delectabiliter sustinere et prospera
fugere et vehementer formidare exemplum
Ione et Ieremie qui recusauerunt officium
predicacionis et ysaie qui ad ipsum exequen
dum sponte et voluntarie obtulit se
Ergo intro me duo precepta caritatis
et duas vitas nobis demonstrat Nam Ie
remias et Ionas per contemplatiuam
vitam solum deo placere desiderantes
predicacionis officium recusauerunt Sed
ysaias utilitati proximorum prodesse
per actiuam vitam concupiscens ad sus
cipiendum predicacionis officium sponte
se obtulit ut Gregorius dicit in pastorali
¶ Ad terciam est dicendum manichei et
quidam alii heretici dixerunt christum
non verum corpus sed fantasticum de
utero virginali accepisse quorum
errorem Crisostomus super hunc passum
dupliciter destruit primo quidem quia si
discipuli putassent christum corpus fan
tasticum habuisse non fuissent tur
bati et stupefacti quando viderunt eum
super mare ambulantem Nam stupe
faccio et admiracio non contingit nisi ex
re insolita et inuisa Non autem fuisset
eis insolitum videre eius corpus fan
tasticum esse si prius cum eo conuersati
hoc credidissent Secundo quia hoc
putabant illi heretici christum corpus
fantasticum habere quia super molles
et fluidas aquas ambulabat
Quid dicebunt petro quod verum

hominem putant fuisse planum est enim
quod petrus iubente xpo sup mare ambu
lauit dicamus quod xpi et petri ambu
latio sup mare vera fuit non fantasti
ca tamen naturalis sed miraculosa via
secundum damascenum / xc illa que erant
hominis sup hominem operabatur fuit
enim ipsa humanitas in xpo instrum
ipsius diuinitatis unde diuinitatis
xpi virtutem corpus aque potuit sic
solidari ut pedibus suis et petri fixi
iter preberet uel corpus utrumque sic po
tuit agile et leue fieri ut neque quod corpus
aque ei cederet vel utroque modo sic
diuina virtute factum est ut vere non fan
tastice supra mare ambularent ¶
Aduertendum est autem quod secundum Cris. ideo
xpus non imperauit vento ut quiesceret
quando videns petrus validum ventum
timuit / sed sua dextera apprehendit eum
quia non venti immissio / sed eius credu
litas periculum submissionis eius operabatur
ex quo dicto clare patet quod illa submis
sio non alio proueniret modo quam ex ipsa
petri incredulitate quod etiam saluato
ris dictum testatur / ait enim modice fidei
quare dubitasti / sed quare xpus per
misit illam incredulitatem euenire
cum prius iussisset ipsum ad eum supra
mare venire / ad hoc assignat Crisostomus
triplicem rationem Primam propter ipsius
petri fragilitatis recognitionem non enim
timuit petrus maris periculum nec fidem
perdidit cum sup undas maris ambu
labat / sed perdidit fidem videns venti
impulsum quod longe erat minus periculum
ut nec ipse nec aliquis homo de suis
viribus presumat / sed semper se fragilem
recognoscat quam etiam minima pericula
suis viribus vitare non potest et dei vir
tute magna superare potest / Unde gg
recitat in dyalogo quod cum quidam
sanctus homo magnis virtutibus pol
leret unum erat in eo valde reprehensibile

quia frena letitie risus et gaudii in lxcu
laxabat quod ideo deus permittit ut dicat de
sanctis suis quantum illi quibus deus maiora
dona tribuit minora non det ut semper
habeat cum unde seipsum recognoscat ¶
Secunda propter magistri et discipuli differentie osten
sionem ex hoc enim quod petrus timuit ut
homo et confisus de xpo periit ut iubet
ad ipsum venire ostendebat differentiam inter disci
pulum et magistrum quia xpus virtute propria
petrus vero xpi virtute sup mare am
bulare poterat ¶ Tercia propter discipu
lorum indignationis mitigationem Nam si in
duobus discipulis Iacobo et Iohanne peten
tibus sedere ad dexteram et sinistram xpi
apostoli scandalizati sunt indignatione pressi
quod nondum receperant spiritum sanctum multo fortius
fuissent molesti de petro si absque timore
sup mare ambulasset / sed postmodum
repleti spiritu sancto in omnibus petrum
preferunt et in omnibus sibi primatum
concedunt Capitulum xvi

Tunc accesserunt ad eum ab ierosolimis
scribe et pharisei dicentes Quare dis
cipuli tui transgrediuntur traditiones seniorum
Non enim lauant manus suas cum panem
manducant / Ipse autem respondens ait illis
Quare et vos transgreditimini mandatum dei
propter traditionem vestram Nam deus dixit
Honora patrem tuum et matrem tuam / Et
qui maledixerit patri uel matri morte mo
riatur Vos autem dicitis / Quicumque
dixerit patri uel matri munus quodcumque est
ex me tibi proderit / Et non honorificauit
patrem suum aut matrem et irritum fecistis
mandatum dei propter traditionem vestram.
Ypocrite bene prophetauit de vobis ysaias
dicens Populus hic labiis me honorat cor
autem eorum longe est a me / sine causa
autem colunt me docentes doctrinas et man
data hominum Et conuocatis ad se turbis
dixit eis Audite et intelligite Non quod
intrat in os coinquinat hominem / sed quod
procedit ex ore hoc coinquinat hominem
¶ Posita iohannis historia per herodem interfectione
in parte ista dicebatur ut sup. etc. ita

ponit phariseorum superbam increpacionem
et dividitur totum p[rese]ns cap[itu]l[u]m in partes iiii[or]
Quarum primo ponitur phariseorum xpi discipulos
superbe increpancium confutacio. Secundo
ponit[ur] ap[osto]l[o]rum eorum ex tali confutacione pertur
bacio. Tercio ponitur mulieris chananee
fidei commendacio. Quarto ponitur p[o]p[u]li xpm
expectantis saturacio. Secunda ibi Tunc accede
tes. Tercia ibi Et egressus inde. Quarta ibi Et cum
transisset inde. Circa primum est sciendum
quod ut Crisostomus dicit pharisei non poterant in
crepare xpm et eius discipulos de transgressi
one legis moisi quia ipse non venerat legem
illam solvere sed magis implere, sed quedam
supersticiosa addiderant pharisei supra illam
legem speciale l[e]g[em] quia ut dicit Marcus pharisei
non manducabant panem nisi crebro la
varent manus et tamen moises mandu
caverat ut supra verba legis nichil ad
derent. Reprehendebant pharisei xpi discipulos
de hac supersticione quod eorum manus non lava
bant cum manducabant panem, quos
magister veritatis tripliciter confutat. Primo ex man
dati dei transgressione. Secundo ex prophete
ysaie testificacione. Tercio ex veritatis oc
cultacione. Quantum ad primum est talis racio
Quicumque transgreditur mandatum propter
hominum tradiciones ergo meos discipulos re
prehendere non debetis si tradiciones seniorum
non servant. Quod vero mandata dei transgre
derentur propter eorum malam ordinacionem
tradicionem patet, ordinaverunt enim scribe
et pharisei cupiditate avaricie temptati quod
filii voverunt deo offerre illa quem sustem
tacionem parentum tenebantur irrogare
ut si postmodum tali facto voto pater et mater
vellent filiis petere quod facere tenerentur si illa
sumerent in eorum sustentacionem que e
rant deo oblata et sic que ad honorem vel
subvencionem parentum deus ordinaverat
sub specie pietatis pervenebant in utilitate
sacerdotum et phariseorum receptaculum que
in templo offerebantur. Quantum vero
ad secundum est talis racio. Illi alios reprehe

hendere non debent qui tamquam ypocrite
aliud dicunt ore et aliud corde. Sed
de vobis scribis et phariseis ysaias sic
prophetavit dicens quod vos deum honorastis
solum ore, cor tamen vestrum est longe
ab eo docentes tradiciones hominum et
relinquentes mandata dei ergo meos
discipulos reprehendere non potestis
Sed quantum ad tercium est racio talis
illi doctrina veritatis est occultanda
qui ex certa malicia peccat et noluit
se emendare de eorum errore nec ex testi
monio prophete nec ex hoc quod confutati
sunt de transgressione mandati di
vini, sed pharisei tales erant igitur
ipsi vocandi non erant ad intelligen
ciam veritatis sed solum turbe et populi
qui ignorant peccabant. Unde ait
quod convocatis ad se turbis dixit quod non
quod intrat in os coinquinat hominem
sed quod ex ore cordis procedit hoc co
inquinat hominem spiritualiter. Sed hic possunt
esse sex dubitaciones. Prima utrum
in honore parentum eorum subvencio
intelligatur. Secunda utrum per votum
divine oblacionis filius absolvatur
a subvencione parentum. Tercia utrum
per votum peregrinacionis homo a sub
vencione parentum absolvatur. Quarta
utrum per votum maceracionis corporis
quis absolvatur a subvencione parentum
Quinta utrum per votum religionis a tali
subvencione homo absolvatur. Sexta
utrum filius emancipatus a patre ab
solvatur per hoc a subvencione eorum
Ad primam est dicendum quod quatuor
modis potest pater in honore parentum
subvencio eorum in vita nature intel
ligi. Primo ex sacre scripture locu
cione. Nam secundum Ieronimum honor in scrip
turis non tamen in salutacionibus
et officiis offerendis quam in elemosinis
muneris oblacione sentitur. Scribitur enim
Numeri xxiii quod rex moabitarum misit
dicendo Balaam venias ad me et male

xv^m

dicas ipsis dei quia paratum habeo ho
norare (et apostolus dicit honorate vidu
as i. de proventibus ecclesie in vite ne
cessariis sustentatione que vere vidue sunt
Secundo ex parentum naturali dilec
cione planum est enim quod dilectio proximi
primo habenda ad parentes quia dilectio est
tuta caritatis que ad omnes homines
habenda est naturalem dilectionem non tol
lit. sed vera dilectio non solum habenda
est in verbo vinetiam in opere. Juxta
illud non diligamus verbo neque lin
gua sed opere et veritate. Tercio ex pe
ne et premii repromissione Nam filiis
parentes honorantes promittitur premium
quod erit longevi super terram super
illam magis terram de qua scriptum est
portio mea domine sit in terra viven
tium. Maledicentibus vero patri vel matri
promittitur pena levitici xx. Qui morte
moriatur eterna et temporali ut glosa
dicit. Ubi ergo ut Crisostomus dicit Tali
pena quod morte temporali et eterna digni
sunt qui eos dehonorant facto et ope
ra necessaria eis non ministrantes cum fuerit
oportunum. Quarto ex beneficii recepcione
Nam filii recipiunt a parentibus esse vere
vite et discipline igitur debitum iustitie
est quod cum fuerint vel etate confecti et
infirmitate vel fortunie bonis tem
poralibus denudati quod ineis a filiis esse
vere per ministracionem necessariorum consuetur
et nutriant unde ciconie instinctu
naturali cum vident parentes etate fatigatos
vel confractos et plumis foventur et
alimenta ministrant et in volatu sub
portant in honore ergo parentum
omnis eorum subvencio secundum doctrinam
sanctorum intelligitur. Ad secundum est
dicendum quod si quis voverit deo offerre in
oblacione vel ecclesie seu altaris edifi
catione illa que tenetur parentibus in necessitatibus
subvenire non tenetur tale votum im
plere propter duo. Primo quia tale votum
ex quo quis vovetur illicitum reddit. non est tenendum Nam
votum est promissio facta deo sed deus non vult
sibi promitti et multo minus observari illud
per quod subtrahitur vita necessaria parentibus
quorum vitam mandavit per filios esse conser
vandam. Unde sicut si aliquis voveret
iugulare patrem non tenetur servare promis
sum. sic cum vita patris auferatur per subtrac
cionem rerum temporalium non tenetur illa
offerre per que vita parentum sustentatur
et si voto promisisset offerre votum implere
non debet ut dicitur xxii. ca. q. v. Tollerabilius
est vota stulte promissionis rescindere quam
crimen committere. Secundo quia divinum
mandatum transgreditur. Scribitur enim
primo regum xv. Quia deus non vult olocau
stum vel victimas sed magis ut obediatur
voci eius et observetur mandatum eius
sed mandatum dei est parentibus necessaria mini
strare. Unde reprehenduntur pharisei per christum
qui sub pretextu oblacionis facte deo filios
a subvencione parentum docebant esse absolu
tos. docebant enim eos sic facere. O pater
quod ego offero deo michi et tibi proderit
et ideo non debes sumere in usum tuum
res meas et munera mea. sed debes patienter
necessitatem ex quo deo iam oblata sunt
pro me et pro te. quia si velles accipere
talia pro tuis necessitatibus et tu esses sacrilegus
et ego voto transgressor. Ut glosa exponit.
Ad tertium est dicendum quod Augustinus in libro
de quinque questionibus ewangeliorum hunc intellectum dat isti
ubi munus quodcumque ex me tibi proderit.
ac si diceret munus quod tu pater offeres iam
non ad te iam pertinebit. Volebant enim
pharisei ut Augustinus ibi dicit quod cum filii
pervenerant ad talem etatem ut per se
aliquid deo possent offerre tenebantur
offerre patri munus quod dicitur pater offerret
deo tamen ut tibi prodesset deinceps quia
ego talis sum etatis quod pro me volo offerre
et qui ad talem etatem pervenerant ut
hoc possent dicere parentibus secundum tradicionem

pħiscorum absoluti erant subuencōne pentum · et ita q si aliquis voto se astringebat iam pfectam etatem hns ad pegrinacōnem et alia opera pietatis et diuini cultus tenebatur illa et amplius pnib; non subuenire · sz hec supsticio dampnanda est q in etate pfecta plus homo tenet diuina mandata seruare qm in nō pfecta dicendum est ergo q pceptum de subuencone pentum est affirmatiuum qd semper obligat · sed nō semp · si g° aliquo tempore quis potest labore a subuencōne pntū et alio tempore votum pegrinacōnis implere nō absoluitur a voto ppter subuecōnem pntum · sed si pntib; non possit subuenire implendo pegrinacōnib; votū vel ppter longā viam aut quia veterq sibi et pat non possit subuenire de labore suo vel ppter alias causas puto q ad votum pegrinacōnis implendum non tenetur · ¶ Ad quartam est dicendum q votum ex pte vouentis requirit dominacōz · Nam illud quod in alterius potestate et dominio homo vouere non potest quia non est deo gratum nisi q de suo sibi pmittitur · et quia filius an annos · xiiii · est sub dominio patris · et seruus sub potestate domini · et vxor sub ptate viri in hijs saltem que ad curam rei familiaris ptinent · ideo vota talium psonarum irrita sunt et nullius vigoris sine eorum consensu sb quorum dnio existunt · ex pte vero voti debet hre discrecōnem nisi de opribus virtuosis · opa autem virtuosa nō sunt nisi sic discrete et sapienter facta loco tempore et psona et alijs circumstancijs pensatis · Sed ex parte supioris debet hre discussionem et examinacōnem quia hic multū decipiunt de hijs que ptinent a dominio ipsius non debet stare iudicio suo sed iudicio superioris · sicut medicus infirmis iudicio alterius medici debz stare et credere de regimine suo inuocato ergo et in omnib; spualibus et virtuosis actib; supiorib;

fidelibus est cura ad discuciendum et examinandum an sint expediencia et discreta que vouentur aut non · votum ergo ieiunij abstinencie et vigilie sit ex pte vouentis sit dominacio si ex pte voti sit discrecio · si ex parte supioris sit discussio et examinacio seruandum est aliter non · Vnde si quis cū voto ieiunij abstinencie et vigilie parentibus potest subuenire in nātis debet seruare · sed non quia tale ieiunium non esset opa tunc virtuosa sed viciosa seruandū nō esset · ¶ Ad quintam est dicendum q pcepta prime tabule que nos ordinant in deum indispensibilia sunt p deum et p homines pcepta vero secunde tabule dispensabilia sunt p deū sed nō per hominem · Cum ergo subuencō pentum sit pceptum secunde tabule non potest per hominem dispensari vt homo a subuecione pntum absoluatur · et si dicatur q votum reducatur ad preceptū prime tabule cum sit actus latrie ideo mlto magis est indispensabile q subuecio pentum dicendum est q in voto nunq dispensatur qd non reddatur Sed dispensatur illud quod cadit super voto non cadat · quia forte caret condicionibus sup positis · Cum ergo votum religionis sed de hijs que sunt consilij et sup erogacōnis subuencō parentum vt pceptum et votum religionis non obuiat obseruacōnem precepti seruadum est · Sibi vero obuiaret puto q obseruandum non esset · Vnde religionis scilicet votum non absoluit religiosū a subuencōne pntum simplr et vbique quia nec talis subuencio hominem sp obligat · sed vel de supioris licencia de suo labore · ad decon administracōne aut q sua pcuracōne faceret vel p

alium talis subuenico fieret debitam
curam deberet impendere vt simul
tenendo votum religiōis parentib; subue
niret / aliter puto q̄ ad votū religiōis
non tenetur / quia nec religio cadit
sub voto nisi p̄ supposita obseruacōne
diuinoꝝ mandatorū in quorū vno
subuencio parentum includit ¶ Ad secū
tam est dicendum q̄ sic dr̄ in principio
digestorum ius nāle nec ciuitas ꝓpli
instituit nec ciuitas gencium īuenit
sup ius enim naturale omnia alia iu
ra formantur Unde iam ius nō est
si ius naturale tolleret vl in aliquo
obuiraret / quia igitur subuencio
parentum est de iure naturali ⁊ eman
cipacio filiorum est de iure positiuo
non absoluit aliquō filius a subue
cione parentum p̄ emancipacōnem patris
sed bene absoluitur ab alijs subiectoib;
quia extunc est dominus actuū suorum
vt per se posset contractus facere te
stamentum condere heredes sibi insti
tuere ⁊ alia facere que ius positiuū
ordinat / scd̄m diuersum modum ge
ncium ciuitatū prouinciarum et regnoꝝ
sed nullum posset ordinare / aliquid
quod esset contra preceptum legis
nature / quia iam non esset statutum
sed destatutū / nec lex a legando vel
legendo sed magis lepra ab inficiendo
Scd̄m enim Aug.ᵐ Eciamus lex hūana
multa concedat ⁊ permittat / quia p̄
diuinā legem corrigitur / nulla tn̄
lex danda est si iusta nō est / lccō y

Tunc accedentes discipuli eius
dixerunt ei Scis quia audito hoc
verbo pharisei scandalizati sunt At ille
rndit Omnis plantacō quam non
plantauit pr̄ meus celestis eradica
bitur. Sinite illos / Ceci sunt duces
eorum · Cecus autem si ceco ducatum
p̄stet ducatum prestet ambo in foueā
cadunt Respondens aute petrus dixit
ei Edissere nobis parabolam istam At il
le dixit Adhuc et vos sine intellcū estis
Non intelligitis / quia omne quod in
trat in os in ventrem vadit et in secess
sum emittitur / Que aute procedunt
de ore de corde exeunt / ⁊ ea coinquinat
hominem / de corde enim exeunt cogitacō
nes male homicidia adulteria fornica
cōnes furta falsa testimonia blasphe
mie · Hec sunt que coinquinant hoīem
Non lotis aute manibus manducare
non coinquinat hominem ¶ Posita phari
seorum xp̄i discipulos increpantium confu
tacione In parte ista vt supra dicebat
eorū ta ponit / eorum ex tali confutacone
perturbacōnem · Et p̄mo ponitur pertur
bacionis eorum p̄ aplos notificacōnem
Secundo p̄dicte perturbacōnis per xp̄m
augmentacio / Et tercio ponitur cuiusdā
dicti supius declaracio vel exposicio Qn̄
tum ergo ad p̄mū dicit ewn̄ca · q̄ tūc co
futatis scilꝫ phariseis accesserunt discipuli
ad xp̄m / ⁊ dixerunt Scis audito hoc verbo
scandalizati sunt / Audito inquā vbo de
ciborum dicta / dixerat enim xp̄us q̄
nichil intrans in os coinquinat hominē
per quod videbatur dicere omnia ciba
ria ex sui natura esse munda ⁊ quia phari
sei multam differenciam faciebant / in cibis nō
comedentes porcos ⁊ animalia nō rumi
nancia in pectore nec pisces nō hn̄tes
squamas / ideo audito q̄ xp̄us nullam
in cibo posuerat dicam simul cum hoc
quia erant confutati p̄ eum vehementer
sunt scandalizati / Quantum vero ad se
cundum est talis racio / illi nō sunt deoꝝ
scandalo ⁊ perturbacione remouendi q̄
non sunt plantacio a deo patre plantata
sed nimis cecata ⁊ qui sunt ceci mandatoꝝ
dñce priuati ⁊ duces cecoꝝ alios in precipi
ciū trahentes sed tales sunt scribe ⁊ phari
sei ergo in eorum scandalo ⁊ perturbacōe
sunt relinquendi ⁊ non remouendi propter

eorum duriciam et maliciam. ¶ Centum autem ad tercium est racio talis illa coinquinant et deturpant hominem spiritualem in anima que sunt contra divina mandata sed ex malis cogitacionibus que exeunt de corde hominis fiunt homicidia contra illud mandatum non occides / adulteria et fornicaciones contra illud mandatum non mechaberis. furta contra illud mandatum non furtum facies. falsa testimonia contra illud non dices contra proximum tuum falsum testimonium. blasphemie contra illud non assumes nomen dei tui invanum ergo ista vicia coinquinant hominem spiritualiter / sed non lotis manibus manducare que est tradicio phariseorum non coinquinant hominem.

¶ Sed hic possunt esse quatuor dubitaciones. ¶ Prima utrum xpistus in sua predicacione vel doctrina perturbacionem iudeorum debuerit vitare. ¶ Secunda utrum quilibet doctor ecclesiasticus scandalum suorum auditorum vitare debeat. ¶ Tercia utrum omne quod intrat in os natura extra pellit vel aliquid in virtutem humane nature convertat. ¶ Quarta utrum anima hominis principalius sit in corde quam in aliis membris.

¶ Ad primam est dicendum quod doctrina xpisti fuit omnium hominum salvativa et ad vitam eternam productiva. Iuxta illud quod petrus ei dixit. Joh. vi. domine ad quem ibimus verba vite eterne habes. salus autem multorum pati aliquorum contumeliam magnorum et seniorum / si senes sunt etate et non morum honestate et doctrine veritate preponenda est quia commune bonum cuilibet particulari preponendum est. Nunc autem est ita quod pharisei et scribe iudeorum multipliciter impediebant ipsi salutem / ne xpisti doctrine audiendo et secundum ipsam operando salvarentur. Ideo eorum perturbacionem providendo paci et saluti multorum vitare non debuit. impediebant quidem ipsi salutem eorum dolositate quia semper ad dicta et facta insidias et calumpnias preparabant et dolos excogitabant. Secundo eorum perversitate quia totam legem moisi datam illi populo ad salutem eorum pro congruencia illius status superstitione et cupiditate ipsorum depravabant et pervertebant. Tercio eorum auctoritate quia cum ipsi essent maiores et seniores in populo xpisto in doctrina sua contradicebant et rebellando et resistendo et inducebant et cogebant alios ut eius doctrine resisterent / et propter ista tria nolendo xpistus saluti iudeorum providere scandalum et turbacionem eorum non vitavit / sed ait discipulis dicentibus. Scis quia audito hoc verbo pharisei scandalizati sunt. Sinite eos scilicet turbari et scandalizari quia ceci sunt et duces eorum cecorum.

¶ Ad secundam est dicendum quod secundum Iohannem scandalum sepe in scriptura nominatum nos offendiculum vel ruinam et impactionem possumus appellare. Doctrina ergo ecclesiastica ecclesiastici doctoris ex parte sui debet esse sine offendiculo quia nichil in eo debet esse dictum vel factum minus racionabiliter quod auditoribus offendiculum prebeat / vel quod pedibus eorum ruinam et impactionem ponat ad pergendum per viam salutis / secundum quod modum dicit apostolus prima ad Cor. x. Sine offensione estote omnibus iudeis gratis et ecclesie dei. Secundo ex parte eorum coram quibus loquitur quia quoque infirmitati auditorum doctori debet condescendere / et dato quod ipse non faciat aliquid vel dicat minus racionabiliter racione tamen infirmitatis et imbecillitatis auditorum minus racionabiliter indicatur et tale similiter offendiculum doctor vitare debet sicut licitum erat apostolo quecumque cibaria comedere et coram quibuscumque et tamen quia infirmi in fide scandalizabantur si coram idolis comedebat carnes dixit prima ad Cor. viii. Si scandalizavero fratrem meum non comedam

carnes inducunt. Tercio ex parte doctrine
quam docet. quamuis enim veritas doctrine
propter scandalum pretermittenda non est
tamen quia dicere omnem veritatem
coram quibuscumque posset in offendiculum
tedii vel erroris prestare est quandoque veritas
tacenda ut vel minus malum ex il
la veritate non sequatur vel tedium
non generetur vel error inducatur ergo
doctor ecclesiasticus debet vitare scanda
lum et offendiculum auditorum ut
sua doctrina sit sancta in conuersatione
discreta in auditorum comparacione et
optima in tempore et loco vel personarum
comparacione. Ad terciam est dicendum
quod magister sentenciarum singularis opinionis
fuit. In hoc voluit enim ut patet in 2° sententiarum
xxx d. in . Illud solum esse de veritate
humane nature quod quis trahit ex su
is parentibus per multiplicacionem sui ip
sius sine additamento alterius extrin
sece substancie ita quod adam modicum
quod immisit et eva ad substanciam et naturam
filiorum in quibus aliud multiplicatum
missum fuit aliquod modicum in aliis
filiis et sic per multiplicacionem sui tota
species humana generis implebitur cum
illo quod quis trahit ex suis parentibus
multiplicato in seipso quilibet resur
get. De cibis vero et potibus nichil con
uertitur in veritatem nature humane
sed solum fomentum quoddam recipit ne
deficiat et hoc magis probat auctoritate
ista. omne quod in os intrat in ven
trem vadit et per secessum emittitur.
similiter exemplo illorum quinque panum
quos christus multiplicauit in seipsis sine
additamento exterioris substancie et exemplo
pueri morientis statim cum nascitur
antequam de cibo aliquid in eius carnem
conuertatur cuius caro nisi augmentetur
in seipsa non resurget in statura perfecta
quam habuisset si vixisset. sed ista opi
nio magistri non tenetur quantum ad opera corporis

nos secundum Augustinum ad miraculum recurrere
non debemus sed augmentacio hominis
usque ad debitam staturam cum qua resur
get potest fieri per conuersionem cibi in carne
absque miraculo. ideo dicendum est quod non
totum alimentum sumptum per os natura
extra expellit. sed quod magis est subtile
et purum in membra conuertitur. quod vero
est grossum et terrestre natura per diuersas
partes expellit. Unde Iohannes super hunc
passum dicit quod aliqui ex hac sententia calup
niantur quod dominus more phisice disputacionis
ignorans putauit omnes cibos in ventre
ire et in secessum digeri cum tamen statim
infusi per artus venas ac medullas neruosque
fundantur. Ad quartam est dicendum
quod secundum Glosam Iohannis super hunc passum
principaliter dicam in cerebro. Sed ut ait
secundum xm principale est in corde quia dicitur
quod de corde exeunt cogitaciones male scilicet
ergo quod animam esse principaliter in corde
dupliciter potest intelligi. Primo substancialiter
secundum suam essenciam et sic in nullo membro
est principaliter quia tota est in corpore toto
et tota in qualibet parte corporis. Secundo
virtualiter per suam operacionem et sic vir
tus et operacio anime primo apparet in corde
secundo in epate tercio in cerebro. In istis
enim tribus membris virtus est primo
manifestatur. quod tripliciter probatur.
Primo ex eorum informacione. Secundo
ex eorum operacione. Tercio ex eorum situacione.
Nam secundum Auicennam generantur ista membra
et formantur ex sanguine. In sanguine enim
est aliquid subtile et purum aliquid vero
grossum adustum et quasi accensum aliquid
flemmaticum et frigidum. cor ergo est membrum
primo formatum in animali quia formatur
ex sanguine magis puro et subtili. Epar
vero secundum quia generatur et formatur
ex sanguine accenso et adusto et grosso.
Sed cerebrum formatur in ultimo loco quia genera
tur ex sanguine flemmatico et frigido. est
enim sanguis adustus vel accensus vel flem

maticus qui superfluitas sanguinis puri et
subtilis sicut videmus quando homo minu
it sanguinem Unde sicut superfluitates
deriuantur ab eo cuius superfluitates sunt sic
formatio cordis ex sanguine puro prior
est formatione epatis et cerebri Secundo
hoc patet ex eorum operatione sunt enim
tres species vel tres operaciones principales
in ali puta vitalis naturalis et nutrim
tales Et animalis vel sensualis utitur
operatio vitalis primo in corde apparet
ymo per venas pulsatiles vitam mittit
in omnia membra ideo continue mouetur
secundum diastolem et systolem vel pulsum
et tractum quia cor primo viuit et ultimo
moritur Et quia statim cum aliquid viuit
et mouetur indiget nutriri Ideo operationem
naturalem recipit cor mediante epate
in quo fit digestio et particio nutrimenti ad
singula membra et quia animal aliter non
viuit nisi senciat ideo operationem animalem
vel sensualem recipit cor mediante cerebro
in quo virtus sensitiua fundatur Tercio
istud apparet ex eorum situacione Quia enim
cor viuit et motum vite mittit ad omnia
membra Ideo situatum est in medio aliis
Epar vero racione caloris ut possit cibum
decoquere positum est in dextra parte quia
in maiori mundo dextrum est unde oritur
solaris calor et sic in homine vel in minori
mundo natura imitatur sed cerebrum
situatum est in superiori parte ut a remo
tis rerum noticiam habere possit Lectio iii

Et egressus inde ihesus secessit in partes
tyri et sydonis Et ecce mulier chana
nea a finibus illis egressa clamauit di
cens ei Miserere mei domine fili dauid
filia mea a demonio male vexatur
Qui non respondit ei verbum Et acceden
tes discipuli eius rogabant eum dicentes
Domine dimitte eam quia clamat post
nos Ipse autem respondens ait Non sum
missus nisi ad oues que perierunt do
mus israhel At ille venit et adora
uit eum dicens Domine adiuua
me Qui respondens ait Non est bonum
sumere panem filiorum et mittere
canibus At illa dixit Etiam domine
nam et catelli edunt de micis que
cadunt de mensa dominorum suorum
Et cum transisset inde Tunc respondens
ihesus ait illi O mulier magna est fi
des tua fiat tibi sicut vis Et sana
ta est filia eius ex illa hora Posita
plurimorum ex eorum constitucione perturbacione
In parte ista ut supra dicebatur
euangelista ponit mulieris chananee fidei
commendacionem commendatur hic mulier
specialiter ex iiii^or Primo ex eius peticione
nam petebat eius filiam a demonio
liberari Secundo ex eius despeccione
despecta quantum enim fuit magis in
eius peticione tanto plus in petendo
importune permansit Tercio ex eius in
terna inspiracione Nam non potuisset
sic sapienter sic fideliter christo respondere
nisi fuisset ab eo interius inspirata
Quarto ex eius impetracione tantum
enim impetrauit quantum voluit
¶ Quantum ergo ad primum dicit euangelista
quod egressus ihesus inde de iudea venit
ad partes tyri et sydonis que erant ciuitates
gentilium ecce mulier cananea a finibus
illis egressa clamabat dicens Mise
rere mei fili dauid Marcus dicit quod ad christum
existentem in domo venit et utrumque
fuit verum ut dicit Augustinus quia primus
venit ad ihesum in domo et cum ibi non au
diret eam tunc christo recedente cepit
post eum clamare ut filia eius a demo
nio liberaretur ¶ Quantum vero ad se
cundum ait quod christus non respondit ei verbum
Ubi notatur despectio istius mulieris
primo quia ei non respondit Secundo quia
discipulis rogantibus ut dimitteret eam
cum impetracione sua eius quam expectabat
non audiuit dicens non se esse missum

nisi propter oves salvandas domus israel. Tercio quia ipsam non exaudivit cum ad eum non pervenit sed magis iniuriam irrogavit appellans ipsam et alios gentiles canes, et iudeos filios. Quantum ergo ad tercium dicit quod ipsa fuit confessa se et alios gentiles non solum esse canes et catellos, et iudeos non solum filios verum eciam dominos, et sicut dominorum est sive catellis dare non panes integros sed micas et reliquias aliquas aborum. Sic petebant ut sibi aliquod beneficium tribueretur eius mia et pietate. Sed quantum ad quartum ait sibi esse dictum a christo mulier magna est fides tua ideo fiat tibi sicut vis, ac si diceret ut Crisostomus exponit fides tua sic est magna quod maiora hiis meretur impetrare verumtamen interim fiat tibi sicut petis. Sed hic possunt esse quatuor dubitaciones. Prima utrum chananeis primo fuit nomen servitutis impositum. Secunda utrum decens fuerit christum isti mulieri non respondere. Tercia utrum fides eius fuit magna. Quarta utrum filii in fide parentum a demonio liberari. Ad primam est dicendum quod hanc questionem non determinat Augustinus 19. de ci. dei per hunc modum quod nomen servitutis vel potest dubitari per quos primo fuit acquisitum vel quibus primo fuit impositum vel a quibus fuit derivatum, si ergo queritur per quos primo acquisitum planum est quod per primos parentes nostros quia homini in primordio sue creacionis non dictum est ut dominaretur homini sed bestiis terre et piscibus maris. Unde et primi nostri patres antiqui non hominum reges sed pastores pecorum dicti sunt. nomen igitur servitutis secundum Augustinum non meruit natura sed culpa peccati, propter peccatum igitur primorum parentum nomen servitutis fuit primo acquisitum. Sed si queratur quibus primo fuit impositum dicit Augustinus quod nusquam scripturarum legimus servum antequam hoc vocabulo noe iustus peccatum filii vendicaret. cum enim noe post plantacionem vinee inebriatus nudatus staret, et tamen verenda patris vidisset nec cooperuisset cogitare post evigilacionem dicit maledictus puer chanaam servus servorum erit fratribus suis chananeis ergo secundum augustinum primo nomen servitutis impositum est in vindictam peccati cham filii noe a quo dicti sunt chananei, a quo civitas sodomorum nominata est ut patet Gen. x. Si queratur a quibus hoc vocabulum derivatum est dicit Augustinus quod creditur in latina lingua creditur nomen servitutis originem traxisse ab illis qui iure belli poterant a capientibus occidi a quibus postmodum servati et non interfecti dicti sunt capiencium servi a servando dicti eo quod servabantur qui iure belli eos occidere poterant. ex hoc ergo casu quia chananeis in vindictam cham peccati patris eorum servitutis nomen primo impositum fuit ista mulier chananea filios israhel et iudeos dominos appellavit quia sub eorum dominio et servitute existebant. fides tamen christi eos liberos facit quam ipsi receperunt. Unde cananei interpretantur commutantes quia servitutem in libertatem et terrena in celestia commutaverunt et hoc fuit commutacio dextere excelsi. Ad secundam est dicendum quod christus ihesus non indidit statim mulieri vel rogati vel clamanti, nisi processit de phariseorum superbia sed de profunda divina sapiencia et assignantur ad hoc quatuor rationes secundum Crisostomum et Jeronimum. Primo propter sui precepti observacionem. Secundo propter fidei mulieris probacionem. Tercio propter apostolorum deprecacionem. Et quarto propter iudeorum perversitatem, dixerat enim supra salvator discipulis in viam gencium ne abieritis et civitates samaritanorum ne habitaveritis quamvis ipse non esset obnoxius

istius precepti quod discipulis dederat voluit
tamen observare quia dato quod venerit per
partes tiri et sidonis que erant civitates
gentium non venit causa predicandi. Unde licet
eciam occasionem calumpniantibus iudeis auf-
ferret mulieri chananee que secundum marcum
erat gentilis et genere sirophenissa idest
de siria phenicis non respondit nam salvare
omnes non venisset omnes salvare sed propter
mulierem gencium salutem passionis et
resurreccionis tempori reservabat. Se-
cundo hoc fuit propter eius fidei probacionem
Non enim secundum Johannis sententiam in sua
canonica statim est omni spiritui credendum
sed probandus est spiritus an ex deo sit et
specialiter cum aliquis de dispari cultu vult
ad fidem venire probanda est eius con-
stancia et paciencia quod et xpistus fecit de
ista muliere quia eius constanciam et paci-
enciam probavit constancia sibi respondeo
paciam ipsam caniculam appellando et
iniuriam sibi dicendo. Tercio propter apostolorum
deprecacionem In hoc enim quod statim ei non
respondit excitati fuerunt discipuli ut pro ipsa
rogarent ostendens per hoc esse necessarias
esse preces sanctorum ad aliquid impetrandum
non quod sanctorum precibus deus flectetur
sed eius propositum adimpletur ymaginatur
enim dyonisius 3° capitulo de divinis nominibus sic nos trahi ad
deum precibus sanctorum sicut ascenderimus
quandam navem et teneremus quosdam funes
nobis in auxilium datos ex quadam fixa
petra ad nos directos planum est quod non nos
petram sed navem et nos ipsos per funes is-
tos ad petram ducemus. Quarto propter oracionis
perseveranciam non enim cum homo aliquid
petit a deo et non exauditur debet propterea
ab oracione cessare sed perseverare et per
noctare in oracione debet quia secundum augustinum
Sepe que petuntur a deo non dantur cum
petuntur ut tempore congruo dentur.
Ad terciam est dicendum quod in fide qua-
tuor consideranda sunt. Primo obiectum

quod creditur. Secundo operacio que ex
ipsa progreditur. Tercio subiectum quod
sibi substernitur. Et quarto iniuria quam
quis pro ipsa patitur. Ex istis ergo
quatuor fides unius potest dici ma-
ior fide alterius. primo credibilium
explicacione ut si quis plura explica-
te credit quam alius. Secundo operis con-
fessione ut si quis ferventius confitea-
tur que sunt fidei quam alius. Tercio sub-
iecti devocione vel humiliacione ut si
quis plus se subicit et plus se humi-
liat deo et omnibus propter deum quam alius.
Quarto iniuriarum pacifica tollera-
cione quia paciencia ut dicit apostolus
fidelibus xpisti necessaria est. Ex hiis ergo
iiii°r fides istius mulieris magna fuit.
primo eius quod credit explicacione
quando dixit miserere mei domine fili
david. In quantum enim xpistum dominum
appellavit explicavit eius divinitatem
quia secundum ambrosium domini nomen est nature
et potestatis quod soli deo competit. In
quantum vero dixit fili david explica-
vit eius dignitatem humanitatem
quia filius david non est nisi propter
humanitatem quam de virgine assumpsit
et in hiis duobus totum nostrum credere
salutiferum consistit. Iuxta illud Joh.
xx°. Hec autem scripta sunt ut cre-
datis quia ihesus est filius dei et ut cre-
dentes vitam habeatis in nomine ipsius.
Secundo operis confessione quando ait fi-
lia mea a demonio vexatur fervore
enim eius ostendit fidei quia credidit so-
li per xpistum eius filiam posse a demo-
nio sanari ut ieronimus dicit. Tercio sui
humiliacione quia se non canibus sed
catellis comparavit ac si diceret ut
Crisostomus dicit. Bene scio quod indigna panem
totum vivo descendentem de celo recepi
et tua beneficia integre ego autem mi-
cas peto et modica tuorum beneficiorum

partem z dummo non sum alienata me
sa dominorum comedere pro gra hret
non solum in nro canu vinearam in
nro catulorz computare Quarto
invitaru pacifica tolleracone quia to
ties a xpo repudiata quia in clamori
bus fatigata tamcila appellata con
stans fuit et paciens sciens q pacia
opus pfcm habet ¶ Ad quartam est
dicendum q sicut Beda dicit aiia vi
ppter humilem z fidelem mris simone
demon deserit filiam vt discam per
hoc qm in bapmo puuli in fide prntu
a demonio liberatur quia nec p se n
p alijs aliquid boni vl mali agere
possunt Unde hec mlr non dixit dne
adiuua filiam meam vl sana mea
filiam Sed ait miserere mei z adiu
ua me ac si in persona filie peteret
a demonio liberari filiam q illa ab
eo possessa petere ppa voluntate no
valebat Ideo vt dicit Remigius
Hoc venit consuetudo eccle vt
in fide prentum pueri cathetizentur
z baptizentur quia sicut fide istius
mlieris saluata est filia ita fide ca
tholicorum vnorz pcta puulorum
relaxentur z hoc intelligitur quod
non sunt tante etatis z rationis
vt per se fidem promittere deo pos
sent z hoc satis conuenit vt sicut
puuli ipi no sunt peccato obnoxij
et a demonio rone illius originalis
peccati possessi sed vnorz prentu
voluntate sic aliorz fidelitate ab
ipo pcto conuenit vt purgentur
et a diabolo liberentur z xpo incor
porentur ac membra eius in posterum
efficiantur lcto iiij lcco iiij

Et cum transisset inde ihus ve
nit secus mare galilee Et
ascendens in montem sedebat ibi Et ac
cesserunt ad eum turbe multe hntes se
cum mutos claudos cecos debiles et ali
os multos z proiecerunt eos ad pedes eius
Et curauit eos ita vt turbe mirarentur
videntes mutos loqntes z claudos am
bulantes et cecos videntes Et magni
ficabant deum israhel Ihus autem con
uocatis discipulis ait Misereor turbe
quia iam triduo pseuerant mecum z
no hnt quod manducent Et dimitte
eos ieiunos nolo ne deficiant in via
Et dicunt ei discipuli Unde ergo nobis
in deserto panes tantos vt saturemus
turbam tantam Ait illis ihus Quot
panes hetis At illi dixerunt Septe
et paucos pisciculos Et precepit turbe
vt discumberent super terram Et ac
cipiens ihus septem panes z pisces z
gratias agens fregit z dedit discipu
lis suis z discipuli dederunt populo
Et comederunt omnes z saturati sut
Et quod supfuit de fragmentis tule
runt septem sportas plenas Erant
autem qui manducauerunt quatuor mi
lia hoim extra puulos et mlieres Et
dimissa turba ascendit in nauicula
z venit in fines magedan ¶ Posita mli
eris cananee fidei commendacione In
pte ista vt sup dicebatur ostenta po
nit turbe expectantis xpm saturacom
Sedm enim euuglm duabus vicibus xpus
panes miraculose multiplicauit ad
saturandum ppln In prima vice multi
plicauit quinq panes z duos pisces
z quinq milia hoim sunt refecti In
secunda vero multiplicauit septem
z pisciculos paucos et quatuor mi
lia sunt comedentes et qui vnus
euuglista posuisset vnu miraculum
z alius posset videri vnus alteri co
trarius Sed aug z aug de vtroq mira
culo facit mencom Utrumq credendum

indubitanter indubitanter a domino fuisse factum et ponitur quinque in hoc miraculo per ordinem. Primo turbe expectatis occasio. Secundo ihesu xpi super ipsam miseracio. Tercio discipulorum interrogacio. Quarto miraculi perpetracio. Quinto miraculi conclusio et terminacio. Quantum ergo ad primum dicit evangelista quod recedens ihesus de finibus gentilium venit ad mare galilee et ascendit in montem et multe turbe accesserunt ad ipsum ponentes eorum infirmos ante pedes eius et statim sanavit omnes ita ut mirarentur. Nam mirabantur demonstratorum utilitate quia utiliter videbantur cecos mutos claudos videbant curatos et de curacionis facilitate quia statim curavit et non tardavit tamen sicut in curacione mulieris chananee et hoc ut fidem illius probaret et infidelitatem iudeorum reprobaret vel increparet. Sicut dicit Glosa. Ista ergo fuit causa quare turbe xpistum expectabant ut eorum infirmos curaret. Quantum vero ad secundum dicit quod misertus est ihesus super turbas quia triduo expectabant eum et non habebant quid manducarent. Non enim venerant ad manducandum sed ad infirmos eorum curandum. et in hoc ut dicit Glosa xpistus ondit vere divinitatis et humanitatis signa. Nam divinitatem ondit in panum multiplicacione humanitatem vero in turbe miseracione et compassione. Quantum vero ad tercium dicit quod discipuli interrogabant ihesum unde tantam multitudinem possent saciare in deserto cum non haberent nisi septem panes et pisciculos paucos quos inter tantos dispensare eis parum videbatur. In quo ut Crisostomus dicit admirari debemus in apostolorum veritatis amore et inter honorem quia ipsi scribentes non occultant eorum magnos defectus. nam

non est quod talibus accusacio eorum in tali signo facto confestim oblivisa. Quantum autem ad quartum dicit quod accepit ihesus vii panibus eos benedixit et fregit et dedit discipulis ut turbe apponerent in signum quod hec multiplicacio differebat a prima. Nam ibi quinque panes ordeacei multiplicati sunt in signum quinque librorum moysi legis veteris qui duri erant et fortes. hic autem septem et non ordeacei multiplicati sunt in signum multiplicacionis et divisionis septiformis gratie spiritus sancti per quam dulciter et leniter reficiuntur illi qui in nova lege pascuntur. Sed quantum ad quintum ait quod comederunt omnes et saturati sunt et tulerunt de superfluo septem sportas. et qui manducaverunt erant quatuor milia propter quatuor mundi partes de quibus omnis congregata est xpi ecclesia quod vero ibi duodecim cophini et hic septem sporte recollecte sunt secundum Crisostomum vel fuit quia sporte maiores cophinis erant vel diversitatem hanc fecit ut fortius hec miracula eorum memorie imprimerentur. Ut ibi duodecim cophinos iuxta numerum duodecim apostolorum. hic vero septem sportas iuxta numerum septem panum posuit. Sed hic possunt esse quinque dubitaciones. Prima utrum xpisto sit proprium misereri. Secunda utrum xpisto sit proprium nos a miseriis relevare. Tercia utrum omnibus misereri sit actus meritorius et virtuosus. Quarta utrum sit melius homini habere caritatem vel misericordiam. Quinta utrum omnia que impediunt vel excludunt misericordiam in homine sicut peccata. Quantum ad primam est dicendum quod secundum ysodorum in libro de summo bono misericordia a compaciendo aliene miserie vocabulum sortita est ille igitur

alteri miseretur qui alterius miseriam
sicut suam computat. Istud autem contingit
tripliciter. Primo propter amoris dilectionem et sic homo
compatitur amicis et benefactoribus suis propter
amorem quem habet ad ipsos quia sicut a-
mor habet amare amatum amanti
sic facit miseriam et tristiciam amati esse
miseriam ipsius amantis. Secundo propter
naturale nature assimilacionem et sic homo
naturaliter hominibus omnibus miseretur plus
tamen et minus secundum maiorem et minorem
assimilacionem. Unde dicit philosophus ii° rethorice
quod magis miseretur similes secundum etatem secundum
mores secundum dignitatem secundum generacionem
secundum genera similes similibus quam aliis. Tercio
propter doloris percepcionem et sic homo mise-
retur filiis et parentibus et propinquis aliquando magis
quia homo dolorem et passionem talium in
se ipso percipit et portat et ideo dixi aliquando magis
quia homo dolorem et passionem talium
in se ipso percipit et portat et ideo dixi aliquando
quia secundum philosophum ii° rethorice magis homo
debet talibus condolere quam miserari. Unde
recitat ibi quod amasius non ploravit
cum duceretur filius eius ad mortem nec se-
cum habuit cor miserabile sed durum est
quod aliud a miserabili et misericordie est ex-
pulsivum sed semper amico suo qui exspec-
tabat mori ploravit et cor miserabile
habuit. Rarum tamen modo tum portamus
filiorum et propinquorum dolorem compatimur ei
eis quia passionem eorum primam facimus
per concepcionem illius doloris et in aliquo
pidemus eos habere et sustinere sicut dice-
bat David de filio suo quis michi det
ut ego moriar pro te fili mi absolon.
Istis ergo tribus modis proprium est christo
misereri. Primo inquantum ipse est
deus propter amoris dilectionem. Unde sibi dici-
tur misereris omnium domine et nichil odisti
eorum que fecisti. Secundo inquantum est
homo propter nature assimilacionem. Unde
apostolus ad hebreos ii° quod debebat eum per omnia
fratribus similari ut misericors fieret. Tercio
inquantum passus et mortuus propter hominem.
Unde dicit apostolus quod non habemus pontificem
qui non compaciatur infirmitatibus nostris
temptatum autem per omnes dolores et pas-
siones per similitudinem absque peccato super quo
verbo dicit Glosa christus medicus qui cum in
fronte non fuit infirmatus curare nostras
propter ista vero tria sibi proprium est mise-
reri semper et parcere. Quid secundum est videndum
quod homo post peccatum constitutus est in
triplici miseria. Primo in miseria pec-
cati vel culpe quia non est homo qui non
peccet et non indiget dei gracia. Unde dicit
propheta quod omnes declinaverunt et non fuit
qui faciat bonum a adam usque ad christum.
Secundo in miseria nature que miserie sunt
mortis vulneracio infirmitas afflictio
senectus fames sitis nuditas et omnia
alimenta indigencia. Nam secundum augustinum
tot miseriis tot angustiis tot laqueo-
ribus tot temptacionibus est subdita natura
humana quod nec omnia libris medi-
corum ut arbitror comprehensa sunt. Tercio
in miseriis fortune quia divicias et
alia bona temporalia quorum fortuna
est domina nunc homo subito acquirit
nunc subito perdit et nunc ballatur filiis
amicis servis et cum hac potencia nunc omnibus
predictis mudatur et privatur. Dicamus
ergo quod solus christus potuit et potest uber
ab ista triplici miseria nos relevare
et dico uber quia potest homo hominem
relevare ab hac miseria vel ab illa
sed universaliter ab omnibus non nisi humani
generis salvator. Nam habuit christus univer-
salem mundiciam quia solus sine sorde
peccati et culpe. Secundum enim ysidorum in libro
de summo bono nullus malis misericors
esse potest qui prave vivendo in se ipso miseri-
cors non est quia qui sibi nequam est
nulli bonus potest esse. Secundo habuit
universalem potenciam quia subest sibi cum
voluit posse. Solus enim ipse vite et

z mortis habet ptatem ideo solus potest
releuare a miseria nature ipse enim per
cutit z sanat deducit ad inferos z redu
cit. Tercio hic ulem clementiam quia
pius z clemens est dominus deus z mia
eius sup omnia opera ei9 ideo qz nouit
esse opptunu releuat a miseria fortu
e q pauperem facit z ditat humiliat et
sublimat ut sedeat cu principib3 z soliu
regni teneat ideo xpus trahebat ad se ve
nientes s a pctis purgabat Quantum
ad releuacom prime miserie nuc ab
infirmitatib3 curabat Quantu ad
releuacom secunde nuc panib3 z piscib3
saturabat Quantum ad releuacionem
tercie z ideo ppriu est sibi nos ab omi
miseria releuare ¶ Ad terciam e dom
q semp sunt extrema vituperanda qa
actus virtuosus z meritorius 9sistit in
medio mia ergo ut est virtus tenet
mediu inter crudelitate z molliciem qz
nulli miseret est crudelis qui no oib3
est mollis z muliebris sed qui misetur
indigne pacientib3 z non miseret digne
pacientib3 tenet mediu z dicitur vere
miscors ut mia est virtus laudabilis
z meritoria potest homo aut quantum ad
pnis digne pati trip3 primo ex sue nr
condicoe. Nam infirmari mori senescere
z esurire sitire sunt condicones nature
humane post pctm alie passiones
meruerunt nobis primi parentes in pna
omi nrm peccantes quia peccantibus
omes nos peccamus. Vn greg dicit q
quidq patimur pcta nra meruerunt
z natura sic condicionata equaliter reppi
in omnibus defectibus naturalib3 supra
compati dictis z misereri virtuosum
est et meritorium et qz sic naturam in
uenit inmist z pctorib3. Ideo racione n
omnibus compaciendu est. Secundo ex
sua elecone q quidem homo talia

eligat bona quib3 de se no sunt co
iuncta vl annexa mala excecientib3
cum fortuitis z casualib3 puenint
homi aliqua mala sic patientibus
compati z misereri est virtutis et
meritorium. Si vero eligat aliqua bo
quia nullus p se eligit mala quib3
homo de se sunt annexa mala sicut
eligere delectari cui est annexa formica
cio sic pacientibus compati vl mise
reri z nolle eos puniri z pati pp er
pcta comissa no est virtutis n mia
Sed tercio hic contingit ex sua opa
cone quia si homo sp egit bonu ex q
merito bonu z non malu sibi deberet pro
uenire si mala sic agenti puenit q
deo pmittente frequenter contingit iuxta
illud Ecc 9o sunt iusti quib3 mala p
uenit ac si facta egerint impiorum
sic pacientibus compati z misereri est
maxime virtutis e que semp praua
opantib3 si mala puenit ei no est
compaciendu z sibi bona est dolendum
¶ Ad quartum est dicendu q mia est vtq
meritoria non pt esse sine caritate que
est radix merendi nec caritas sine m
cludit dileconi dei z proximi. potest ee
sine mia Sed queratur quid istorum sit me
lius homi hre dato q vtruq sit bonu
z unu sine altero esse no possit dom
est q si queratur quid sit melius homi
pp se melius est homi caritate hre
q miam quia p caritatem homo deo
suo superiori coniugitur z unitur in quo
est totu bonu hominis quia efficitur
p amorem idem cu eo Iuxta illud apli
Qui adheret deo p caritatem unus
spus efficitur cum ipo p miam vero
defectibus minor subuenitur z planu
est q melius est homi pp se coniun
gendo suo superiori q subueniendo defectib3
sui inferioris vl equalis Sed si q
ritur si sit homi melius vl maius

mitum pter alterum et pter bonu quod
sibi ex altero pueniet melius est sibi hre
miam q si de talibus proximoz subueniret
tle mitum ex ope minime sibi no pueniret
¶ Sed quantum est dicendum q phs ijo retho
ponit principalr iiijor que phibitiua sut
mie primo namq felices qui nuq a
liqua mala expti sunt nec putat se posse
experiri nisi misereant et quia talib cru
delitas in miserendo est annexa sine p
cato esse no pnt Secundo inuidi no mi
serent quia inuidi gaudent de malis qru
cunq et tristant de bonis Unde cu miia
sit tristicia de malis alioru inuidi no mi
serent et quia inuidia est pctm ideo pctm
est quod sic excludit miam Tercio con
tumeliosi st sine mia qui em contume
liam volunt et iniuriam aliis inferre
absorbentur iracudia Ut plene recimari
no valent q ipi sint talia passi vel q ex
istiment se talia posse pati ideo no mi
serentur et isti sine pcto no sunt Quarto
stupefacti in seipis ex timore nimio vel
ex nimia passione quam sustinent no
misentur qz sic sunt intenta pprio timori
vel ppa passioni q compati vel misereri
aliis obliuiscitur et nec ista st omnino
sine pcto saltem obmissionis et sic patet
q omnia que excludut miam vel que st
phibita misericordie sine pcto esse non
possunt etc etc Cap — xvijm

Et accesserunt ad eum pharisei et sadu
cei temptantes eu et rogabant eu
ut signu de celo ostenderet eis Et ille rndes
ait illis Facto vespe dicitis serenu erit
rubicundu est enim celum Et mane ho
tempestas rutilat enim triste celu Facie
ergo celi diiudicare nostis signa auto
tpm no potestis scire Generacio mala et
adultera signu querit et signu no da
bitur ei nisi signu Ione pphe Et re
lictis illis abiit Et cum venissent dis
cipuli eius trans fretu obliti sut panes
accipe Qui dixit illis Intuemini et
caucte a fermento phariseoz et saduceoz At
illi cogitabant intra se dicentes Quia
panes no accepimus Sciens aut ihus
dixit eis Quid cogitatis int vos modice
fidei quia panes no hetis Nondu intel
ligitis neqz recordamini qnq panu in
quinqz milia homi et quot cophinos sup
sistis neqz septe panu in quatuor mi
lia homi et quot sportas sumpsistis Quare
no intelligitis qz no de pane dixi vobis
Cauete a fermento phariseoz et saduceoru
Tunc intellexerunt quia no dixit cauendu
a fermento panu sed doctrina phariseoru et
saduceoz ¶ Ostensio qualr ptas xpi in faci
endo miracula omnibus aplis fuit comu
cata In pte ista ut supra dicebatur ondit
qualr ptas sacerdotalis et eccle dignitatis
singulariter fuit petro recomendata et
possumus dicere q ista ps principalis diuidit
in ptes qnqz quia primo agit de pdicte i
stitucone ptatis Secundo de xpi ad co
firmacone huius transfiguracone Ter
cio de firma correcione Quarto de aploz
remuneracione Et qnto pdicat xpus
suis aplis suam passionem Sca ibi post
dies sex in principio xvij cap Tercia
ibi In illa hora in principio xviij cap
Quarta ibi Et fcm est in principio xix
cap Qnta ibi Simile e regnu celoz
in princo xx cap ¶ Sed intelligendum aut prime
ptis est sciendum q tria requirebant ad
institucionem eccle dignitatis et sacerdotal
ptatis que petro comissa est Primu
erat phariseoz sacerdoti veteris legis rep
bacio debebat enim fieri reprobacio p
oris mandati pter eius infirmitatem
et inutilitatem ut sic instatueret sicut
dicit aplus ad hebr vij Secundo xpi
diuinitatis fidelis et vera confessio q
sine fide xpi nuqm aliquis saluus est
Tercium fuit ipius xpi et aploz sanguinis
effusio quia scdm aplm oportebat per
passionem consumari ut pontifex fieret

sine enim sanguinis effusione fiebat remis-
sio peccatorum et ideo totum presens capitulum dividitur
in has tres partes sed ista tria que ad pie-
tatem sabbatalem requirunt. Secunda ibi
Venit ante ihesus. Tertia ibi Venit precepit
discipulis. ¶ Propter duo ante mito partis sacer-
dotalis phariseorum et scribarum sunt reprobandi
primo propter eorum maliciam. Secundo
propter eorum pravam doctrinam et falsam
scienciam. ¶ Quantum ergo ad primum dicit
evangelista quod facto miraculo de septem panibus
dimissa turba ascendit in naviculam ea-
dem racione sicut supra in exemplo vitandi
vanam gloriam. Venit in fines macedon
marci dicit dalmanutha et est idem locus
secundum augustinum. Ingressus ibi accesserunt
ad eum pharisei signum de celo querentes ab
eo et est talis racio illi mito sunt repro-
bandi de eorum parte tamen generacio prava
mala et adultera qui temptacione querit
signa de celo quia facto vespere dicunt rubicun-
dum est celum ergo erit serenum mane
vero dicebant tempestas erit quia ruti-
lat triste celum efficiue enim celi emit-
tendo pluvias et frigidos et nebulosos va-
pores tristiciam causat. Unde consueti
sumus dicere quod istud tempus est triste
et melancolicum. Faciem ergo celi diiudicare
et pronosticare nostis per signa apparencia tem-
porum autem signa adventus mei primi
vel secundi propter vestram maliciam vel
invidiam non potestis scire. Quia igitur
vos pharisei estis tales ideo mito reprobandi
estis. ¶ Quantum vero ad secundum dicit quod
cum venissent transfretum obliti sunt discipuli
panes accipere et ihesus dixit eis Cave-
te a fermento phariseorum et est talis racio
eorum doctrina est reprobanda et caute ob-
servanda que inficit et corrumpit verum
sensum et veram doctrinam sacre scripture
sicut fermentum corrumpit farinam. Sed ta-
lis fuit doctrina ipsorum phariseorum ergo
talis doctrina mito fuit reprobanda et
tamen venenum observanda et cavenda. ¶ Sed

Fermentum

hic possunt esse quatuor dubitaciones
¶ prima utrum per signa que apparent in
celo homo possit iudicare de serenitate
et tempestate aeris. ¶ Secunda utrum per
arcum apparentem in nubibus homo pos-
sit iudicare diluvium aquarum non esse
futurum. ¶ Tertia utrum doctrina phariseorum
fuit mala et a malo deo data. ¶ Quarta utrum
doctrina veteris testamenti fuit a christo repro-
bata. ¶ Ad primam est dicendum quod per
celum rubeum iudicatur serenitas et per
triste celum iudicatur tempestas duplici-
ter potest intelligi primo litteraliter nam cau-
sa effectiva serenitatis et tempestatis
est sol sed materialis est vapor grossus
et aquosus elevatus superius virtute solis
a terra vel ab aqua. Quando ergo talis
vapor sursum elevatus rubet tali ru-
bedine que sit causata a sole predominante va-
porem desiccante et inflamante tunc
est signum serenitatis sed quando rubet rubet
tali rubedine que dirimet a radiis
solaribus emissis ad terram ipsum respici-
entibus quia tunc non perfecte desiccatur non
est signum serenitatis potissime quando est triste
et preoccupatum multis vaporibus humidis
et aquosis quia non est facta perfecta desic-
catio materie est signum tempestatis quam
serenitatis. ¶ Secundo potest intelligi secundum
exposicionem augustini spiritualem nam quod vespere
celum sit rubicundum in signum serenitatis
significatur christi passio per quam facta
est serenitas mentis humane et purgacio
peccatorum et hoc vespere quia vespere
sabbati lucifer iste ad inferos rediens
humano generi serenus apparuit. Per celum
vero triste in signum tempestatis secundus
adventus christi ad iudicium intelligitur in cuius
adventu dicente propheta erat tempestas
valida. ¶ Ad secundam est dicendum quod per
arcum in nubibus apparentem possumus
iudicare diluvium aquarum non esse futurum
auctoritate et racione ostendi potest. Auctoritas
est expressa Genesis 9 ubi habetur quod post
diluvium dixit dominus ad noe arcum meum

Cap^m xlvi

ponam in nubibus celi et erit signum federis
inter me et terram. ceterea subauditur
neque erit ultra diluvium aque ad destruendum
universam terram vel carnem. super quo verbo
dicit gloza. Arcum dedit deus in sig-
num securitatis ne homines formidolosi ti-
merent altero diluvio pluviarum delei
inundaciones aquarum sepe venientes et ideo
in celo per arcus positus est ut ab
omnibus in signum securitatis videri possit
et videtur dicere illa Gloza quod arcus non
fiat nisi a radiis solaribus et nube humida
quod ante diluvium non fuissent pluvie sed
ex rore celi et inundacione fontium terra
fuisset fecundata. Verum quia illa que
in Genesi leguntur et universaliter in veteri tes-
tamento et si litteraliter sunt facta ut narrantur
cum erant signa ad significandum aliquid
spirituale. ideo dicit predicta Glosa quod pos-
sumus per arcum illum positum in celo christum in-
telligere. ad quem in omnibus tribulacionibus
nostris debemus recurrere et ad ipsum respicere
in celo existentem. racio vero est talis quia sicut supra
dictum est quod causa effectiva pluviarum
est sol materialis vero est vapor humidus
virtute solis a terra et aquis sursum e-
levatus. Ista ergo duo possunt se habere in tri-
plici disposicione. quia quandoque calor solis
omnino superavit vapores et exsiccat eos
unde in terris calidis et in estate propter
propinquitatem solis pluvie aut nulle sunt
vel sunt rariores quam in hieme. quandoque vero calor
solis ad hoc valet quod vapores trahit
et multiplicat sed non superat eos neque
desiccat et tunc superhabundant pluvie et
est causa diluvii aquarum. sed quandoque medio
modo habet se quia virtus solis vapo-
res sursum trahit et tanta est quod non sinit
eos nimium multiplicare. sed non quod possit
predictos vapores exsiccare et ex hac me-
dia disposicione et comparacione solis ad
vapores causatur iris vel arcus quia
ad sensum videmus quod non apparet in nu-
bibus vaporibus omnino exsiccatis. et

neque omnino eis in aere superhabundantibus
quia ut dictum est virtus solis est tanta
quod non sinit eos multiplicare in tanta
habundantia ut diluvium aquarum sequatur
sed non est tanta quod eos omnino non habeat
desiccare et ideo arcus est signum quod aquarum
diluvium non sit futurum. ymo est signum
quod numquam fiet toto tempore illo quo du-
ravit talis disposicio media durat. ¶ Secunda
est dictum quod manichei dixerunt legem
veterem fuisse malam et ideo male quia
salvator dicit hoc cavendum esse a fermento
phariseorum et a doctrina ipsorum. et planum est
quod pharisei legem moysi observabant
in tantum ut a summo opere laborarent
si in aliquo dicto vel facto christi illi legi esset
contrarius et quia non cavetur nisi ma-
lum ex quo ab illa doctrina dicit esse
cavendum videtur quod sint mala dicenda
est ergo quod contrariorum dominorum contraria
sunt mandata et precepta quia salvatore
dicente. Nemo potest duobus dominis
servire contraria iubentibus. ut Gloza
dicit. Sed mandata veteris legis et
legis naturalis et legis nove non sunt
contraria. ubi precepta que sunt ibi repe-
tuntur in ista et superaddunt consilia unde
prima distinccione dicitur quod ius naturale
est quod in lege et in ewangelio continetur
quo quis iubet alteri facere quod sibi
vult fieri. ¶ iuxta illud quod supra dictum est
omnia quecumque vultis ut faciant vobis
homines et vos facite illis. et subditur. hec
enim lex est et prophete. ergo iste due leges
non sunt male et a contrariis dominis
date. sed ab uno. quod vero dicitur de fermento
phariseorum ipsum dictum se exponit quia salva-
tor non dixit doctrinam phariseorum non
esse malam nisi propter fermentum et cor-
ruptionem appositam per pravam eorum exposi-
cionem et superstitiosam observacionem
¶ Ad quartum est dicendum quod hanc dubitacionem
pulchre determinat augustinus in libro de vera
religione dicens quod vel hoc dicitur propter

sacrificia quia illa nunc offeruntur quia
tunc offerebantur. Et cerimonialia que
nunc non observantur, et quedam hic
maiora iubentur quam ibi sed ut ait non
tru monere debet quia videmus quod pa
terfamilias iustissimus aliud imperat
hiis quibus servitutem duriorem indicat
et aliud eis quos in filiorum locum
adoptare dignatur. sic videmus quod bonus
medicus eadem arte medicine non mu
tata sed immobili permanente mutat
diversum regimen et diversa precepta lan
guentibus infirmis ita divina providencia
et divine legis immobili existente muta
bili creature sue varie subvenit pro
diversitate membrorum. lex ergo vel doc
trina veteris testamenti a christo non fuit
reprobata tamquam mala sed fuit mu
tata ubi fuit mutanda impleta ubi
fuit implenda evacuata ubi fuit eva
cuanda suppleta ubi fuit supplenda de
clarata ubi fuit obscura et exposita
ubi fuit prave intellecta. Lectio ij

Venit autem ihesus in partes cesaree
philippi et interrogabat discipulos
suos dicens Quem dicunt homines esse
filium hominis. At illi dixerunt. Alii Iohannem
baptistam alii autem heliam alii vero
ieremiam aut unum ex prophetis. Dicit
illis ihesus Vos autem quem me esse dicitis
Respondens autem simon petrus dixit Tu
es christus filius dei vivi Respondens autem
ihesus dixit ei Beatus es simon barjona
quia caro et sanguis non revelavit tibi
sed pater meus qui in celis est Et ego
dico tibi quia tu es petrus et super hanc
petram edificabo ecclesiam meam Et
porte inferi non prevalebunt adversus eam
Et tibi dabo claves regni celorum. Et
quodcumque ligaveris super terram erit
ligatum et in celis Et quodcumque solveris
super terram erit solutum et in celis. Pos
ita phariseorum doctrine reprobacione In parte
ista ut supra dicebatur, Christi ponitur
veram et fidelem confessionem

Et primo ponitur christi interrogacio Se
cundo ponitur apostolorum varias opinio
nes referencium etc. Tercio ponitur petri
in persona omnium confessio Et quarto ponitur
christi predicte confessionis approbacio. Quan
tum ergo ad primum dicit, quod veniens ihesus
in partes cesaree philippi interrogabat
discipulos suos dicens Quem dicunt
homines esse filium hominis. filium ergo
virginis ipse dicebat se esse quantum ad
humanitatem Sed querendo quem homines
eum esse dicunt significavit preter illud
quod in eo videbatur pauca preter huma
nitatem est in eo aliud senciendum ut
hilarius dicit. Quantum ergo ad secundum
ait quod respondentes discipuli dixerunt. Alii
iohannem baptistam propter vite sanctitatem
alii heliam propter miraculorum potestatem
alii ieremiam propter sue pietatem peccata
enim planxit, aut unum ex prophetis propter
vaticinii varietatem Quantum ad tercium
ait quod requisitis discipulis quem christum
sentirent petrus pro omnibus respondit dicens
tu es ihesus filius dei vivi Dixit ad differenciam
deorum qui putabantur esse dii sed mortui
erant. mira dei providencia factum est ut
glosa dicit ut christus ipse confiteretur de se veram
humanitatem cum ait Quem dicunt ho
mines esse filium hominis et discipuli confi
tentur eius veram divinitatem cum ait tu
es christus filius dei vivi, et quia talis con
fessio est digna premio Quantum ad
quartum subdit Beatus es simon barjo
na quia caro et sanguis non revela
vit tibi, sed pater meus qui est in celis
etc. Una primacio patris revelacio alia
pater revelat filium sicut hic dicitur, quod pater
beato petro revelavit filium, et filius
revelat petrum quia ipse dicit in Io
hanne, Nemo novit patrem nisi filius
et cui voluerit filius revelare pater
igitur revelat filium et filius patrem. Hic dicitur
Crisostomus tribuens pastoralis dignitatis

xlij

fuit. Secunda primacio ideo addit. Et ego
dico tibi quia tu es petrus et super hanc pe
tram edificabo ecclam meam et porte in
feri diuersa genera tirannorum vel diuersa dog
mata hereticorum vel diuersa tormenta
tirannorum non preualebunt aduersus eam
non dixit non appropinquabunt sed non pre
ualebunt. Secundum enim exposicionem Crisost
in hoc verbo xpus pastorem ecclie petrum
fecit. Ita quod est sensus super hanc fidem
et confessionem quam fecisti edificabo ec
clesiam meam et fideles meos quia multi
credituri sunt illud quod tu es confessus
quorum pastorem et rectorem te facio. et
quia pastor non est potestate ideo ponit
alia primacio que est potestatis tradicio
quam concludit. Et tibi dabo claues regni
celorum. claues nominat potenciam qua
liget et soluat et discrecionem qua dignos
discernat ut Glosa dicit. Et quodcumque
ligaueris super terram id est quemcumque dignum
remissione iudicaueris dum viuit indig
nus iudicabitur apud deum et quecumque
solueris super terram id est quemcumque soluendum
iudicaueris dum viuit remissionem pecca
torum consequitur a deo secundum exposicionem
glose. Sed hic possunt esse sex dubita
ciones. Prima vtrum petrus vel alii apostoli
cognouerunt xpm filium dei ante hanc con
fessionem. Secunda vtrum petrus fuit
constitutus a xpo caput tocius ecclesie
in spiritualibus et temporalibus. Tercia vtrum
soli petro potestas regendi ecclesiam singu
lariter sit concessa. Quarta vtrum alii
apostoli immediate a xpo eorum potestatem rece
perunt vel mediante petro. Quinta vtrum
papa possit aliquem absoluere et ligare post
mortem vel solum dum est super terram.
Sexta vtrum dampnatus vel iudicatus per
apostolicam sedem possit ad aliquem appel
lare. Ad primam est dicendum quod ad hanc
dubitacionem Origenes super hunc passum

dat duplicem solucionem et Crisostomus
aliam duplicem. Prima est quod aliud fuit
cognoscere ihesum esse xpm et aliud cog
noscere esse dei filium. Petrus ergo et
alii discipuli qui scilicet missi sunt ad
predicandum sunt cognouerunt ihesum esse xpm
id est iustum sed non esse dei filium antequam
petro esset a patre celesti reuelatum. Se
cunda est quod quando apostoli missi sunt ad
predicandum nichil quidem cognicionis
habuerunt quod ihesus esset filius dei. Sed
perfectam cognicionem fidei habuerunt de hoc qui
sunt capaces recipere doctrinam reuela
tam a patre manifestante eis hanc reue
lacionem filiacionem et hoc fuit tempore illo
quo petrus dixit tu es xpus filius dei vi
ui. Crisostomus vero vna solucio prima est
talis quod apostoli et multi alii ante istam con
fessionem cognouerunt xpm esse filium
dei adoptiuum. Nam quando xpus exiens
in nauim increpauit ventis et mari dixe
runt illi homines vere filius dei est
iste. Et Natanael dixit Rabi tu es
filius dei tu es rex israel. Sed quia istis
non est dictum. Beatus es sicut dictum est
petro. Beatus es simon bariona vel
filius columbe ideo credendum est il
los fuisse confessos ihesum esse filium dei
adoptiuum confessio vero illa que erat
digna beatitudine et patris reuelacione
erat talis quod confitetur ihesum esse filium
ex patre natum. Alia solucio est quasi ead
em ista quia ante apostoli cognouerunt vni
ihesum esse filium dei propinquum adoptiuum
sed non natum de substancia patris quia
hoc nisi patre reuelante cognoscere poterant
et quia tunc petro et aliis apostolis a patre
reuelatum est ideo dicendum est quod tunc
predicta confessio fuit beatitudine digna.
Ad secundam est dicendum quod dicere summum
pontificem vicarium beati petri non pre
esse omnibus membris ecclesie in spiritualibus

i tpalibus est dicere in xpo a quo petro
auctas est donata non fuisse ptatem sa-
cerdotalem z regalem z hoc est expsse
contra auctem doctorum grecorz z latiorz
Sicut enim Cirillus priarcha allexa-
drin⁹ in libro de thesauro sicut xpus
accepit a patre ducatu z sceptru eccle ge
cium ex isrl egrediens sup omnem
principatum z ptatem z sup omez qdcuq
est. ut ei genua cuncta curuentur ple-
nissima ptate sic et petro z eius succes
soribus plenissime commisit. est simile
hoc contra unitatem eccle Nam si po
nim⁹ duo capita cogim^r ponere duo cor
pora. uno enim capite videm⁹ qd regit
caro z spc que integrat hominem sic uno
capite debet regi homo in spuali z te
porali regimine dicit enim glosa super
hunc passum. Qd petro singularit^r
ptas commissa est a xpo ut nos ad uni
tatem prouocaret. ideo unu principale
vicarium in tota eccla esse voluit ad
quem diuisa membra eccle recurrerent
si forte adinuicem dissentirent. illi enim
qui in temporali regimine excludunt se
a dnio beati petri excludunt se q no
sint de eccla nec eius membra quia
ut dicit Crisost⁹ sr hunc passum. Tu
es petrus z super hanc petram edifi-
cabo ecclam meam. sup confessionem
quam petrus fecit edificata est eccla
z oms fideles qui illud credunt quod
petrus confessus fuit. quorz om pastore
et rectorem petru instituit. ut quicuq
ab eius regimine se subtrahit credant
se de eccie corpe non esse. omnia etiam
decreta cphesim consiliorum clamant pe
tro z eius successoribus vniusalem po
testatem a xpo esse concessam. ¶ Ad
tciam est dicendz q potestas regendi
totam ecclam singularit fuit a xpo
petro concessa quod patet primo ex collocu
aplorz z eorz emulacione dicit enim Cri
sosto⁹ super illo libo Accesserunt disci
puli ad ihm dicentes quis maior est
in regno celorz quoddam humani scan
dalum conceperunt apli quod etiam in se
iam occultare non poterant z tumo
rem cordis non sustinebant eo q vide-
rant petru eis pferri z phonorari qd
non fuisset si omnibus vl petro in per-
sona om xpus hanc ptatem contes
sisset. Cirillus etiam dicit in libro sup
dicto loquens alys epis Itaq fres mei
si xpm imitamur ut oues eius voce ei⁹
audiamus manentes in ecclia bti petri
z non inflemur vento supbie ne forte tor
tuosus serpens pp teci mam contencoz
nos de eccla eiciat sicut euam eiecit
de padiso. patet etiam hoc ex xpi lo
cucione quia singlarit^r dixit tibi dabo
claues regni celorz. Vnde in decretis e
phesim concily scribitur nulli dubium
est q eccla romana fundamentum
z forma sit om ecclarz a qua omnes
ecclas pncipiu sumpsisse nemo recte cre
dendium ignorat qui cephas vocatus
est quia primus z caput om aplorz. Id
Crisost⁹ ad consultum vniuersorz loquens
in psona xpi sic ait Ter te petre in
terrogo quia ter me trepide z timide ne
gasti nunc autem ad me reductus ne
credant te fres gram z ptatem clauiu
amisisse quia amas me cora ipis
tibi confirmo totum q meu est plenu
¶ Ad qrtam est dicendz q nomine ptatis
clauiu petro a xpo concesse potest in
telligi ptas pcta dimittendi que est
ptas ordinis vl potest intelligi iuris
dicio exequendi igit^r ptas ordinis vel
ptas pcta dimittendi omnibz aplis in
mediate est aplis concessa no mediate
petro. sed iurisdicio exequendi vl ptas

xvj

iurisdictionis immediate est a xpo data soli
petro et aliis non nisi mediante petri
auctoritate. Hoc autem probatur primo auctoritate
Crisostomi super hunc passum tibi
dabo claves regni celorum. Vide qualiter xpus
redicat petrum ad excelsam de ipso intelli
genciam illa enim se ei daturum promittit
que sunt propria solius dei scilicet peccata
solvere et ecclesiam immutabilem facere
inter tot persecuciones et procellas temp
tacionum et subdit hec autem potestas ligandi
atque solvendi quamvis soli petro data vide
atur a domino tamen ceteris apostolis datur
et non omnibus episcopis et presbiteris tocius ecclesie
Sed ideo petrus specialiter claves regni celo
rum et principatum iudiciarie potestatis ac
cepit ut omnes per orbem credentes intel
ligant quod quicunque ab unitate fidei
vel societatis illius se quolibet modo semet
ipsos segregaverint tales nec vinculis pec
catorum absolvi nec ianuam possunt
regni celestis ingredi. Secundo hoc probatur
ex decretis ephesini concilii ubi sic dicitur.
Locutus est dominus ad petrum Tu es pe
trus et super hanc petram edificabo ec
clesiam meam et quamvis omnibus apostolis primo
tenem suam parem potestatem dederit
cum ait Accipite spiritum sanctum sicut misit me
pater et ego mitto vos tamen ut uni
tatem manifestaret eiusdem unitatis
originem ab uno incipiente sua auctoritate
disposuit. ex quibus patet quod potestas ordi
nis et peccata solvere hoc utique erat petrus
quod et ceteri apostoli et episcopi quod pari con
sorcio preditos honoris et potestatis sit potestas
exercendi vel iurisdictionis mediante petro
est aliis concessa ¶ Sed quantum est dicendum
quod homines post mortem posse absolvi
vel ligari potest dupliciter intelligi primo
absolucione et ligacione personali directe
in se et sic non possunt ligari nec solvi.

sicut in se directe personali actu non possunt
mereri nec demereri Unde glosa super
verba dicit Quodcunque ligaveris super terram
exponit quicunque absolucione dignum
iudicaveris dum vivit erit absolutus
quia absolucionem consequitur a deo
et subdit ibi quod non est data hominibus
potestas ligandi vel solvendi mortuos.
sed vivos nam qui mortuos solveret vel
ligaret non super terram hoc faceret
absolucione ergo personali per propriam
operacionem meritoriam vel demeritoriam
dum homines vivunt possunt ligari vel
absolvi non autem post mortem Secun
do autem potest intelligi eos absolvi vel
ligari indirecte absolucione vel ligacione
condicionali per operacionem vel subtraccionem
aliorum sicut potest etiam papa facere quod indulgen
cie valeant illis qui sunt in purgato
rio dummodo vivi faciant illis propter
que indulgencie ordinate sunt per quas
indulgencias absolvuntur a pena possunt
etiam ministri ecclesie applicare defunctis
sacrificium altaris elemosinas et alia bo
norum suffragia per quorum applicacionem
absolucionem a pena consequuntur. Unde
dicit Augustinus in encheridion quod illis prosunt
suffragia ecclesie qui hoc sibi merue
runt dum viverent ut possent eis
prodesse si pro eis fierent post mortem
et sic intelligendum est de ligacione quia
potestas ecclesie excommunicare aliquos potest
post mortem sicut legitur de Augustino
quod multos post mortem excommunicavit
et quia excommunicatio est separatio a communione
fidelium et percepcione suffragiorum et sacra
mentorum ecclesie spiritualia bona viventium
a mortuis est eos quodammodo indirecte li
gare per subtraccionem illorum per quorum par
ticipacionem absolvuntur ¶ Sed secunda
est dicendum quod in decretis ephesini concilii
ista questio terminatur. habet enim triplicata

sedes primatem et dignitatem et utilitate
respectu aliarum ecclesiarum propter que iudica
tus per eam ad aliam personam vel ecclesiam
appellare non potest nam de primitate dicitur
in capitulo hec dicti consilii cuncta per mundum nouit
ecclesia quod sacrosancta ecclesia romana de omni
alia ecclesia per hac habet iudicare neque cui
quam de eius iudicio liceat dubitare. siquidem
ad illam de qualibet mundi parte appellan
dum est. ab illa vero nemo est permissus appel
lare. de eius vero dignitate subditur in
capitulo eiusdem consilii omnium hominum causas
deus voluit per hominem terminare. sancte
vero sedis romane presulum suo sibi questio
ne seruauit arbitrio et dicat sine questione
et ideo via appellacionis ad deum non potest
appellari super iudicio datis per summum
pontificem. Unde subditur ibi quod beati
petri successores zelo tantum voluit de
bere innocentiam et subtilissimam discus
sionem indaginem inviolatam exhibere
consciam. sed de universalitate eius additur
in capitulo predicti consilii. Ipsa namque roma
na ecclesia ita reliquis vices suas tra
didit largiendas. ut in parte sint solli
citudinis vocatae non in plenitudine
potestatis et beneficiorum appellancium apostolicam
sedem episcoporum iudicia et cunctarum causarum
et maiorum negocia eidem sancte sedi serua
ta esse liquet. Via ergo appellacionis
per modum iudiciarium discussionis cause
uel negocii occurrentis a iudicio et sententia
data per apostolicam sedem nec ad deum nec
ad hominem potest appellari. Capitulum iii

Tunc precepit discipulis suis ut nemini
dicerent quia ipse esset ihesus christus Et
inde cepit ihesus ondere discipulis suis quia
opporteret eum ire ierosolimam et multa pati
a senioribus et scribis et principibus sacerdotum
et occidi et tertia die resurgere. Et assumens
eum petrus cepit increpare eum dicens
Absit a te domine non erit tibi hoc. Qui
conuersus dixit petro. Vade retro me
sathana scandalum es michi. Quia non
sapis ea que dei sunt. sed ea que hominum
Tunc dixit ihesus discipulis suis. Siquis
vult venire post me abneget semet
ipsum et tollat crucem suam et sequatur me
Qui enim voluerit animam suam saluam
facere perdet eam. Qui autem perdiderit
animam suam propter eam perdet inueniet
eam. Quid enim prodest homini si uni
uersum mundum lucretur anime non sue de
trimentum paciatur. Aut quam dabit
homo commutacionem pro anima sua. Filius
enim hominis venturus est in gloria patris
sui cum angelis suis. Et tunc reddet
unicuique secundum opera eius. Amen dico
vobis sunt quidam de hic stantibus
qui non gustabunt mortem donec vide
ant filium hominis venientem in regno
suo. Posita petri vera et fideli confessione
de christo In parte ista ut supra dicebatur con-tinentur
ponit ipsius christi et apostolorum consequentes passi
onem. Oportebat enim christum pati et re
surgere a mortuis et sic intrare in gloriam
suam. ut dicitur luce ultimo. Et primo ponitur
passionis christi preintimacio Secundo ponitur
petri increpatio et increpacionis reprehensio
Tercio ponitur predicte reprehensionis cause
assignatio. Quantum vero ad primum dicit
glosa Et tunc scilicet audita confessione
petri quod esset filius dei. precepit discipulis
suis quod nemini dicerent quod ipse esset ihesus christus
et racio est quia ihesus et saluator mundi ipse
fuit per mortem et passionem quia nondum
passus erat. sed erat eam passurus
eo quod ierusalem oportebat eum ire et ibi
pati a iudeis et occidi et tercia die resur
gere (quo ante quam) christus crucifigeretur mi
sterium crucis predicandum non erat.
Quantum vero ad secundum est talis
racio Illius increpatio et reprehensio
est digna reprobari et non audiri qui
illa dicit que sunt contraria voluntati di
uine. Sed petrus assumens christum et

reprehendens eum seorsum de eo quod dixe-
rat se in iherlm passurum et moriturum
contrarii dicebat voluntati divine quia
pater disposuerat eum pati pro salute
generis humani ergo merito reprehensio petri
fuit digna reprobari et non exaudiri
ymo sathan appellari quia xpi voluntati
contrarius seorsum tamen accepit petrus xpm
qui eum increpavit ne presentibus alijs di-
scipulis magistrum videatur arguere ut
dicit Jeron' Sed quantum ad tertium triplex
ratio assignatur quare dictum petri erat
dignum reprobari et contrarium voluntati
xpi ❡ Prima est illa qui debet sequi xpm
ad recipiendum mortem crucis non debet
xpm increpare si mortem crucis volt
pati Sed tam petrus quam quicumque alius
volens xpm sequi debet seipsum abnegare
et crucem mortificacionis tollere aliter animam
suam non potest salvare ergo reprehen-
dum erat dictum petri volentem xpm
pati reprehendentis ❡ Secunda racio est
talis homini non prodest totum mundum
lucrari et vitam corporalem presentem acqui-
rere si animam suam perdat quam perdita
per nullius rei temporalis vel corporalis commu-
tacionem potest redimere Sed perdendo
vitam pro xpo corporalem presentem homo
salvat animam perpetualem et lucrando
omnia corporalia et temporalia et conservando
vitam presentem ipsam animam eternaliter
perdit Igitur reprobari debebat dictum
petri volenti xpi passionem impedire
❡ Tercia racio est talis illis non est ti-
menda mors quibus redditur eterna premium
in die iudicij quando xpus veniet in gloria
patris sui reddituris unicuique iuxta opera
sua et in presenti vita aliqui sunt qui
antequam moriantur aliquid videbunt
de illa futura gloria ad confirma-
cionem future expectande et ad constan-
ciam presentis passionis fortiter tollerandum

Sed vos discipuli et omnes fideles estis
tales quibus vobis reddetur premium si in xpo
perman[ser]itis et aliqui vestrum pauca petrus ia-
cobus et iohannes aliquid vidistis de ista
gloria promissa ergo vobis mors timenda
non est sed letanter recipienda et sic in-
crepacio petri contrarium persuadentis re-
probanda est ❡ Sed hic possunt esse quinque
dubitaciones ❡ Prima utrum antequam xpus
pateretur apostoli predicarent eum esse xpm
ihesum ❡ Secunda utrum petrus peccavit
increpando xpm ❡ Tercia utrum xpus
de verbo petri fuit scandalizatus ❡ Quarta
utrum ad eundum post xpm crux sint ne-
cessaria ❡ Quinta utrum quis volendo animam
salvare perdit illam ❡ Ad primam ergo
dubitacionem aliter videtur Jeron' aliter Crisostomus
et aliter Remigius Dicam Jeronimus dicit quod aliud
est predicare xpm et aliud ihesum quia
cum xpus esset nomen dignitatis communis
regalis et sacerdotalis ungebantur namque
reges et sacerdotes poterant discipuli
ante mortem eius eum predicare esse
xpm non tamen ihesum quia hoc erat proprium
vocabulum salvatoris quod licet fuit
xpo impositum in eius circumcisione
virtute tamen ostendit salvandi in pas-
sione Vult ergo Jeron' dicere quod bene pre-
dicavit eum quantum ad omnes articulos
et circumstancias preter quod esset passurus
et sub poncio pilato iudicandus et sepeli-
endus et tercia die resuscitandus per que
omnia nostram salutem operatus est sic enim
eum predicare salvator prohibuit apostolis
Crisostomus vero dicit quod hoc prohibicio referen-
da est quod totum tempus quod fuit ante
eius passionem in quo noluit xpus
quod predicaretur ihesus vel filius dei propter
scandalum passionis quia ut ait si in
cordibus hominum fuisset radicata fides de
eius divinitate quod esset filius dei per pre-

diacom apl'orum cum postmodu vidissent
eum pati et mori fuissent scandalizati
et pdidissent fidem de diuinitate eius et
difficilius postmodu talis fides fuisset
in cordibus eorum plantata sicut patet
de aplis qui scientes et confitentes eum
esse dei filium videntes eum captum
statim scandalizati fidem diuinitat' eius
pdentes. Sed ambrosius dicit q' ideo p-
cepit discipulis vt nemini dicerent q'
ipe esset ihus xpus vel dei filius ad
decipiendum et fallendum diabolum q'
summope hoc appetebat scire ex toto cona-
tu. Unde si apli predicassent xpm esse
filium dei an passionem eius impediuiss'
eius passionem sicut p vxorem pilati
conatus est impedire visis signis fortis
victorie patrum sctorum qui erant in limbo.
Ut igit' principem tenebrarum nomen
eius lateret, noluit q' p aplos pdica-
retur antequam pateretur, et dato q' aliquando
legatur ipm appellatum est filiu dei per
eum met aut per aplos seu per alios
qui videbant eius miracula noluit
tamen hoc publice et freqnter p aplos
pdicari vel pter scandalum passionis
vitande vel pter diabolum fallendu
vt dictum est. Quod secundum est dicend'
q' ex tribus videtur petrus peccasse.
Primo quia xpm increpauit contra pre-
ceptu apli. Semorem nec increpaueris
sz obsecra vt patrem. Secundo quia scan-
dalu fecisse phibetur. ideo dcm est e
Scandalum michi es. et planu est q'
scandalu actu vel factum minus iustu
semp est pctm. Tercio q' sathanas
est appellatus qd sonat adversarius
vel contrarius volun'tati diuine pctm est.
Dicit ergo hilarius q' increpatio pe-
tri pcessit ex diaboli suggestione.
Quasi enim dyabolus petro vt xpm
dicentem se velle mori repheinderet. vt
si forte xpus petri rephensione reci-
peret et recusaret mori cognosceret ex hoc
eum esse purum hominem qua naliter
pure homis est fugere mortem et per
hoc voluit petrum excusare a peccato
aliqui vero dicetes xpm affcm petri
recepisse et ignorantiam a diabolo i-
stigatam repulisse. Unde diuisim le-
gatur istud dcm. Vade post me satha-
na. scandalum michi es ita q' prima
ps intelligatur dicta petro. Vade post
me ac si dicet, exemplo mee passionis
sequaris me mortem sustinendo qua
ego experior. Et secunda subauditur re-
dicta dyabolo Sathanas scandalu
michi es, quia tua suggestione fca
sunt meum discipulum contrarium vo-
luntati mee. Sed crisostomus dicit q' petri
increpatio processit ex quadam erga
xpm priuata affcone, quia enim pe-
trus confessus fuat xpm esse filiu dei
p qua confessione audierat. Beatus es
simon barjona quia caro et sanguis
no reuelauit tibi qua btitudinem no
fuat consecutus volens pnari tali
btitudine et volens destrui suam co-
fessione, qua xpm dixerat esse filium
dei. pati et mori dixit xpo. Absit a te
domine q' hoc sit, ac si diceret indignu
est te pati et mori, quia sic non esset
verum q' tu es filius dei sicut confessus
sum nec ego recipem btitudinem
quam pmisisti et talis affco erat
priuata et humana. Ideo audiuit sta-
tim non sapis que dei sunt sed que
hominum. Unde cum talis amor priuatus
sit pctm quia scdm augustinum Priuatus
amor dicitur quod omni bono priuatur
pcto peccauit saltem venialr. in omnibus
enim in quibus locutus est petrus

Dictu

sedm Crisostomum esse et non ut revelata sibi a patre celesti turbatio et scandalum passus est. Ad tertiam est dicendum quod dubitacionem determinat origenes super hunc passum dicens quod cum secundum prophetam pax multa sit diligentibus legem dei et sit illis scandalum non solum xpus scandalizatus est verumeciam omnes perfecti viri existentes in carne scandalizari verbum ergo xpi dicentes petro scandalum michi es dupliciter exponitur. Primo quod sit dictum petro et tunc est sensus scandalum michi es ac si diceret quantum est in te tu dicis michi illud quod prebet michi scandalum. Est enim scandalum dictum vel factum minus rectum occasionem prebens ruine ad ambulandum in via dei petro ergo persuadens ut non recipet mortem quam ex divino consilio acceptaverat dicebat dictum minus rectum et consequenter occasionem prebebat ruine ipsi xpo in via dei non quod ipse scandalizatus fuit in aliquo sed petrus ex se occasionem scandali prebuit. Secundo quod sit dictum dyabolo et tunc est sensus scandalum michi es sathanas quia tua suggestione scandalizas meum discipulum petrum occasionem sibi prebens ruine quando a te instigatus persuadet michi ut mori pro salute humane nationis non debeam in quo scandalizato ego scandalizabor et ego patior et scandalizor iuxta illud apostoli Quis infirmatur et ego non infirmor quis scandalizatur et ego non uror. Ad quartam est dicendum quod xpus istam dubitacionem determinat plurimo modo ait quod ad eundum tria requiruntur. Primum est omnium voluptatum carnalium et temporalium abnegatio. Secundum est crucis mortis recepcio. Tercium est xpi secucio et imitacio.

Primum notatur in verbis salvatoris quibus ait qui vult venire post me abneget semetipsum. Secundum quando ait et tollat crucem suam. Sed tercium est cum postponitur et sequatur me. Et subdit quod unum istorum non sufficit sine altero. Nam multi philosophi pagani ut socrates et plato omnia temporalia et universitas carnalium voluptates abnegaverunt propter speculacionem sciencie et acquisicionem virtutum moralium que acquiri non possunt nisi sedatis et mortificatis passionibus et tamen isti post xpm non venerunt quia crucem et mortem pro xpo non receperunt. Aliqui vero bene crucem et mortem sustinent sicut latrones et heretici qui suspenduntur et comburuntur et tamen post xpm non vadunt quia non sequuntur nec ex caritate ipsum imitantur. Unde qua dicente Apostolo Cuncta tormentorum illis machinamenta non sufficiunt nec prosunt ad salutem. Abnegacio ergo crucis est recepcio et xpi secucio requiruntur ad eundum post xpm secundum augustinum in encheridion. Primum istorum fit per fidei confessionem. Secundum vero per eterne vite expectacionem. Sed tercium per caritatis dileccionem. Unde idem in libro de vera religione dicit quod xpus fide est fidendus spe spectandus et caritate querendus et imitandus. Ad quintam dubitacionem secundum Origenem sic primo respondetur qui vult salvare animam suam per presentis vite presenciam perdet eam per eterne vite carenciam. Ut si quis amator vite presentis parcat anime sue timens mori et putans animam suam per hanc mortem perire. Hic ut ait homo modo volens salvare animam suam perdet illam alienam faciens a vita eterna. Sed si quis contempnit presentem vitam et usque ad mortem certat pro veritate et iusticia perdet quidem animam suam

quantum ad presentem vitam. Aliomodo vnde
per Crisostomum sic. Qui volt animam suam
saluare per mundi lucrum et temporalium ac
quisicionem perdet eam per nullius rei
comutacionem. Certum enim est quod si homo perdit
equos domos diuicias et omnia hec
per alias diuicias et per aliarum rerum co
mutacionem redimere. Sed si homo perdit
animam, certo quod sit dominus tocius orbis
terrarum, nunquam potest animam redimere
vel per comutacionem alicuius rei amplius
acquirere. Qui volt ergo animam suam
saluam facere per mundi lucra et carnalium
et temporalium acquisicionem perdet eam per
nullius rei comutacionem. Et secundum hunc
modum exponit verbum saluatoris dicentis:
Quid prodest homini si vniuersum mundum
lucretur et anime sue detrimentum
paciatur. Cum nullam comutacionem
possit homo dare pro anima sua acqui
renda scilicet vel redimenda. Ca xvij

xvij Et post dies sex assumpsit ihesus
petrum et Jacobum et Johannem
fratrem eius. Et ducit illos in montem
excelsum seorsum. Et transfiguratus est
ante eos. Et resplenduit facies eius si
cut sol. Vestimenta autem eius alba facta
sunt sicut nix. Et ecce apparuerunt illis
moyses et helias cum eo loquentes. Respo
dens autem petrus dixit ad illum. Domine
bonum est nos hic esse. Si vis faciamus
hic tria tabernacula, tibi vnum, moysi
vnum, helye vnum. Adhuc eo loquente, ecce
nubes lucida obumbrauit eos. Et
ecce vox de celo dicens. Hic est filius
meus dilectus in quo michi bene compla
cui, ipsum audite. Et audientes discipu
li ceciderunt in faciem suam et timu
erunt valde. Et accessit ad eos ihesus
et tetigit eos dixitque illis: Surgite
et nolite timere. Leuantes autem oculos
suos neminem viderunt nisi solum
ihesum. Et descendentibus illis de monte
precepit eis dicens: Nemini dixeritis vi
sionem donec filius hominis a mortu
is resurgat. Terminato de pietatis sacha
sitie petro tradite instituciones. In parte
ista vt supra dicebatur ewangelista determinat
ad confirmacionem istius de christi transfigura
cione. Et primo ponitur glorie transfigu
racionis ostensio. Secundo ponitur ipso
rum dubitacio. Et tercio ponitur de christi
passione eorum dubitacionis perturbacio. Se
cunda ibi Interrogauerunt eum. Tercia ibi
Conuersantibus autem eis in ostensione glorie
istius transfiguracionis. Primo ponitur
eius narracio. Secundo ponitur paterne
vocis testificacio. Circa primum ergo ad primum
narratur transfiguracio predicta quantum
ad quatuor. Primo quantum ad temporis deter
minacionem, quia post dies sex. Dicit lu
cas vero dicit post dies octo, quam diuer
sitatem soluit Crisostomus dicens quod sex
dies sunt non computato die quo christus
predixit hanc gloriam ostendens neque illo
quo talis transfiguracio est facta. Sed
octo sunt illis duobus diebus cum mediis
computatis, et ideo post sex dies facta
sunt vt dicit matheus et post octo vt dicit
lucas, quia in sex diebus mundus iste
visibilis creatus est et qui volt gloriam
dei videre omnes res mundiales transcen
dere debet et montem ascendere post oc
to dies quia octaua etate futura est
gloria resurreccionis. Secundo quantum
ad sanctorum assumpcionem quia assump
sit petrum Jacobum et Johannem
fratrem eius in montem excelsum seorsum.
Tres namque socios assumpsit vel propter
fidem trinitatis, quia qui fidem tri
nitatis mente incorrupta tenet di
uine visione glorie letantur, vel quia
in tribus assumptis de terra orti sunt xviii
Sem, cham et Japhet, futura electo

ppter hoc ondit ut Gloza dicit / Tercio
quantum ad claritatis ostensionem quia transfi-
guratus est ante eos. Nam qualis futu-
rus est in tempore iudicandi talis apostolis ap-
paruit. Unde dicit Crisostomus et resplenduit
facies eius sicut sol. et vestimenta eius fac-
ta sunt alba sicut nix. Secundum Glozam splen-
dor faciei ostenditur et candor vestium designa-
bitur non substancia tollitur. Quarto quantum
ad testium locutionem quia apparuerunt moi-
ses et helias cum eo loquentes quid autem
loquerentur isti lucas nono exprimit dicens
quod dicebant excessum quem completurus
erat in iherusalem de passione. Quinto quan-
tum ad petri locutionem petivit enim
visa claritate tria tabernacula xpo
unum moysi unum helie unum. Cogitavit
enim petrus ut Crisostomus dicit quod si fieret hoc
xpus iherusalem non ascenderet ad recipiendum
mortem sicut predixerat cogitabat eciam
ut ait quod helias ibi erat qui ignem
in monte ascendere fecerat ad devorandum
duos principes quinquagenarios et moisen
qui intravit nebulam et ideo locutus est
unde fieri poterat ut sic occultarentur
quod nullus persecutorum sciret ubi essent
Sexto quantum ad sciendum obvia dicit quod
adhuc loquente petro lucida nubes obum-
bravit eos que nubes ut Gloza dicit
fuit spiritus sanctus et vox patris de nube dixit hic
est filius meus dilectus in quo michi com-
placuit ipsum audite tamquam doctorem
evangelii in quo lex et prophete implentur
et audientes discipuli in faciem suam
et timuerunt valde. Secundum enim Ieronimum
timuerunt quia cognoverunt se mala pecca-
visse vel quia nubes lucida apparuerat
eos aut qui vocem patris loquentis audie-
runt quibus tactis per xpum effugavit
ab eis timorem et descendentibus illis de
monte precepit eis ut nemini dicerent donec
filius hominis resurgeret a mortuis et hoc
ideo ut dicit Gloza quia si gloria talis
in populo fuisset divulgata secundum passionem pas-
sionem eius impedivissent vel quia tan-
ta gloria visa primo et postmodum passione
eius ostensa scandalum generasset. Sed hic
possunt esse sex dubitaciones. Prima
utrum ante suam passionem xpus debuit
transfigurari et gloriam claritatis ostendere.
Secunda utrum illius claritatis fuit vera
et eadem cum claritate corporum celestium.
Tercia utrum maior sit claritas corporis
quam corporum aliorum sanctorum. Quarta utrum
in tali claritate debuerit apparere moises et
helias. Quinta utrum solum tribus
discipulis debuit ostendere. Sexta utrum tota
trinitas ibi fuit manifestata sicut in
baptismo. Ad primam est dicendum quod
Damascenus triplici racione ostendit congruum
fuisse xpum ante suam passionem claritatem
sue glorie manifestasse. Primo propter
apostolorum confortacionem. Secundo propter eorum
dubitacionis remocionem. Tercio propter future
glorie acquisicionem. Predicat enim xpus
in misterio discipulis qui vult venire post
me abneget semetipsum et tollat crucem
suam et sequatur me. Istud autem iter
ad sequendum xpum videbatur esse multum
asperum et difficile crucem tollere mor-
tem sustinere seipsum negare visibilia
pro invisibilia contemnere negare quod scis tamen
velle esse quod non scis saltem sine itineris
non viso nec ostenso nec aliquo cognito mul-
tum est difficile per viam ambulare et
terminum vie ex toto ignorare sicut est difficile
sagittantem sagittare si signum omnino
ignoraret. Unde cum xpus diceret Iohannis xiiii
Quo vado scitis et viam scitis. Respondit tho-
mas dicens domine nescimus quo vadis et
quomodo possumus viam scire. Ponens ergo
discipulis et aliis fidelibus tam asperum iter
et viam sit difficilem voluit ad eorum precogni-
cionem et pregustacionem eis ostendere de termino
istius vie et qualiter pregustata dulcedi-
ne primum et viso fine et termino vie facilius et
delectabilius per huius viam ambularet. Ut
paulus post raptum ad tercium celum

capiebat dissolui et esse cum christo. Secundo
propter dubitationis remotionem. predixerat enim
apostolis christus passionem et futuram postmodum
gloriam et terminus. poterant ergo apostoli de ista
promissione scandalum sustinere et tali
cogitatione dicere: passionem et mortem dicit
esse venturam, sed quod promittit se resur-
recturum in gloria tempora differt quantum
ad nos, quia nec tempus nec terminus vult
nobis revelare. ideo multum scandalum pati-
mur de ista promissione. Volens ergo
cogitationes occultorum eorum ab ista dubitatione
removere dixit: Sunt quidam de hic stanti-
bus qui non gustabunt mortem donec vi-
deant filium hominis venientem in regno
suo, id est in tanta claritate fulgentem in qua post
actum iudicium videbitur ab omnibus. Et sicut
promisit sic observavit post dies sex.
Non tamen exposuit nomina illorum discipu-
lorum quibus visiva erant, quia reliqui
valde concupiscerent sequi exemplum illius
glorie visionem et graviter tulissent velut
despecti si non fuissent vocati ut dicit
Cris. Tertio propter illius glorie possibilem
acquisitionem. modus enim acquirendi fu-
turam gloriam est passio et mors tam
in christo quam in aliis. Nam de se dicit Luce
ultimo: oportebat christum pati et ita intrare
in gloriam suam. De aliis vero dicit apostolus
quod per multas tribulationes oportuit regnum
celeste intrare, quia non coronabitur nisi
qui legitime certaverit. Sicut ergo aliquid possibiliter
ostenderet christus de modo acquirendi illam
gloriam predicta de morte dicens: quod si quis
non odit animam non potest salvare ip-
sam, et nisi granum frumenti cadens in terram
mortuum fuerit, non faceret, si voluit
aliquid possibiliter ostendere de claritate
illius glorie ante suam passionem.

Ad secundum est dicendum quod eandem cla-
ritatem christus in hac transfiguratione mon-
stravit in qua venturus vivos et mor-
tuos est iudicaturus quantum ad rei essentiam,
quia non aliud corpus nec aliam faciem
ostendit quam prius habebat et quem in fine mundi
ostensurus est, sed non alterum corpus et
alteram faciem. Unde Ieronimus dicit: Ne-
mo putet christum pristinam formam et
faciem perdidisse vel amisisse corporis veri-
tatem et assumpsisse corpus spirituale vel
aereum, sed splendore faciei ostenditur et
candore vestium describitur. substantia tamen corporis
non immutatur, ita quod transfiguratio predicta
splendorem addidit et faciem non subtraxit.
Secundo eandem claritatem ostendit quantum
ad ipsius glorie manifestam derivationem,
quia sicut post resurrectionem claritas corporis christi
derivata est a divinitate et ab anima eius
in corpus, sicut tunc factum est talis cla-
ritas virtute divinitatis ab anima christi
semper gloria existente derivata est in corpus
et vestimenta ipsius. Tertio monstravit ean-
dem claritatem quantum ad videntium
delectationem. Nam claritas solis vel alterius
corporis extrinseca excedentis videntes
oculos videntium contristat, oculos non
delectat nec confovet sed corrumpit, quia
excellens sensibile corrumpit sensum. Sed
claritas hic in corpore christi et vestimentis
ostensa oculos apostolorum demulcebat in
tantum ut petrus diceret: faciamus hic tria
tabernacula. tanta enim erat delectatione
inebriatus ut sicut lucas narrat nes-
ciret quid diceret. propter quod eadem erat claritas
corporis resurgentium de qua scribitur
quod nec satiabat oculos visu nec aures
implebit auditu. Sed verum est quod non
fuit eadem quantum ad corporis durationem, quia
sicut communiter ponitur non fuit illa cla-
ritas inducta in christi corpore per modum qua-
litatis immanentis sed transeuntis. Et
Augustinus ponit xii super Genesim de visione
pauli quia vere dicit aut illa beatitudo
quam ostensam paulo in illo raptu
monstrata est non permanenti sed solum

transeunt. ¶ Ad tertium est dicendum quod hanc dubitacionem facit Remigius super hunc passum dicens: Cum ergo si facies christi resplenduit sicut sol et sancti sicut sol fulgebunt, nunquid erit equalis claritas deo et servorum? Ad quod dicendum quod non dictum est eum supra, quod gloria corporis derivabitur a claritate et gloria anime christi, cum igitur gloria anime christi maior esse non possit ut pote anime personaliter divinitati coniuncte, non possit sibi claritas alicuius corporis equari claritati corporis christi. Sed quia in corporalibus nichil invenimus lucidius sole, ideo ad manifestandum exemplum sumitur ex eius, et faties dei resplendere et iusti fulgere dicuntur sicut sol. Erunt ergo corpora sanctorum corpori christi in claritate configurata sed non coequata. ¶ Ad quartum est dicendum quod de apparicione moisi et helie in transfiguracione salvatoris vel queritur de veritate vel de congruitate. Si ergo queritur de veritate dicendum est quod vere non fantastice anima moisi de inferno veniens et corpus aliquod vel de aere seu de alia materia formans ibi apparuit et heliam in proprio corpore se ibi demonstravit. Unde dicit Iohannes super hunc locum quod scribis et phariseis signa de celo petentibus christus dare noluit, sed in sua transfiguracione ut fidem augeat suorum apostolorum signum de celo dedit quo heliam fecit descendere de excelso loco ad quem condescenderat, et moisem fecit ab inferis resurgere, quatenus impletum sit quod preceptum est achaz per ysaiam: Pete tibi signum a domino deo tuo in profundum inferni sive in excelsum supra. Si vero queratur de congruitate, Crisostomus multas congruitates assignat. Primo propter populi opinionis remocionem. Dicebant enim aliqui christum esse heliam, aliqui vero iheremiam. Induxit ergo christus in testimonium sue glorie capita prophetarum maiorum, ut ex ipsis cognoscatur quanta est differencia inter deum et suos. Secundo propter scribarum et phariseorum confutacionem. Dicebant enim christum esse transgressorem legis et heliam emulum.

prophetam in testimonium suum adduxit. Tercio propter sue glorie universalem participacionem. Moises enim et helias representabant statum precedencium passionem christi, et sui apostoli statum sequencium, et ideo ut ostenderet omnes sue glorie participes et precedentes et sequentes habere voluit in eius signum turbe que precedebant et que sequebantur clamabant: Benedictus qui venit in nomine domini. Quarto propter vite et mortis dominacionem. Nam helias nondum erat mortuus, ideo significabat statum vivorum. Istos ergo testes habere voluit ut ostenderetur quod ipse erat iudex vivorum et mortuorum. Quinto propter sue passionis assimilacionem. Sicut enim salvator pro salute humani generis morte sua tiranum dyabolum superavit, sic moises pro salute sui populi pharaoni et helias acab regi se presentavit et mortis periculo se exponens. ¶ Ad quintum est dicendum quod Crisostomus dicit quod ideo istos tres assumpsit propter prerogativam dignitatis. Isti namque tres ut dicit apostolus ad Galatas primo columpne erant et maiores inter apostolos, et celestia dona ordo meus requirit ut per maiores ad inferiores descendant. Secundo propter prerogativam sanctitatis. In petro namque fuit fidei cognicio qua illustratus christum esse dei filium confessus est. In iohanne vero caritatis dileccio quia precipue est a christo dilectus. In iacobo vero spei tenacio. Tenuit enim iacobus calicem quem bibiturus erat cum eo, nec dimisit ipsum donec ab eo fuit bibitus ut scribitur in actibus. Et per istas tres virtutes ascenditur ad claritatem dei videndam. Tercio propter testimonium veritatis. In ore enim duorum vel trium stat omne verbum. In cuius signum petrus tria thabernacula fieri petiit ut christo perhibent testimonium lex prophetia et evangelium. Errravit enim petrus hic petens. Sicut dicit Iohannes, Crisostomus: Ecclesia unum thabernaculum habet in quo lex et prophete complentur. Erravit secundo

Ut autem quia si xpistus fecisset ibi claues regni
celestis sibi promissas non recepisset. Ex-
cauit 3o quia volebat ut regnum electorum
constitueret in terra non in celo sicut
dominus promiserat. Excauit quarto quia
oblitus est se et socios suos esse mortales
et sine gustu mortis voluit habere eternam
felicitatem. Damascenus autem assignat alias
rationes quare istos tres assumpsit. Primo
propter auferendam inde proditionis occasionem.
Nam solus Iudas indignus erat videre
claritatem dei si tamen hos alios tamquam
dignos assumpsisset et ipsum tamquam indignum
dimisisset ad maiorem maliciam fuisset
prouocatus. Reliquit ergo eum aliis apostolis
occasionem murmuris eis tollendo et istos tres
accepit tamquam predictam rem potentes
tenere magis celatam usque ad tempus
reuelationis. Secundo propter petri con-
fessionis confirmationem. Confessus enim fuerat
quod erat dei filius et sibi xpistus dixerat quod posse
deberet tota ecclesie. Voluit ergo utrumque
donum patris testimonio sibi confirmare quod
auditum est Hic est filius meus dilectus
in quo michi complacui ipsum audite.
Jacobum vero assumpsit tamquam primo mori-
turum pro xpisto ante omnes discipulos. Joha-
nem vero sicut purissimum theologie
organum ut visa xpisti gloria que non
subiacet tempori resonet illud In principio erat verbum
vel propter specialem eius recommendationem quia petro
singulariter claues ecclesie fuerant commisse.
Johanni singulariter mater recommenda-
ta. Jacobo uero primus sedem sacerdotalem as-
cendit. Ad septimam est dicendum quod sicut
apostolus ad romanos viiio dicit Tota perfectio
predestinatorum et adoptiuorum filiorum dei con-
sistit in hoc ut sint conformes ymagini
filii eius qui est primogenitus in multis
fratribus. Ista autem conformitas in du-
obus consistit. Primo in gratie receptione
et peccatorum remissione. Secundo in glorie
consecutione et eternitatis fruitione. Primam
conformitatem xpistus nobis ostendit in baptismo
quia baptismum consecrando et tactu
sue mundissime carnis vim regenerati-
uam eis conferendo et tunc omnes qui bap-
tizantur incorporantur xpisto et conformantur
sibi per peccatorum et gratie receptionem. Secundam
vero conformitatem ostendit nobis xpistus
in transfiguratione quia tunc illam cla-
ritatem apostolis ostendit quam ostensurus et
daturus est omnibus electis suis et quia
gratie collatio que pertinet ad primam con-
formitatem et glorie adeptio que pertinet
ad secundam est opus totius trinitatis
ideo tam in baptismo quam in transfiguratione
tota trinitas est manifestata. Nam in
baptismo filius in carne pater in voce
spiritus sanctus in columba que innocentiam
regeneratorum ostendebat. In transfiguratione
vero filius similiter in humanitate pater
in voce et spiritus sanctus in nube lucida que
claritatem manifestabat. Unde damas-
cenus dicit. Petrus duas videns xpistum fulgentem
recordatus est moysi cuius glorificata est
facies ita ut filii israel non possent respicere
in eum. Sed ut ait deceptus fuit quia
moyses glorificatus est extrinsecus adue-
niente gloria xpistus autem ex innato glorie di-
uine fulgore nam ypostasis una una
et eadem est gloria ibi et carnis ergo
transfiguratus est non quod accipiens quod
non erat sed manifestans discipulis quod
erat propter quod signanter ait Math.
Et transfiguratus est ante eos. Attestatur
etiam magnitudinem glorie xpisti stupor et
timor discipulorum. Nam in baptismo tur-
be que ibi fuerunt vocem patris audientes
claritatem tamen xpisti corporis nondum viden-
tes non dicuntur timuisse nec in facies su-
as cecidisse. Sed discipuli in transfigu-
ratione dicuntur timuisse nube clara
eos obumbrante quia humana fragi-
litas conspectum maioris glorie fer-
re non sustinet. Ut dicit Crisostomus
Sermone. Lectio secunda

Et interrogaverunt eum discipuli eius dicentes. Quid ergo scribe dicunt quod Heliam oportet primum venire. At ille respondens ait eis. Helias quidem venturus est et restituet omnia. dico autem vobis quia Helias iam venit et non cognoverunt eum sed fecerunt in eum quecumque voluerunt. Sic et filius hominis passurus est ab eis. Tunc intellexerunt discipuli quia de Johanne Baptista dixisset eis. Et cum venisset ihesus ad turbam accessit ad eum homo genibus provolutus et dixit ad eum domine miserere filio meo quia lunaticus est et male torquetur. Nam sepe cadit in ignem et crebro in aquam. Et obtuli eum discipulis tuis et non potuerunt curare eum. Respondens ihesus ait. O generatio incredula et perversa quousque ero vobiscum. usque quo patiar vos. Afferte huc illum ad me. Et increpavit illum ihesus et exiit ab eo demonium. et curatus est puer ex illa hora. Tunc accesserunt discipuli ad ihesum secreto et dixerunt ei. Quare nos non potuimus eicere illum. Dicit illis ihesus. propter incredulitatem vestram. Amen quippe dico vobis si habueritis fidem sicut granum sinapis dicetis monti huic Transi hinc. Et transibit. Et nichil impossibile erit vobis. Hoc autem genus non eicitur nisi per orationem et ieiunium. Visa igitur gloria transfigurationis. In parte ista sicut supra dicebatur continuo ponit apostolorum dubitationem. Et primo ponit apostolorum dubitationis interrogatio et Christi responsio. Secundo ponitur lunatici curatio. Et tertio apostolorum increpatio. Quantum ad primum est sciendum secundum Crisostomum quod quia Christus dixerat filius hominis venturus est in gloria patris sui et aliqui non gustarent mortem donec viderent eum in gloria sua. quando viderunt eum transfiguratum crediderunt adventum Christi esse completum ita quod amplius non deberet mori. et quia iuxta testimonium Malachie prophete scribe et pharisei dicebant quod Helias debet prevenire adventum Christi ad iudicium. cum vidissent Moysen et Heliam iam recessisse voce paterna in transfiguratione iam audita dubitaverunt apostoli de hoc dicentes Christo. quid ergo dicunt scribe et pharisei quod Heliam oportet primus venire ante tuum adventum ad iudicium. et tu iam venisti. Ad hanc ergo dubitationem Christus respondit quod Helias in propria persona venturus est. cum Christus veniat ad iudicium universale et restituet omnia corda scilicet filiorum reducendo ad intelligentiam patrum puta iudeorum qui tunc erunt ad veram intelligentiam apostolorum vel restituendo debitum persolvendo mortem quod est humane nature debitum quod nondum persolvit. sed in virtute iam venit preparando iam primum adventum. Nam et Johannes Baptista fuit precursor primi adventus Christi de quo dictum est quod precedet eum in spiritu et virtute Helie. Helias in persona venturus est preveniens secundum adventum. sed in virtute in persona Johannis Baptiste iam venit de quo fecerunt iudei quod voluerunt quia eorum consilio fecerunt eum per Herodem decollari. et sic soluta est questio. Quantum vero ad secundum ponit prius lunatici postulacio et eius infirmitatis insinuacio. quia sepe per demonem mittebatur in ignem et aquam. Tercio eorum infidelitatis increpacio. Et ultimo eius curatio. Sed quantum ad tertium ponitur apostolorum admiracio quia talem lunaticum eis oblatum non potuerunt curare. Unde opinabantur perdidisse gratiam eis a Christo datam de curatione infirmorum. a qua admiracione Christus removit eos dicens hoc non esse propter remocionem gratie eis collate ad curationem infirmorum sed magis propter eorum in fide tepiditatem et infirmitatis difficultatem. quia illud genus demoniorum non poterat eici nisi in oratione et ieiunio ac fidei. secundum Glosam. Genus carnalium voluptatum non vincitur nisi per orationem

confunctur et arcus per ieiunium macerent.
¶ Sed hic possunt esse iiii^or dubitationes. Prima
dubium cum dyabolus vexet hominem si
talis vexatio sit expectato. ¶ Secunda utrum
sit aliquod genus demoniorum quod non
nisi ieiunio et oratione expellatur. ¶ Tercia
dubium fides propter suam puritatem grano
sinapis comparetur. ¶ Quarta dubium quare
quomodo montes fecerint transferri. ¶ Ad primam
est dicendum quod ut dicit Crisostomus in vexa-
tis a demone quosdam lunaticos in pre-
tium aspiciunt quia quoque aliqui motus
bonorum operum appetunt quoque ut qui abrepti
a demonio quibusdam passionibus con-
prehendunt ut a bono proposito recedant
quibus sic per inceptionem hunc patiatur et
creaturam per creaturam culpabilem fa-
ciunt. Contingit autem talis vexatio pri-
mordialiter ex peccato originali quia ex
dono iusticie originalis homo spiritibus
malis subiectus non fuisset penas vel
lesiones aliquas ab eis vel per se vel
creaturas recipiendo culpa non precede-
te. Sed cum primus homo a demonio fuit
superatus in persona omnium sequentes penali-
tates meruit ab eo recipere quia a quo
quis superatus est eius servus est. Unde
dicit Crisostomus quod iste puer vexatus a dy-
abolo non peccato suo personali tamen ab infan-
cia sua dyabolus cepit eum vexare
sed solum peccato originali diabolus in
eum potestatem accepit. Ieronimus vero dicit
quod istam vexationem promeruit ex suo
peccato actuali. Unde cum dicitur Christum illu
increpasse refert hanc increpationem
factam esse ad puerum eo quod propter peccata sua
non que pueritia commiserat sed que vi-
vendo addiderat fuerat a demonio
oppressus et hoc satis concordat dictis sal-
vatoris dicentis tale genus demonio-
rum non posse nisi oratione humilitatis
et ieiunio castitatis per quod datur intelli-
gi quod demon vexabat istum propter su-
perbie ascensionem et propter luxurie sub-
missionem ideo dicitur quod frequenter eum
in ignem vel in aquam percutere voluit.
Theophilus vero ait hunc puerum
vexatum fuisse a demone propter infi-
delitatem patris dicens ideo deum per-
misisse filium sic vexari ut petendo
pater qui erat incredulus filii sanitatem
et videndo medici potestatem reduceretur ad
fidem. Unde cum Christus sibi diceret pete-
ti Ut quid potes adiuva nos si cre-
dere poteris potest fieri quia omnia possibilia
sunt credenti. Audit accedo domine ad-
iuva tamen incredulitatem meam. De mo-
dica ergo et imperfecta fide quam habebat
pater istius pueri de Christo quia dice-
bat si quid potes quasi dubitando
reductus est ad perfectam et integre fidei
pervenit. Igitur vexatio demonii quoque
ex peccato originali quoque ex peccato actu-
ali et personali quoque ex peccato paternali
etiam omnibus istis modis demon ve-
xabat puerum predictum ut dictum est.
¶ Ad secundam dubitationem respondit Cri-
sostomus dicens demoniorum genus posse
accipi particulariter et universaliter. Etiam
licet homines demones temptent
homines de omnibus viciis singulariter
tamen aliqui deputati sunt ad temp-
tandum magis de superbia aliqui vero
magis de luxuria ut dicatur spiritus
superbie secundum quem modum dicitur esse
distinctio in demonibus quia igitur talis
lunaticus secundum revolutionem lune
quoque de superbia quoque de luxuria ve-
xabatur a demone. Ideo hoc genus
demoniorum lunaticorum non nisi oratione
et ieiunio salvator dicit esse eiciendum

ac si diceret carnalium voluptatum mu
tabilitas non terminatur nisi spiritus oratione
confirmetur et caro per ieiunium maceretur
Si vero genus demoniorum sumatur vt
tunc triplici possit eici a nobis oratione
et ieiunio Primo per diuine offense satis
factionem Secundo per temptacionis separacionem
Tercio per meram meritoriam operacionem
Dupliciter enim deum offendimus racione cuius
permittit nos a demonio vexari Primo
ab ipso tamquam incommutabili bono nos
auertendo Secundo nos ad bona commu
tabilia conuertendo et sic dupliciter deum
placamus Primo nos ad ipsum conuerten
do et secundo nos ab omnibus bonis com
mutabilibus separando Primum facit oratio
secundum ieiunium omne genus demoniorum
eicitur a nobis oratione nos ad deum con
uertente et ieiunio nos a creaturis separan
te Secundo nos per temptacionis separacionem
nam vniuersaliter genus demoniorum nos
dupliciter temptat Primo per inordinatum
amorem male nos inflamante Secundo
per timorem male nos humiliante recedimus
quoque a bono iusticie et virtutis quia non
plus timemus offendere deum quam hominem
Hunc duplicem modum peccandi tangit
Augustinus super hunc locum psalmi Incensa igni
et suffossa per fossa volens intelligere
timorem male humiliantem et per incensa
amorem male inflamantem timor ergo
male humilians expellitur per oracionem
que nullum facit hominem supra se habere
nisi deum amor vero scilicet male infla
mans a nobis expellitur per ieiunium
ergo omne genus demoniorum expellitur
a nobis oratione remouente et superante
timorem humiliante male et ieiunio
superantem amorem male inflamantem
Tercio nos per meram meritoriam operacionem
Nam omne meritum boni meritorium con
sistit in duobus Primo in declinando

a malo Secundo in faciendo bonum Iuxta
illud Declina a malo et fac bonum igitur
declinacio malorum fit per ieiunium operacio vero
omnium bonorum per oracionem omne ergo genus
demoniorum eicitur oratione cuncta bona
operante et ieiunio ab omnibus malis declinan
te ¶ Ad terciam dubitacionem videtur Iohannes
dicens fidem comparari grano sinapis propter
virtutem non propter quantitatem habet
enim granum sinapis virtutem purgatiuam
purgat enim humorem malum de capite
virtutem calefactiuam et probatiuam quanto
enim plus teritur tanto plus in eo vir
tutis in eo reperitur dicemus ergo quod fi
des potest ad tria comparari Primo
ad errorem cui contrariatur et sic habet
virtutem purgatiuam fide namque cor
da fidelium ab erroribus purgantur Iuxta
illud Act xv fide purificans corda eorum
et sicut argentum non inflatur si misce
atur auro sed quando mixtum fuit plumbo
vel stagno sic homo non infirmatur
nec polluitur in fide quando contemplatur
celestia et spiritualia sed cum terrenis et
temporalibus commiscetur Vnde xpo cum
tribus discipulis ascendente in montem
et ibi moram faciente alij discipuli qui
cum turbis et populis remanserant in fide
sunt infirmati intantum quod cum quereretur a
xpo quare demonium non potuit eicere
audierunt a xpo propter incredulitatem
eorum hoc fuisse cuius exemplum habemus
Exod xxxij Quando moyse faciente mo
ram in monte cum deo statim filij israel
fidem perdiderant dicentes Aaron fac
nobis deos qui precedant nos huic enim
viro moysi nescimus quid acciderit mul
tum enim debilitatur in fide per consorcium
mundanorum et carnalium hominum Vnde cum
ysaias quereretur quia labia polluta
haberet statim eam assignauit dicens
quia in medio populi polluta labia habentis

ergo dicto. Si vero fides comparatur ad cari
tatem qua informatur sic huius virtute
caelestinam, quia dicente apostolo Si homo
haberet fidem ita magnam ut montes trans
ferret sine caritate nihil esset. Sed si
comparatur ad persecutorem qua probatur
habet virtutem probativam. Nam pro
batur fides persecutione sicut aurum igne
non ergo fides assimilatur grano sinapis
propter quantitatem, quia cum grano sinapis
non sit aliquid minimum quantitate qui tanta
haberet parum vel nihil haberet. Sed com
paratur propter virtutem sicut dictum est.
Ad quartam dubitationem videlicet cum
dicens hoc posse exponi secundum sensum spiritu
alem vel literalem. Spiritualiter enim talis est sensus
dicetis monti huic id est cuilibet demoni et cunctis
libus spiritibus immundis et superbo diabolo. Denique
talibus stabilem in pectore. Transferantur mon
tes in cor maris. transi hinc id est recedas
ab hoc corpore obsesso, et confestim descendit
in profundum inferni, et montes per apostolos
translatos et a corporibus obsessis demo
nes esse fugatos non solum semel sed
pluries legimus esse factum. Sed secundum literalem
Crisostomus verificat istud dictum quatuor modis.
Primo ut hoc miraculum intelligatur per
apostolos esse factum, sed non scriptum. Nam
multa miracula ut ait per apostolos facta sunt
que scripta non sunt. Secundo ut intelligatur
tale miraculum facere potuisse sed non fecerunt
quia utile et proficuum non viderunt, si namque utile
et optimum fuisset fecissent. Tercio ut in
telligatur hoc fecisse in persona aliorum sanctorum
non ipsi in personis eorum. Nam in vitis
patrum legitur et Gregorius recitat in dialo
go quod aliqui sancti minores apostolis et
montes fecerunt transferri et saxa magna
per rupes cadencia eorum precibus sic ligaue
runt ut deorsum non caderent. Quarto
ut istud intelligatur factum per apostolos cum
maiora istis fecerunt quia mortuos sus
citare cecos illuminare maius est quam facere
montes transferri

Conversantibus autem eis in galilea
dixit illis ihesus Filius hominis tra
dendus est in manus hominum et occident eum
et tercia die resurget. Et contristati sunt
vehementer. Et cum venissent capharnaum
accesserunt qui didragma accipiebant ad
petrum et dixerunt ei Magister vester non solvit
didragma. Ait Etiam. Et cum intrasset
in domum prevenit eum ihesus dicens. Quid
tibi videtur simon. Reges terre a quibus
accipiunt tributum a filiis suis an ab
alienis. At ille dixit ab alienis. Dixit
illi tunc ergo liberi sunt filii. Ut autem
non scandalizemus eos vade ad mare
et mitte hamum, et eum piscem qui primus
ascenderit tolle. Et aperto ore eius in
venies staterem. Illum autem sumens
da eis pro me et te. Posita apostolorum dubi
tatione. In parte ista ut supra dicebat
celebrita ponit eorum de christi passione pertur
bacionem. Et primo ponit eorum contristacionem
Secundo ipsorum consolacionem. Et tercio scandali
vitacionem. Quantum ad primum dicit quod conver
santibus christo et discipulis in galilea dixit
enim discipulis se esse tradendum et occiden
dum et tercia die resurrecturum. Nam sicut
Dominum semper salvator passionis innexuit tris
ticia et cum tristicia innexuit leticia apos
toli ut Crisostomus dicit non obstante quod hoc
prius audierant et crucifixurum eum vide
bant et tercia eum die resurrecturum cog
noverant, ex nimio tamen amore quem
ad magistrum habebant contristati sunt vehe
menter non quod talis tristicia proveniret
ex infidelitate sed magis ex dilecta caritate
credentes Christum dei filium nihil indignum
poterant de christo audire. Quantum vero
ad secundum est talis ratio. Ille passurus est
voluntarie non coacte qui nullius potestati
est subditus, sed talis fuit ipse christus, qui
tanquam filius regis eterni liberaverat ab omni
tributo et subiectione terrene potestatis. Cuius
probacionem inducit testimonium petri qui
cum vellet querere a christo quis tributum capi
tale non solvit quesiverunt ab eo facientes
eius interrogacionem, an reges terre reci
pient tributum a filiis eorum vel extraneis

z alienigenis. Quo videnre q' no a filijs
sed pocius ab alienis. Concludit xps ergo
liberi sunt filij, p quod intrauit se esse libe
rum ab omni seruitute, cum esset filius
regis eterni z per hoc consolabatur disci
pulos de sua passione quam no necessitate
cogente sed sola caritate acceptante vo
lebat pro salute homi sustinere. Sed
quantum ad tercium est talis ro. Sicut multa
potest homo repete que tamen repetere
non licet pter scandalum vitandum
ita multa homo tenet non dare neqz sol
uere que pter scandalum vitandu solue
da sunt. Sed xpus quia liber erat ab
omni tributo non tenebatur drachmam
solue quia tn aliqui videntes eu no sol
uere scandalizabant si no soluebat eu ad
eum ptinebat scandalum sicmoz z inf
moz in fide vitare. Ideo soluit tributu
de mari tn non de terra vt no solum
terre sed etiam maris dominum se esse on
deret. Sed hic pnt esse quatuor dubita
tones. Prima vtru soluere tributu co
ueniat homi ex pto. Secunda vtrum
ecclia teneat solue tributu. Tercia vtrz
xpus inquantu homo eet obligatus ad
soluendum tributu. Quarta vtru pter
scandalu vitandum homo teneat solue
quod non tenet. Ad pmam est sciendu
q tributu soluit aliqn alicui in domi
recognicoe. Dicit enim ysidorus decimoquinto
libro ethimologiaz q tributa dicta st
eo q pro singulis tribubus exhibebant
sicut nuc p singula victoria. Ait enim
romanu pplin in tres ptes fuisse diui
sum et extunc illi qui in singulis ptibz
pferunt tribuni appellati st z sumptus
quos ei ppli dabant tributa nominauit.
Sunt ergo primo tributa soluta in do
mini recognicoem. Secundo tributum
soluit alicui quasi p parte vindanda
z p republice conseruacoe vel defensioe
scdm quem modu scribit vicesimatercia
qone octaua q impatori p ecclia sol
uendu est tributum p pace z quiete

quia ipe ecclam z ecclasticos viros tue
ri z defensare tenetur. Unde si impator
ecclam non defendet sed magis impug
ret sibi ecclia nec tributum nec censu
dare tenetur. qz vt dr lxxxvi di ca
esto tue te liberu in principem si tu non
vis me liberu in senatorem. Si go tributum
soluitur vl pter subiectom vl ppt pacis
z quietis conseruacoem. In primo statu
an pctm vbi nulla fuisset subiectio nc aliq
impugnacois defensio non fuisset p qns
tributi psolucio. Ad secundam est dicend
q ecclam esse tributariam tripliciter pt
intelligi. Primo quantum ad fundum vel
territorium ubi fundata est. Secundo
quantum ad bona exteriora quibus e dota
ta. Tercio quantum ad decimas z primicias
quibus vita ministrorum sustentatur.
Quantum ergo ad pmu si ecclia est funda
ta in territorio tributario de toto quod
est extra parietes vl muros vl circuitum
ecclie tributum est soluendu. Sed de ipo
fundo ecclie tributum solui non debet
acquirit tamen p talem fundu ille cui
est ius pronatus in ecclia non ius pso
lucionis tributi dumodo sit bone fidei
quia si fundator ecclie esset fidei puerse
compellendus esset ad iustam existima
conem z psoluendum sibi congruu prciu
quia quod semel consecratum est no
potest vltra restitui illi cuius e vl fuit.
Unde gregori dicit z ponitur xxiij q vij
Comperimus nullam extitisse cam pro q
res eoz potuissent racionabiliter occupari
z quia quod semel consecratum e resti
tui laicis non pt. Propterea ut epus prciu
eis det. Quantum vo ad secundum si bona
exteriora quibus ecclia est dotata prius
erat libera z non tributaria pmaneat
semp libera z non tributaria prius fi
possunt. Legitur enim Gen xlvij c q tpe

ioseph tota terra egipti facta fuit tribu
taria pharaoni preter terram sacerdotum que
libera ab illa condicione remansit. sed si
talia bona prius fuerint tributaria trans
eunt ad ecclesiam cum honore suo. Unde
de talibus pro pace servanda ecclesia tributum
solvit. secundum quem modum dicit ambrosius et
habetur in decretis xi. q. i. Si tributum imperator
de agris ecclesie vult habere non negamus ei
Sed quantum ad titulum de decimis et primiciis
que laicis clericis exhibent in eorum susten
tacionem ecclesia tributum non solvit. sicut
notatur xxiii q. viii. c. tributum secundum canonistam.
¶ Ad tertiam dubitacionem dicendum secundum super
hunc passum dicens xpm posse considera
ri secundum naturam divinam et secundum naturam
humanam. secundum enim naturam divinam erat
filius regis eterni cuius imperio omnia sub
duntur. secundum vero naturam humanam fuit
filius regis quia de davidica stirpe descen
dit. Unde dictum est virgini in eius concepcione
dabit ei dominus sedem david patris eius et
regnabit in domo iacob in eternum et regni eius
non erit finis. Si ergo secundum sanam litteram
reges terre ab alienis non a filiis acci
piunt tributa et secundum conclusionem xpi con
firmantis responsionem petri liberi sunt
filii regum. xpus tamen heres et filius
filius regis eterni et temporalis tributum
solvere non tenebatur sed propter scandalum vi
tandum solvit. Sed racio ista bene concludit
quod xpus non obligabatur ad solvendum
tributum secundum quod deus et secundum quod erat fi
lius regis eterni. sed non concludit eum
esse liberum a tributo secundum quod homo
et secundum quod erat filius david propter humani
tatem assumptam. planum est enim quod
multi erant tempore nativitatis xpi qui
ex davidica stirpe descenderunt et tamen
omnes obligati erant ad tributa solven
da quia eo tempore tota iudea romanis tribu
taria erat. per descendere ergo ex davidica stir
4 pe vel posse dici filium regis non absolveban-

tur ab isto tributo immo in civitate david pu
ta in bethleem propter tributa solvebantur
quia ibi scribebant singula capita et capitale
tributum singula solvere tenentur. Dicendum
est ergo quod xpus non descendit a davidica
stirpe modo propagacionis humane per
commixtionem maris et femine sicut alii
descenderunt. Unde sicut secundum apostolum ad
hebreos vii. Cristus non tenebatur sol
vere decimas nec fuit decimatus in lum
bis abrahe quod abraham dante decimas
melchisedech omnes decimati sunt qui modo
humano descenderunt ab ipso. xpus vero
a tali debito fuit liber quia modo hu
mano non descendit ab ipso. ita possumus
dicere quod descendentes a david modo
humano non absolvebantur a tributo sol
vendo quia libertatem regalem non servave
runt. sed xpus quia modo humano non de
scendit ab ipso et libertatem regalem per pec
catum non perdidit. ideo a tributo omnino
absolutus erat. ¶ Ad questam est dicendum
quod duplex distinctio est hic notanda. Una
est de bonis temporalibus que homo solvere
vel dare tenetur. Nam bona temporalia
vel sunt nostra vel sunt nobis recommenda
ta et sumus eorum conservatores et deposi
tarii de quorum numero sunt omnia bona ec
clesiastica. Alia distinctio facienda est de scandalo
quia aliquod est scandalum pusillorum et
infirmorum qui ex quadam ignorancia
et debilitate scandalizantur. Aliquod
vero scandalum est phariseorum qui
ex invidia et nequicia quasi scandaliza
de scis et factis bonorum et sanctorum virorum
Cum ergo queritur utrum homo propter
scandalum vitandum debet illis solvere
bona temporalia que non tenetur dare si est
scandalum pusillorum et infirmorum et bona
temporalia sint nostra non ecclesie pastorum est
dare temporalia predicta que nostra sunt
ad vitandum scandalum infirmorum in fide

date quod ipa dare non teneamur si
ne ut amplius tales sine ut sibi sint.
Sicut dicit Origenes super Augustinum ubi
dedit qui tributum solvit ad vitandum
scandalum quod prius ostendit se non teneri
solvere. Sed si bona talia essent ecclesie
nobis recommendata, ad vitandum scanda
lum quorumcumque infirmorum et pusillorum
dare non tenemur sicut nec aliena de
posita nobis recommendata. Unde Iohannes
dicit super hunc passum quod Iudas loculos
habebat et conservator erat pecunie Christi. Christus
igitur non precepit tributum solvi de illa
pecunia, sed voluit Petrum piscari et
staterem inventum in ore piscis precepit
dare pro tributo, et reddit quod res pauperum
in usus proprios convertere nephas putavit.
nobis quidem tradunt extra de talibus. Unum
est quod dicit Gregorius super Ezechielem quod si de
veritate scandalum sumitur, utilius per
mittitur nasci scandalum quam veritas
relinquatur. De hoc etiam intelligitur totum
illud decretum Ambrosii quod ponitur
xxiii q. i. cum convenerit. Sed propter
scandalum phariseorum vitandum nec bo
na nec ecclesie ministeria tenemur
iniuste petentibus quia ut Christus scanda
lum talium vitavit. Sed dixit sinite
eos quia ceci sunt et duces cecorum.

In illa hora accesserunt. Capitulum xviii
ad Ihesum discipuli dicentes: Quis putas
maior est in regno celorum. Et advocans
Ihesus parvulum statuit eum in medio eorum
et dixit: Amen dico vobis nisi conversi
fueritis et efficiamini sicut parvuli non intra
bitis in regnum celorum. Quicumque ergo
humiliaverit se sicut parvulus iste hic est
maior in regno celorum. Et qui susceperit
unum parvulum talem in nomine meo me
suscipit. Qui autem scandalizaverit unum
de pusillis istis qui in me credunt

expedit ei ut suspendatur mola asi
naria in collo eius et demergatur in pro
fundum maris. Ve mundo a scandalis.
Necesse est enim ut veniant scandala.
Verumtamen ve homini illi per quem scandalum
venit. Si autem manus tua vel pes tuus
scandalizat te, abscide eum et proice
abs te. Bonum est tibi ad vitam ingredi
debilem vel claudum quam duas
manus vel duos pedes habentem mitti in
ignem eternum. Et si oculus tuus scanda
lizat te erue eum et proice abs te. Bonum
est tibi cum uno oculo in vitam intrare
quam duos oculos habentem mitti in gehen
nam ignis. Postquam evangelista determinavit
de Christi transfiguratione, in parte ista ut
supra dicebatur, determinat de fraterna correc
tione, ad quam quatuor requiruntur.
Primo scandali proximorum vitatio. Se
cundo angelorum custodia et administratio.
Tercio peccantium in nos caritativa
monitio vel reprehensio. Quarto penitentis
reiteratio. Secundum ista in quatuor partes capitulum
dividitur in partes iiii. Secunda ibi
videte ne contempnatis. Tertia ibi Si
peccaverit in te. Quarta ibi Tunc
accedens. Ad intellectum autem prime
partis est sciendum quod evangelista primo
ponit scandalum patiendum neque iu
stificatum. Secundo scandalum faciendum
pene taxationem. Tercio concludit eorum
vitationem. Circa primum premittitur
quod tale quod in illa hora quando discipuli
viderunt Petrum dare tributum pro
Christo ecce accesserunt ad Ihesum queren
tes ab eo quis esset maior in regno
celorum, que questio ortum habuit ex
hoc quod viderunt Petrum tributum
dare pro Christo et pro se intelligentes et
arbitrantes Petrum eorum prelatum

fieri de quo aliqua inuidie passionem
sustinebat non tamen audebat expresse
dicere cur petrum prehonorasti nobis
sed indeterminate interrogant quis maior
est in regno celorum quia enim viderunt
illos tres honoratos in transfiguracione
nichil dixerunt sed quia viderunt quod
christus uni soli contulit honorem tunc
doluerunt ut crisostomus dicit hanc dubi
tacionem saluator soluens statuit paruulum
in medio discipulorum secundum Crisostomum
ad litteram paruulum ut in eo etatem
quereret et similitudine innocentie de
monstraret uel christum qui ministrari
non venit sed ministrare uel spiritum sanctum
quem in cordibus eorum posuit ut superbia
humilitate mutarent statuto ergo pa
ruulo in medio facit hanc racionem il
li in regno celorum sunt maiores qui
illud regnum intrant et sunt illius regni
possessores sed tales sunt humiles
et quia humiliant se sicut paruuli ergo
in regno celorum quanto aliqui sunt hum
iliores tanto sunt maiores et tales
propter eorum innocenciam scandalum
paciuntur et faciliter scandalizantur de
factis et dictis inimicorum veritatis. Quantum
ad secundum est racio melius est pun
tem vitam per grauissimam penam
finire puta quod suspendatur mola
asinaria id est tale pondus quod asinus
ferre non potest vel ad litteram mola
qua molendinum fertur quod carcinis con
tiatibus vitam exponit sed quicumque
scandalizant tales paruulos simplices
credentes in christum eterne pene sunt
reseruati quia ve inducimus scandal
et propter scandala que faciunt et ve
est imprecacio eterne pene ergo expedit
talibus presentem vitam per grauissimam
penam finire et quia aliquis posset

dicere scandala igitur non fiant ideo
subdit necesse est id est utile est ut veni
ant scandala ut qui probati sunt mani
festi fiant in ecclesia ut apostolus dicit
non tamen est utile eis qui faciunt
scandala quia ve homini illi per quem
scandalum venit. Sed quantum ad tercium
est talis racio illa sunt a nobis remouen
da que nos scandalizant et ad ambu
landum in via dei obstaculum et ruina
uel impedimentum preberent sed tales
quicumque sunt anima qui intelliguntur nomine
oculi uel prelati uel operaciones sensuum
nostrorum ergo omnia ista non membra
corporalia sed illa que per ista intelliguntur
si nos scandalizant et prebent impedimen
tum in via christi a nobis debemus remo
uere. Sed hic possunt esse sex dubi
taciones. Prima utrum scandalum sit
donum uel semper inimicus racione ruine
alteri prebens. Secunda utrum scandalum
semper sit mortale peccatum. Tercia utrum
scandalum semper sit pusillorum uel posset
esse perfectorum. Quarta utrum necessarium
sit scandala esse. Quinta utrum intrare
religionem et dare elemosinas sit di
mittendum propter scandalum. Sexta utrum
solum sint terra que propter scandalum di
mittenda non sunt. Ad primam est dicendum
quod scandalum multipliciter accipitur primo modo
per contristacione. Iuxta illud ad Ro.
xiiij. videte ne scandalum id est contristacionem
ponatis fratribus vestris. Secundo accipitur pro
scandalizancium punicione. Iuxta illud Col
ligent de regno eius omnia scandala
id est omnes impios scandalum facientes.
Tercio pro voluntatis contradiccione iuxta
illud vade post me sathanas quia
scandalum michi es id est contrarius mee
voluntati. Quarto pro ruine sumpta
uel data occasione. Iuxta illud. Vos quia

audito hoc verbo pharisei scandalizati sunt. Quinto pro tunc in facto minus recto posicione isto modo accipi. hic quando dicitur quod qui scandalizat unum credentem in christo expedit ut suspendatur mola asinaria in collo et demergatur in profundum maris isto igitur modo diffinitur scandalum quando dicit glosa quod est dictum vel factum minus rectum occasionem ruine prebens alteri. Nam scandalum vocabulum grecum est quod latine impactio pedum dicitur. quando enim aliquis aliquid ponit offendiculum ante pedes alicuius ex quo impeditur eius iter vel ambulacio scandalum dicitur poni secundum quem modum omnis qui dicit vel facit minus recte unde proximus eius offendiculum recipit ut recte ambulet in via dei scandalum dicitur ponere. ¶ Ad secundam est dicendum quod tam scandalum activum quam passivum potest esse peccatum mortale et veniale. mortale quidem est quando aliquis dicit vel facit coram illo proximo quod de se est peccatum mortale et de se est aptum natum impaccionem ponere in via dei ut fornicacionem furtum et alia huiusmodi. et talis impactio vel scandalum activum mortale peccatum est et imitacio in tali peccato opere est scandalum passivum mortale similiter dato tamen quod operacio de se non esset mortale peccatum esset tamen in dicto vel facto aliqua impaccio vel ordinacio si aliquis preponit aliquem ex hoc scandalizari et contempnit vel negligeret salutem eius puto quod esset mortale quia contempnere proximi salutem est contra caritatem. Sed quando aliquis non dicit vel facit aliquid quod de se non sit peccatum mortale puta iocose mentiri minus tamen est rectum tale dictum vel factum eo ipso quod mendacium non est si ex hoc non contempnat salutem proximi puto quod tale

scandalum activum sit veniale et imitacio in tali opere est scandalum passivum similiter veniale. ¶ Ad terciam est dicendum quod Ieronimus concedit super hunc passum maiores scandalizari non posse. sed solum pueros et infirmos in fide ad tumescendum est sciendum quod passive perfecti non scandalizantur propter firmam adhesitatem. ita enim firmiter et imobiliter adherent per amorem christo quod ex nullo dicto vel facto minus recto alicuius commoventur et vel commoventur a deo. Nam qui confidunt in domino sunt sicut mons syon non commovebitur in eternum qui habitat in ierusalem et propheta dicit quod pax multa est diligentibus legem dei et non est scandalum. Active vero perfecti scandalum perfecti non faciunt quod sit mortale propter eorum racionem quia si sunt regulati in racione deo protegente quod nec dictum nec factum minus rectum agunt unde alijs prebeant occasionem ruine et dico quod sit mortale quia si quando in dictis vel factis perfectorum est aliqua inordinacio non est tamen tanta ut inducere debeat impedimentum alicuius ad ambulandum in via dei. igitur perfecti non scandalizantur passive propter eorum firmam adhesionem. active vero propter eorum racionem. ¶ Ad quartam est dicendum quod christus triplex ostendit scandala venire esse necessaria et neuter modus ut ait tollit libertatem arbitrij. primo quantum ad dei eternam previsionem. Nam illa que de sui natura sunt contingencia ut cum sint previsa a deo necessaria sunt scandala. ergo evenire necessarium est non simpliciter. sed ut previsum est a deo et tale necessarium in nullo repugnat libertati arbitrij quia non ideo eveniet quia previsum est a deo. sed ideo quia venturum est previsum et previsum est a deo evenire tibi futura sicut presencia sunt nota. Secundo quantum ad finis consecracionem. Nam supposito quod talis finis et talis

Vtilitas debeat consequi ex supinencione
scandalorum puta quod praui manifestentur
in ecclesia per probacione eorum necessaria vtile
est quod scandala veniant quia ex hoc ma
li scandalizant bonos eos factis persequen
do et verbis iniuriando si in talibus boni non
recedunt nec commouentur manifestatur
eorum constancia que prius erat ignota
secundum quem modum loquitur apostolus prima ad
Corinthios dicens quod necesse est hereses in ecclesia
vtile. Vt qui probati sunt manifesti fiant
in nobis. est ergo necesse venire scandala
quantum ad finis consecucionem que non tollit
libertatem arbitrii. Tercio quantum ad
hominum condicionem ex hoc enim scandala fi
unt quia condicio prauorum talis est. Vt sic
dicant aut faciant illa per que aliis datur
impedimentum et preterea obstaculum ad recte
ambulandum in via dei. stante igitur tali con
dicione quod praui homines eorum vitam non cor
rigant sed magis per eorum malam vitam
vel doctrinam alios inficiant necesse est vt
scandala veniant sicut si medicus vi
deat aliquos homines mala dieta et ma
lo regimine semper vti bene potest dicere
necesse est tales homines infirmari quod
intelligendum tali condicione stante quod
eorum dietam non mutent. talis tamen necessitas
non tollit libertatem arbitrii. Ad quinta
est dicendum quod questio est dubia propter verbum
Johannis qui dicit super hunc passum ve homi
ni illi per quem scandalum venit quod quantum
homo potest sine peccato proximorum scan
dalum vitare debet. planum est autem quod
intrare religionem et facere opera super
erogacionis sine peccato homo potest di
mittere. cum igitur parentes scandalizentur
de introitu filiorum in religione videtur
quod propter eorum scandalum vitandum hoc
dimittere debet. ex quo sine peccato talem
introitum dimittere potest. Idem tamen
Johannes dicit quam in epistola ad eliodorum. licet paruu
lus ex collo pendeat. licet
sparso crine et scissis vestibus et vbera quibus
te enutrierat ostendat licet in limine pater
iaceat. palitro pre pede sicitis oculis
quod ad vexillum christi transuola. sciendum
est igitur quod vbi opera supererogacionis possunt
fieri sine transgressione preceptorum diuinorum
puto quod dimittenda non sunt propter scan
dalum parentum vel aliorum. quia et si certa
non sit de necessitate vite prout de preceptis
cogitur. sunt tamen de necessitate vite per
modum cuiusdam cuiusdam disposicionis
promouentis. Cum ergo subuencio parentum
sit preceptum diuinum si pater et mater possent
viuere sine filio. vel per aliquos possent
eorum indigencie subueniri in tali casu
propter eorum scandalum filius introitum
religionis dimittere non debet. sed sine
eius presencia parentes viuere et sustentari
non possent puto quod ad vitandum tale
scandalum filium introitum religionis
et alia opera supererogacionis deberet
dimittere. et secundum hunc triplicem modum
Johannis intelligenda sit. Ad sextam est dicendum
quod precepta dei propter scandalum proximorum
dimittenda non sunt. omnia autem pre
cepta. vel nos ordinant in deum vel in
proximum vel in nosipsos quibus de dileccione
tria nobis precepta data non sunt quia
nemo dicente apostolo carnem suam odio
habuit. sed naturaliter nutrit et fouet
eam. si ergo dimitteremus doctrinam veritatis
transgressores essemus preceptorum que
nos ordinant in deum. eo quod per doctrinam
fidei ordinamur in deum si non dimit
teremus iusticie equitas transgressores essemus
preceptorum que nos ordinant in proximum
quia per iusticiam in proximum ordinamur.
Et si dimitteremus vite bonitas vel sanitas
essemus transgressores preceptorum per que de
beremus ordinari in nobis ipsis. igitur doctrine
veritas iusticie equitas et vite bonitas propter scan
dalum proximorum vitandum dimittenda non sunt. secundum Thomam

xviii

Videte ne contempnatis lc° ij
unum ex his pusillis. dico enim vobis
quia angeli eorum in celis semper vident faciem
patris mei qui in celis est. Venit enim filius hominis
salvare quod perierat. Quid vobis videtur
si fuerint alicui centum oves et erraverit una
ex eis nonne relinquet nonaginta novem in
montibus et vadet querere eam que erravit
et si contigerit ut inveniat eam. Amen dico
vobis quia gaudebit super eam magis quam su-
per nonaginta novem que non erraverunt. Sic non
est voluntas ante patrem vestrum qui in celis est
ut pereat unus de pusillis istis. Ostenso
quod ad fraternam correctionem requiritur scanda-
li proximorum vitacio in parte ista ut supra
dicebatur ostenditur quod ad eandem requiritur
angelorum custodia et administratio et po-
terit triplex ratio. Nam secundum Crisostomum predicta
que dilectio fraterna non est contempnenda
neque scandalizanda. quarum prima est
talis. illi non sunt contempnendi neque sca-
dalizandi qui ita sunt deo cari. ut ad eorum
custodiam angeli qui sunt in celis et
semper vident faciem patris sunt deputati
sed tales non sunt pusilli qui nuper in fide
sunt nati et quasi adhuc infirmi in fide
vel pusilli sunt perfecti viri de ecclesia qui
cum pusilli dicuntur propter humilitatem iuxta
illud. qui maior vobis sit minister vester
et si dicatur quod tales scandalizari non possunt
verum finaliter et generaliter. sed quandoque scandali-
zantur vel pusilli sunt pauperes et despecti
in mundo ergo tales scandalizandi non
sunt. Secunda ratio est talis illi non sunt
scandalizandi et contempnendi quos perdi-
tos filius hominis venit salvare. sed tales
sunt genus humanum quod perditum et
dampnatum peccato primorum parentum christus sal-
vare venit. non solum magnos sed et
pusillos et parvos quia omnibus dixit pusil-
lis et magnis vel cum maioribus ergo ta-
les non sunt scandalizandi neque contemp-
nendi. Tercia ratio est talis pater celestis
centum oves habuit. ac si diceret
habuit perfectum numerum creaturarum que
necesse non erraverunt quia novem or-
dines angelorum in gracia permanse-
runt. genus vero humanum una
ovis fuit que deest ad complecionem
numeri centenarii. talis ergo ovis
erravit quia adam peccante omnes
peccaverunt. sed plus gaudet celestis
pater de inventione unius ovis perdite
quam de 99 que perdite non erunt. ergo
talis ovis perdita et inventa scandalizanda
et perturbanda non est. Sed hic possunt esse novem
dubitaciones. Prima utrum angeli sint
ad custodiam hominum deputati. Secunda utrum
angeli custodientes homines semper videant
faciem patris qui in celis est. Tercia utrum
angeli custodientes quandoque dimittant ho-
mines quos custodiunt. Quarta utrum
quot sunt homines custoditi tot sint an-
geli custodientes. Quinta utrum angeli
custodientes gaudeant de salvacione eorum
quos custodiunt. Sexta utrum in baptismo
vel in nativitate homo recepit angelum
custodem. Septima utrum homo in statu
innocencie habuisset custodem. Octava
utrum antichristus debeat habere bonum angelum
custodem. Ad primam est dicendum quod congruum
fuit angelos ad custodiam hominis depu-
tari et ex parte dei et ex parte nostra. Nam ex
parte dei sumitur talis ratio. Illud convenit
deo per quod ostenditur sue bonitatis communica-
cio sue sapiencie manifestatio sue caritatis
dilectio et tocius universi conexio. sed depu-
tando angelos ad custodiam hominum ostenditur
eius bonitatis communicacio. cum enim ipse
per se ipsum omnia possit facere que facit me-
diantibus creaturis. ut cum suam bonita-
tem creaturis communicaret. ita quod non puta-
rentur creature operacionibus suis debitis
privari. inferiora mediantibus superioribus
et unam creaturam mediante alia
ut dicit sapiens. Sic ostenditur eius sapiencia

quod cum sapientis sit ordinare maxime or-
do divine sapientie in hoc manifestatur
quod ad custodiam debilium sunt fortes depu
tati ostenditur eius caritas et dilectio quod si deus
propter caritatem quam habuit erga homines
suum filium misit ad eorum redemptionem con-
gruum fuit quod daret hominibus multo magis
suos ministros puta angelos ad eorum defe-
sionem ostenditur similiter universi conexio. Ut
sit quantitate corporali inferiora corpora
coniunguntur superioribus corporibus sic quantitate
virtuali spiritus inferiores qui sunt homines
coniunguntur superioribus spiritibus puta ange-
lis ergo ex divine bonitatis communicatione
ex eius sapientie ostensione ex eius caritatis
dilectione et ipsius universi conexione congruit
deo angelos deputare ad custodiam hominum
Ex parte vero nostra sumitur talis ratio. Illi
indigent custodiri ab angelis bonis qui
per angelos malos possunt decipi in cognitionibus
depravari in affectionibus molestari in sen-
sibus ledi vel corrumpi in corporibus sed
homines per angelos malos possunt decipi
in intellectu depravari in affectu molestari
in sensu et corrumpi in corpore ergo indi-
gent custodiri per bonos angelos. ¶ Ad se-
cundum est dicendum quod triplex impedimen-
tum posset esse ut angeli custodientes
homines faciem patris non viderent. Primo
propter loci remotionem ut quia dicente Da-
masceno angeli cum ad terram mittun-
tur non sunt in celo eo ipso quod angeli ad
custodiam hominum deputati sunt in terra
impediuntur videre faciem patris in celo ex-
istentis. Secundo propter custodie occu-
pationem. Nam occupatio nimia impedit
circa ista sensibilia operationem et speculationem
intellectus cum igitur facies patris celestis
solum oculo intellectus videatur angeli
occupati circa hominum custodiam in opera
tionibus sensibilibus videtur quod retrahantur
a contemplatione. Tertio propter hominum

quos custodiunt dampnationem cum
enim custoditorum multi dampnentur hominum
quos custodiunt angeli sic tristicia non
potest stare cum gaudio sic non poterit
fieri ut angeli quinque faciem patris non
desistant videre qui numquam cum tristicia
videri potest. Ista nunc tria non impediunt
non quidem loci remotio propter divine
essentie principalitate quia deus ipse
est ubique presens in celo et in terra in mari
et in omnibus abissis celum enim et terram
ipse implet non secundum custodie occupa
tionem propter talitatem quia visio fa
ciei patris et visio divinitatis non impedit
custodiam hominum nec impedit cogno-
scere creaturas in se ipsis quantum ad
omnes conditiones et operationes ipsarum
immo visio dei est causa quod omnia vide
antur et sciantur. Unde dicit Augustinus
in quarto super Genesim quod angeli simul cognitionem
matutinam habent vident omnia creata
in proprio genere propter cognitionem vesperti
nam. Et Gregorius in quarto moralium. Quod faciem patris
vident angeli et tum ad nos veniunt
quia et ad nos spirituali presencia foras ex
eunt et ibi unde recesserunt per internam
contemplationem sese tenent quia non sic a
divina visione foras exeunt ne in
terne contemplationis priventur. Nec tertio
impedit contristatio dampnatorum
propter divine voluntatis conformationem
habent enim angeli et beati sic conformem
voluntatem divino beneplacito ut illud
volunt quod sciunt deum velle. Unde
si non contristatur hic in patria iustum
quidquid ei acciderit multo fortius non
contristatur aliquis apostoli vel beatus. ¶ Ad
tertium est dicendum quod aliquando videtur
angelos custodientes dimittere custo
ditos homines cum eos vident incor
reptos et eorum monitionibus et inspi
rationibus nullo modo acquiescere sicut

medicus dimittit infirmum quando iam desperat de eo videns morbum eius incurabilem. et dyabolus vel angelus malus impugnans hominem devictus cum fuerit victus ab ipso amplius non impugnat eum, sed recedit ab ipso. sic angelus bonus provocans hominem ad bonum cum videns eum nolle se corrigi quasi de ipso desperando recedit ab eo. Sed si hic intelligatur verbum quod angelus custodiens aliquem hominem particularem universaliter dimittat eum propter eius incorreccionem puto non esse verum dictum quia nec congruit divine misericordie que vincit omnem iniquitatem nostram nec tempori presentis vite. propter totum presentis temporis concessum est homini ad penitendum. Unde sicut de nullo desperandum est quamdiu vivit, ita nullus debet privari angelorum custodia potissime quia si homo dimitteretur ab angelo bono statim angelus malus invaderet et occideret eum, exemplum inducta non sit conveniencia quia medicus est instrumentum nature ideo cum videt naturam se non posse iuvare dimittit eum iuvare partem que non nisi virtute nature operatur. sed in vita presenti de nullo est sic desperandum quod sanari non possit spiritualiter. quod vero dicebatur de malo angelo verum est quod dimittit hominem si vincatur ab ipso quia hoc facit deus in premium et favorem hominis viriliter pugnantis ut ab ipso victus amplius eum non molestet. Verbi autem custos angelus non dimittit hominem quem in sua custodia accepit. Sed iusto dei iudicio quandoque dimittit eum ut tribulaciones et mala que posset impedire ne possent supervenerent homini custodito non impedit, quandoque vero dimittit eum corporali presencia, quia qui non est in celo non est in terra numquam tamen virtuali et quandoque dimittendo ipsum de uno peccato labi in aliud, vel ut amplius puniatur vel ut cautius resurgens corrigatur. Et quod dictum est dudum quod oportet dicere plures esse custoditos quam bonos angelos custodientes quia solum homines electi et salvandi tot erunt quot angeli in celo remanserunt. Sicut per Glosam patet super illo Deut. xxxij posuit terminos populorum iuxta numerum filiorum israel vel iuxta numerum angelorum dei ut dicit alia translacio. ait enim super illo verbo predicto quod civitas dei constat ex angelis et hominibus, ad quam tanti conscendunt hominum quanti illic remanserunt angelorum. quia textus dicit Statuit terminos gencium secundum numerum angelorum dei. cum igitur plures homines debeant dampnari quam salvari quia plures sunt vocati quam electi si omnes homines tam boni quam mali et tam salvandi quam dampnandi habeant bonum angelum custodem, sequitur quod plures sint homines custoditi quam angeli custodientes. quid ergo dicemus. Nam si verum est quod quilibet homo tam bonus quam malus habeat suum angelum ad suam custodiam delegatum ut dicit Ieronimus cogimur tot esse angelos custodientes quot sunt homines custoditi, et si hoc ponimus cogimur reducere numerum omnium salvandorum hominum et dampnandorum ad numerum bonorum angelorum contra quod dicimus Gregorium dicentem quod solum salvandi homines sunt tot quot boni angeli in celo remanserunt. Hanc questionem controversiam solvit magister Iohannes sentenciarum ij distinccione xi dicens quod si accipiantur omnes homines qui fuerunt sunt et erunt a principio mundi usque ad finem planum est quod plures sunt homines custoditi quam boni angeli custodientes. sed bene potest esse quod omnes homines qui sunt in uno tempore habeant suos angelos delegatos quia numquam uno et eodem tempore tot homines vivunt quot sunt boni angeli. sed mortuis illis hominibus quos prius custodiebant illi idem angeli deleguntur ad custodiam aliorum qui nascuntur ita quod successive unus angelus plures homines custodit vel eodem tempore unus angelus potest plures homines custodire et tamen verum est ut dicit Ieronimus Quod quilibet homo habet suum angelum custodem sicut habet unus abbas plures

monachos in custodia et tamen verum est dicere quod quilibet monachus suum abbatem habet. Ad quintum est dicendum quod si ponimus angelos gaudere de salvacione hominum quos custodiunt, videtur quod debeant dolere de eorum dampnacione. Et hic videtur satis innuere glossa Origenis super illo verbo Numeri xxv° [illegible] initiatus est Beelphegor. Ubi ait quod deo est tanta cura de hominibus ut etiam angelos suos culpari et confutari pro eis patiatur, quia sicut pedagogo traditur puer, si aliquid minus bene agit, magis a patre reprehenditur pedagogus quam puer. Sic cum homines custodita per angelos in contrarium agunt culpantur ipsi. Et ideo quia angelorum custodia ad salutem hominum non sufficiat, et contra demonum insidias unigenitus patris per carnis assumpcionem hominum custos factus est. Sed cum custodes hominum sint angeli boni dei fruicione semper gaudentes in cuius visione neque luctus neque dolor esse potest, non videtur quod debeant dolere de hominum perdicione et per consequens neque gaudere de eorum salvacione. Sciendum est igitur quod angelus gaudet dupliciter potest intelligi. Primo de divine essencie visione et fruicione, et tale gaudium nec per hominum salvacionem augetur eis nec per hominum dampnacionem diminuitur quia inmutabile est. Secundo de eorum circa homines cura et administracione per quam si salvantur et eorum monitis obtemperent gaudent. Si vero non, ex quo faciunt totum quod in eis est non dolent, quia dolor est tristicia cum beatitudine eorum stare non potest. Glossa illa Origenis est de prelacione ecclesie qui in Apocalypsi angeli nominantur quos culpari et confutari deus patitur pro subditorum negligencia. Ad sextum est dicendum quod dictum illud Ieronimi: Unaqueque anima ab ortu nativitatis in custodiam habet angelum delegatum, aliqui referunt ad nativitatem per baptismi recepcionem dicentes ut Origenes ait: Non esse credibile errantibus et incredulis preesse angelum sanctum sed tempore infidelitatis et peccatorum est homo sub angelo sathane. Quia tamen ut Origenes dicit magis est deus paratus ad custodiendum

homines quam diabolus ad impugnandum, sicut diabolus omnes fideles et infideles et bonos et malos nititur offendere ita multo magis deus omnes homines fideles et infideles vult custodire et cuilibet homini bono et malo custodem tribuit, ut ex hoc misericordia eius manifestetur qua omnes vult salvare, et eius iusticia declaretur quia homines si male agunt non possunt excusare se. Aliqui vero referunt ad liberi arbitrii condicionem ut sicut quando homo potest uti libero arbitrio potest mereri et peccare. Ita ut dicatur recipere angelum bonum ad sui custodiam quia tunc quodammodo nascitur quantum ad liberi arbitrii condicionem. Sed quia puer non solum indiget defendi a demone quantum ad animam ut non peccet, verum etiam quantum ad corpus, ne ledatur in membris quibus lesis etiam anima impediretur in sua operacione, ideo puto illud referendum esse ad anime infusionem, ut tunc dicatur homo nasci saltem nativitate in utero quando anima racionalis corpori infunditur. Et tunc puto quod homini datur angelica custodia eo quod ex tunc indiget boni angeli defensione in corpore et in anima. Ad septimum est dicendum quod in quocumque statu homo potest impugnari in eo statu indiget custode et defensore. Verum est autem quod homo in primo statu non poterat impugnari a carne nec a sensualitate, que stante homine sub precepto divino in nullo repugnabat racioni vel anime; tribus tamen modis poterat impugnari. Primo sui met cogitacione quia nondum erat in bono confirmatus. Unde sicut primus angelus peccavit impugnatus cogitacione et alienacione sua, quia superbia tumidus et proprie excellencie dilatacione corruptus in veritate non stetit, ut dicit Augustinus xi super Genesim, sic primus homo unus in statu illo liberum arbitrium vertibile poterat sui met cogitacione impugnari, ad quam pugnam vincendam indigebat custodia angelorum. Secundo poterat impugnari sue societatis affeccione. Est enim talis

affeccio inter virum et mulierem uxorem et qualem eciam homo in primo statu ad suam uxorem habuisset affectum et dileccionem ut si quid petit uxor a viro nolendo ipsam contristare aliquando hoc facit contra deum et sic adam in primo statu impugnatus fuit per uxorem suam. Unde dicit glossa super genesim iii. Eo peccavit adam ex quadam amicabili societate ex qua interdum fit ut offendatur deus ne offendatur homo nolendo contristare suam uxorem ad emendandum igitur hanc pugnam habuit angelum suum custodem. Tercio poterat impugnari et fuit impugnatus dyaboli suggestione. Unde sicut homo in primo statu per malum angelum potuit impugnari ita per bonum angelum debebat custodiri et defendi. ¶ Ad octavam est dicendum quod antichristus bonum angelum habebit custodem propter tria. Primo propter legis communitatem namque communis legislatoris propter unam particularem personam destrui non debet. Est autem ista lex communis toti humano generi et toti humane nature ut quelibet racionalis anima habeat bonum angelum ad sui custodiam delegatum quia igitur antichristus verus homo erit vera racionalem animam habebit. Ideo propter eius nequiciam et maliciam tale auxilium divinum omni creature racionabili sibi debitum. Secundo propter divine iusticie equitatem ex hoc enim divina iusticia apparebit rectissima quod auxilia concessa toti humane nature nec antichristo sunt et membris eius subtrahuntur. Ut pena ipsorum iuste appareat eis esse illata. Tercio propter bonorum salvatorem quamvis enim ipse non indigeat habere angelicam custodiam ut eum ad bonum inducat quia tanta erit subieccio eius ad dyabolum qui eum quasi suum possidebit ut per bonum angelum custodem eius ad bonum inclinari non possit meretur tamen salvatos bonorum virorum ut per bonum angelum eius custodem compescatur ne sanctis viris noceat quantum ipse per auxilium demonum nocere posset. Sequitur alia distinccio. Ubi Si autem peccaverit etc. Leccio iij.

Si autem peccaverit in te frater tuus vade et corripe ipsum inter te et ipsum solum. Si te audierit lucratus eris fratrem tuum. Si autem te non audierit adhibe tecum unum vel duos ut in ore duorum vel trium stet omne verbum. Quod si non audierit eos dic ecclesie. Si autem ecclesiam non audierit sit tibi sicut ethnicus et publicanus. Amen dico vobis quecumque alligaveritis super terram erunt ligata et in celo. Et quecumque solveritis super terram erunt soluta et in celo. Iterum dico vobis quia si duo ex vobis consenserint super terram de omni re quacumque pecierint fiet illis a patre meo qui in celis est. Ubi enim sunt duo vel tres congregati in nomine meo ibi sum in medio eorum. ¶ Demonstrato superius quod ad firmam correccionem requiritur custodia et administracio. In parte ista ut supra dicebatur ostenditur quod ad ipsam requiritur caritativa monicio. Ista autem caritativa monicio requirit tria. Primo ordinacionem. Secundo divinam confirmacionem. Et tercio proximorum unionem et amoris copulacionem. In prima parte est talis racio. Illa monicio facienda est secundum debitum ordinem per quem homo lucratur suum fratrem et hoc est maximum lucrum invenire et recuperare rem illam pro qua filius dei mortuus est scilicet faciendo correccionem et amonicionem fraternam modo ordinato ut primo fiat secreta peccati rememoracio si peccatum est commissum solum inter te et ipsum et solum te sciente. Secundo si ex tali recordacione non emendatur fiat unius vel duorum testium produccio. Tercio ut si per talem produccionem testium non corrigatur fiat ecclesie notificacio quia debet prelato pandi ut excommunicatus vel multis revelari ut confundatur. Quarto ut si sic non emendatur fiat eius vitacio et excommunicacio quia debet haberi sicut ethnicus id est gentilis et publicanus qui per fraudem suam aliena accipit. Ergo tali ordine monicio fraterna est facienda. ¶ Secunda racio est talis. Illa monicio non

est contempnenda que confirmat et roboratur auctoritate diuina. sed sententia prelatorum qua aliquos ligant uel soluunt per excommunicacionis sententiam diuina auctoritate confirmatur. dicit enim Iohannes Potestatem enim dedit deus apostolis et prelatis ut sciant homines quod qui a talibus condempnatur humanam sententiam diuina sententia roborari. ideo quod quecumque ligant ab eis ligata habentur in celo. Et quecumque soluunt ab eis soluta habentur in celo. ergo talis sententia contempnenda non est. Tercio racio est talis sententia non est contempnenda. Illa unitas et concordia est necessaria per quam impetratur adeo quidcumque petitur. sed quocumque ubicumque duo uel tres et multo magis plures congregantur et uniuntur in nomine Christi impetrant adeo quidquid petunt pertinens ad salutem. et ideo signanter ponit in nomine Christi quia secundum Augustinum non petitur in nomine Christi quidquid contra salutem petitur. ergo talis unitas et concordia est necessaria. Sed hic possunt esse octo dubitaciones. Prima utrum quilibet teneatur corripere fratrem suum. Secunda utrum quilibet teneatur corripere de quolibet peccato. Tercia si correccio non audiatur utrum homo teneatur dicere ecclesie uel prelato. Quarta utrum teneatur unum uel duos testes secum habere. Quinta utrum si homo credit correccionem secretam non prodesse teneatur ipsam obseruare ut per testem comunicatum. Sexta utrum post monicionem secretam se corrigit sit dicere iudici uel prelato. Septima utrum si iudex uel prelatus precipiat subdito sibi dicere occultum quod solus ipse scit teneatur obedire. Octaua utrum ad preceptum iudicis uel prelati subditus teneatur dicere secretum quod fidei sue commissum est. Ad primam est dicendum quod quilibet teneatur ad fraternam correccionem intellectam prout dictum est. Primo modo quilibet tenetur fratrem suum equalem uel minorem corripere ex diuino precepto quia cuilibet deus mandauit de proximo ut eripiat eum de omni malo secundum enim Augustinum sicut quilibet tenetur peccati fratri indulgere sic quilibet tenetur peccantem fratrem tacendo non corripere quamquam dumtaxat condicionibus exceptis. Primo si non speratur de correccione. Secundo si tamen est accusacione dignum et timet de probacione quam faciens accusans ad penam talionis se obligat. Tercio si meliori operi uacat sicut religiosi et claustrales. Quarto si cum tale peccatum iudici uel prelato sit notum uel probatum. Quinto si tota multitudo est in tali uel per tales tunc non prodesset ecclesie talis correccio in omnibus predictis casibus homo non tenetur ad correccionem. Secundo specialiter quod ex commisso officio tenentur prelati tamquam in uirga et flagello tenentur corripere. Unde eis specialiter dicitur per apostolum Argue obsecra increpa. Et in eius signum statum cum saluator Si peccauerit in te frater tuus addidit quecumque ligaueris super terram. Planum est autem quod ligare et soluere est officium prelatorum Et Iohannes dicit in glosa quod studeant sacerdotes precipue illud diuinum preceptum soluere si peccauerit in te frater tuus corripe ipsum inter te et ipsum solum. Sed tercio ex casu aliquo ex facto expresso uel eminenti periculo subditi tenentur corripere prelatum puta si imminet periculum fidei et crimen heresis esset in causa tunc ei inferior esset superior in tali fide uel si subditus haberet constanciam quod prelatus per suam monicionem corrigeret se tenetur facere non quidem ex precepto euangelico quod intelligitur de correccione fratris inferioris uel equalis sed magis ex ligamine consciencie secundum Augustinum quia tenemur agere uel ipsam deponere aliter non tenetur subditus prelatum corrigere quia eo ipso quod superior de correccione inferioris possit indignari debet namque per correccio esse debita discreta ut si at si est spes correccionis aliter non debet esse benigna ut non fiat causa detraccionis et emulacionis et debet esse reuerenda ut non fiat causa derisionis et suspensionis. Ad secundam est dicendum quod cum dominus hanc dubitacionem monet hic in uerbo dicens Et non de omni peccato intelligendum est hic

corripe fratrem suum inter se et ipsum solum
quia si peccatum est grave et enorme omnibus
publicum et manifestum non indiget se
creta monicione sed manifesta. Juxta
illud apostoli ad Thimotheum · v° · Peccantes
coram omnibus argue ut et ceteri timeant.
Unde petrus quia publice peccaverat
publice a paulo reprehensus est. Sed si
est peccatum occultum de tali peccato intelligit
talis correccio esse fienda. Dicamus ergo quod
aliquorum peccata sunt nota soli deo aliqua
vero uni homini aliqua vero pluribus
aliqua ante omnibus et sic possumus istud
dictum. Si peccaverit in te i. solo te sciente
et aliquibus tecum si te non audiat co
ram illis potest enim corripere. Si ante
soli sit nota non est nostri arbitrii iudi
care de hiis. sed si omnibus talia publice
arguenda sunt et intelligendum puto in
eo casu in quo frater non vult se corri
gere. Nam dato quod sic peccet non te solo
sciente immo pluribus adhuc inter te et
ipsum solum debes corripere ne publice
correptus verecundiam perdat quam per
dita in peccato remaneat. Ut Glossa dicit
Sed si talem reprehensionem non audiat
tunc coram pluribus est facienda. Ut
qui ad minus monicionem corripi noluit
maiorem obiurgacionem recipiscat. Ut dicit
Glosa. ¶ Ad terciam est dicendum quod
aliter est loquendum de fraterna corre
cione secundum quod pertinet ad omnes et aliter
secundum quod pertinet ad platos specialiter. Nam
secundum quod pertinet communiter ad omnes si frater
peccaverit in te i. te solo sciente inter te
et ipsum debes corripere si te audiat. Ultra
procedere non debes quia solus scis peccatum
tamen tunc homo alicui dicere qui possit
prodesse et non obesse puta amico vel
consanguineo. si aute te sciente et ali
quibus aliis tunc si te non audeat ad
hibe tecum unum vel duos de illis qui

sciunt quod si non sic corrigere vult dic ecclesie
i. plato vel per modum denunciacionis etc
sufficit unus testis vel per modum accu
sacionis etc ad cuius convictionem requiruntur duo testes
Unde quia duplex modus erat dicendi
ecclesie salvator posuit unum vel duos. Se
cundum vero quod correccio fraterna pertinet
ad platos · tunc si sic peccaverit in te
idest te plato solo sciente processum facie
endum est sicut supra dictum est si vero
per auditum et per famam aut fama est
prava et tunc inter te et ipsum debes corripere
quod si te audiat lucratus eris ipsum si
vero non adhibe unum vel duos ut supra
dictum est. Si ante fama crescit tunc pre
latus debet ex suo officio inquirere
secundum illud Genesis xviij° descendam et vi
debo si sic invenit. sicut fama laborat
debet enim compellere ad emendacionem
vel ei indicere suam purgacionem et si
primus fuit neutrum volens facere tunc
debet dicere ecclesie i. congregacioni fidelium
ut ab omnibus vitetur donec satisfaciendo
ad ecclesiam redeat ¶ Ad quartam est dicendum
quod si homo credat et speret emendacionem
fratris per suam secretam monicionem non
debet dicere plato. sed si monitus
neglexerit corrigi tunc ut dicit Augustinus
prius proposito debet ostendi verum tamen suf
ficiat solum secreto monere absque eo
quod dicatur plato dicunt aliqui quod
si permittit emendari et suo plato confitetur
non est tunc dicendum prelato non
obstante quod possit habere dicta illi qui
posset prodesse non obesse. si non non
permittit prelato est dicendum non
obstante quod se corrigat per monicionem
secretam puto tamen esse distinguendum
quia si tale est peccatum quod timeatur

decretalium vel de periculo suo et scandalo aliorum
prelato est dicendum ut occasionem recidi
uandi auferat et scandalum et periculum fratris
possit euitare si autem talia pericula non
timentur et monicione se corrigat non ne
cesse est ut prelato dicatur ¶ Ad quintam
est dicendum quod obseruare aliquem aliquando
super aliquibus peccatis grauibus et enormibus
puta quia consuetus est aliquos incorpo
rare et loca aliqua suspecta frequentare
de quibus scandalum timetur si spes non est
de correctione eius per secretam monitionem
duplex talis potest obseruari quatenus per testes
posset conuinci Primo obseruacione cor
rectoria ut ex quo spes non est quod se corri
gat per correctionem secretam ut tantum ma
lum uitetur licite potest cum aliquibus obser
uari quatenus si conuictus corrigatur nec ob
seruandus est ordo fraterne correctionis
ubi spes correctionis non est Secundo obser
uatione proditoria puta quod dicatur homini
uiro vel mulieri dicens quod die tali et in tali lo
co ueniat et ubi testes sint parati ad conuin
cendum eum vel eam nullomodo sit obserua
tio est facienda quia mala fienda non sunt
ut bona eueniant Unde talis obseruacio
debet prohiberi quod sine peccato fieri non potest
¶ Ad sextam est dicendum quod peccatum alicuius
tripliciter aliquis potest scire Primo ut deus
per confessionem Secundo ut homo solus
tamen ita quod nullus alius sciat Tercio si
pauci sciunt non multi si ergo quis sciat peccatum
alterius ut deus nullomodo debet corripere
nec aliquid dicere sed tacere Si vero
sciat ut homo solus ipse debet ipsum corri
pere inter se et ipsum et si eum non audierit
non debet ultra procedere quia ex quo
solus scit dicendo vel reuelando esset pro
ditor criminis non corrector potest tamen
alicui amico vel consanguineo dicere de
quo presumendum sit prodesse non obesse Unde
secundum Augustinum dicere occultum ei qui potest
prodesse non obesse non tenemen prodere sed
corrigere Sed si sciant pauci et non multi

tunc debet dicere ecclesie non in mente ecclesie
ut dicat fidelium multitudinem quia ex quo
pauci sciunt multitudini dicendo non est
sed ecclesie id est prelato vel denunciando ad
hibendo unum testem vel accusando adhi
bendo duos si per secretam monicionem
noluit se corrigere ¶ Ad septimam est
dicendum quod Iudex vel prelatus tripliciter
potest precipere vel per iuramentum cogere
in accusatum ut veritatem sibi dicat Una
de eo de quo Iudex exigit iuramentum
prelatus potest facere per preceptum Primo
ut dicat et confiteatur coram accusante
Secundo quod dicat sibi seorsum secrete Ter
cio quod dicat coram pluribus in capitulo Primo
si incusatur ex quo peccatum de quo est incu
satus est occultum et sibi probari non potest
nec tenetur dicere et prelatus vel Iudex
grauiter peccat si precipit quia si confiteretur
se ipsum infamaret et proderet et afferret
contra ordinem caritatis et posset per prelatum
et accusantem conuinci ac per hoc occultum
publicaretur Secundomodo cum occulta
inquirenda et iudicanda relinquant
soli deo non potest prelatus precipere et si pre
cipit grauiter peccat quod sibi vel alteri
reueletur occultum Sed terciomodo adhuc
prelatus plus peccat precipiendo quod coram
pluribus dicat subditus non tenetur per
hoc obedire quia non debet se prodere
vel diffamare debet namque quilibet ex
caritate suam et ceteris suam famam preseruare
quantum potest si tamen aliqua peccata puta fur
tum vel aliquid aliud commissa sunt in do
mo vel in congregacione aliqua potest pre
latus precipere in communi ut sibi dicatur
si aliquis sciat vel scit facientem et ille
qui sciat vel scit tenetur dicere aliter
reuelare sibi occultum quod probari non
potest non debet precipere nec subditus
tenetur pandere sed si incusans offerat
se probaturum et obligat se ad talionem

niq̄ prelatus potest vł iudex debet in
iungere ꝛ iuramentum exigere vt
veritatem dicat se probaturū nō tenet
homo se pdere nec est puniens se nō pdē
do quia non constringit̄ pcepto vł iu
ramento aliquo ad dicendam veritatē
de occultis ꝛ de hijs que liate probari
non pnt prelatus tamen vł iudex
non peccat pcipiendo vł inquirendo
ex quo pbatoriū inculsans offerat se
alijs aliter pbabilius videtur qꝫ ex quo
iudex iudicialr̄ agit sub forma iuris
et quia accusans obligat se ad talionē
ideo pceptum facit ꝛ iuramentū exigit
accusantem dicere veritatem videt̄ iudi
ca parere in tali casu quia semp plato
pcipienti iuste ꝛ iudici iudicaliter pce
denti subditus debet obedire ꝛ parere
in hijs que precipit sed talis platus
iuste pcipit ꝛ talis iudex agit iudici
aliter quia plus non dicat ius nisi qꝫ
inculsans offerat se ad talionem ergo
tenetur iudici veritatem dicere in oi
bus tribꝫ triplicē modum procedēdi
iura inuenit Primus est p denunciacōē
ꝛ per hunc debet procedere fraterna cor
reccio delinquentis ideo obseruandus ē
corrigendi modus supͣ notatus Secūdꝫ
est p inquisicōm ꝛ hunc debet procedere
infamia nō quecumqꝫ sꝫ magna ꝛ qͥ
publica tunc sicut dcm̄ est supͣ ex of
ficio potest inquirere prelatus vł iu
dex Sed tercius est p accusacōm ꝛ hunc
debet procedere inscripto quia accusās
se offert ad talionem In omnibꝫ igitur
istis scilꝫ modis procedendi pendum est
iudici ꝛ plato si rcō ꝛ iudicialiter modo
incedit De primo modo procedendi p denunc
ciacōm habetur hic Si peccauerit in te
frater tuus De 2o vō p inquisicōm
dr̄ Gen 18o Clamor sodomorum ꝛ gomor
reorum venit ad me descendam ꝛ vide

bo De tercio p accusacōm tota lex
moysi est plena vbi stabit vnus testis
contra aliū sed in ore duorum vł trium
stabit omne vbum dentem p dente
oculum pro oculo Ad octauam ē
dicendum qꝫ secretum commissum fidei
alicuius potest tripliciter variari qꝛ a
vł potest esse tale qꝫ vergit in grauē
piculm alterius ꝛ eciam in graue dāp
nū comitatis ꝛ scandalum plurimorum
vł potest esse tale qꝫ generat piculum
vł dampnū alicui psone vł comitati
vel tercio potest eē tale qꝫ infamia eius
iam precessit Primo modo secretū nullus
tenet̄ tenere celatum eciā si homo p
misit tenere secretū quia in talibus
scđm ysidorum rescindenda est fides et
mutandū est decretū quia maius
malum sequitur ex retencōe talis
secreti qꝫ ex reuelacōe eius ꝛ platus
potest pcipere ꝛ iudex cogere p iura
mentū fidelitatis qꝫ subditi prestat pre
lato vł obediencia reuelacio pdci secreti
iniusti Secundo modo subditus nō tenet̄
reuelare ymo esset proditor fidelitatis
si reuelaret nec prelatus vł iudex
potest mandare sibi reuelari quia
talium secretorum reuelacio nō inclu
dit̄ in obediencia quā subditus tenet̄
plato in fidelitate quam seruus tenet̄
seruare domino ꝛc Leccio quarta iiij

Tunc accedens ad eum petrus dixit
Domine quociens peccabit in me fr̄
meus ꝛ dimittam ei vsqꝫ septies Dicit
ei ihc̄ Non dico tibi vsqꝫ septies sꝫ vsqꝫ
septuagesies septies Ideo assimilatum
est regnū celorum homini regi qui voluit
racionem ponere cum seruis suis Et cum ce
pisset racionem ponere oblatus ē ei vnus
qui debebat x milia talentorum Cum
autē nō haberet vnde redderet iussit eū

domin9 venundari et uxorem eius et fili
os et omnia que habebat et reddi. Procidens
autem seruus ille rogabat eum dicens
Pacienciam habe in me et omnia reddam
tibi. Misertus autem dominus serui illius
dimisit eum et debitum dimisit illi. Eg
ressus autem seruus ille inuenit vnum
de conseruis suis qui debebat ei centum
denarios. Et tenens suffocabat eum
dicens. Redde quod debes. Et procidens con
seruus eius rogabat eum dicens. Pa
cienciam habe in me et omnia reddam tibi.
Ille autem noluit sed abyt et misit eum
in carcerem donec redderet debitum. Vi
dentes autem conserui eius que fiebant
contristati sunt valde. Et venerunt
et narrauerunt domino suo omnia que
facta fuerant. Tunc vocauit illum dominus
suus et ait illi. Serue nequam omne debitum
dimisi tibi quoniam rogasti me. Nonne
ergo oportuit et te misereri conserui tui
sicut et ego tui misertus sum. Et iratus
dominus eius tradidit eum tortoribus
quoadusque redderet vniuersum debitum.
Sic et pater meus celestis faciet vobis
si non remiseritis vnusquisque fratri
suo de cordibus vestris. Sicut supra
dicebatur in parte ista ostenditur quod ad fraternam
correctionem requiritur primo reiteracio et primo
ponitur ad peccatorum remissionem magna
dei mansuetudo. Secundo ad declaracionem ad
hoc congrua similitudo. Et tercio subiun
gitur magna peccatorum ingratitudo. Quan
tum ergo ad primum dicat ewangelista. Tunc au
diens petrus potestatem sibi ab aliis apostolis
datam super absoluendis et ligandis pecca
toribus accessit ad ihesum dicens domine si pec
cauerit in me frater meus dimittam
ei usque septies. Putauit petrus ut dicit
Crisostomus se aliquid magnum dicere. Sed quid
amator hominum responderet sibi statim
subditur. Non dico tibi usque septies
sed usque septuagesies septies secundum litterale

intellectum septuagesies septies et quadrin
gentis nonaginta vicibus ac si diceret
tociens fratri peccanti dimittas quociens ille
peccare non possit. Vt dominus noster dicit. Vel secundum
Crisostomum per septuagesies septies non debemus
intelligere numerum determinatum ut quod in numero
aliquo remissio peccatorum concludi intelli
gatur sed quod continue et semper talis remis
sio peccatorum fienda sit significat. Quantum
vero ad secundum dicit. Ideo regnum celorum
est simile regi scilicet christo qui est rex regum
talis racionem ponere voluit cum seruis
suis quia quamcito quis fuit homo adductum
in iudicio quando stabimus cuncti ante tribunal
christi ut post omnem exacto homo reddit racionem
et tunc oblatus est ei vnus qui debebat
decem milia talenta quia omnia peccata
commiserat que contra decem precepta
sunt ut dicit augustinus et quia non habebat
vnde redderet eo quod homo per se potest
cadere in peccatum sed resurgere et satisfacere
non potest sine gracia dei. Ideo dominus eius
iussit eum venundari et uxorem et filios
et omnia que habebat et reddi quod tunc
fit secundum magistrum quando peccator pro transgressio
ne mandatorum et pro cupiditate et malis
operacionibus tamquam pro uxore et filiis penam
eternam debuisse persoluere ostenditur et tamen
talem sentenciam christus non profert in peccatores
in presenti ex liuore sed ex terrore ut peccator
currat ad penitenciam et petat indulgenciam
sui debiti. Subdit statim quod seruus pro
cidens rogabat dominum dicens. Paciencia
habe in me et omnia reddam tibi. Solu
cionem petit temporis dilacionem. Sed
pius dominus plus concessit quia misertus
est eius et concessit sibi debita remissi
onem quod tunc fit quando peccator dignus
eterna pena consecutus est absolucionem
suorum debitorum et restitutus ad graciam

dei per sacramentale absolucionem. Et quantum ad
literam adiungitur quod egressus seruus ille
inuenit unum de conseruis suis qui debebat
sibi solum centum denarios quod multum
minus peccunia est in eo quod ipse in deum et
suffocabat eum dicens. Pacienciam ha-
be in me et omnia reddam tibi qui noluit
audire sed tenens suffocabat eum dicens
ac insistens coram iudice ut vindictam
sumeret et finaliter eum posuit in carcere
consciencie sue liuorem et rancorem contra eum
seruans donec redderet debitum, id est donec
vindictam de eo haberet ut dicit Crisostomus.
Ideo sic crudeliter homo agit contra proximum
quia egreditur a Christo et recedit a deo per
peccatum. Nam si non egrederetur ingratus non
efficeretur. Videntes ergo conserui eius
scilicet angeli custodientes seu confessores
vel predicatores talem peccatorem consecutum
veniam a deo et sic crudelem contra pro-
ximum nunciant domino quod sit quando dolores
et contriciones cordis de tanta ingratitudine
peccatorum demonstrant, et tunc dominus vocat
eum per sententiam mortis appellando eum
seruum nequam, quia noluit misereri con-
serui sui sicut ipse misericordiam erat consecutus,
ad quam vocacionem et obiurgacionem non
legitur dedisse aliquod responsum quia
tempore iudicii omne argumentum excusacionis
cessabit. Ut dicit Remigius. Ipso igitur
obmutescente tradidit eum dominus torto-
ribus, id est demonibus ad cruciandum donec
redderet uniuersum debitum, non quod in statu
dampnacionis quis possit inuenire spacium
soluendi vel satisfaciendi debitum pro peccatis. Sed
hoc donec ponitur pro infinito. Ut sensus sit
semper soluet et numquam reddet nec umquam per-
soluet et quod sit intelligatur parabola ista veri-
tas ipsa concludendo subdit dicens sic
pater meus faciet vobis nisi dimiseritis
unusquisque fratri suo de cordibus vestris

Sed hic possunt esse quinque dubitaciones.
Prima utrum omni tempore penitencia sit conce-
denda peccatoribus. Secunda utrum penitenti so-
lum extremis penitencia valeat ad remis-
sionem peccatorum. Tercia utrum per ingratitu-
dinem peccata prius confessa redeant.
Quarta utrum dampnatis valeat pena
quam portant ad debitorum satisfaccionem.
Quinta utrum peccata commissa in deum grauiora
sint quam peccata commissa in proximum. Ad primam
est dicendum quod Augustinus in libro de penitencia et Gra-
cianus ponit in tractatu de penitencia 3a dis-
tinctione dicit aliquos fuisse istius opinionis solis
semel et non plus valet peccatoribus quod duplex
probant. Primo ex vera caritate quod tantas
vera ut dicebant semel habita numquam postmodum
perditur nec tollitur per quodcumque peccatum. Sequitur
quia si perdi posset vera penitencia non esset sed
ficta. Secundo probant hoc ex peccati grauitate
dicebant enim commissum post penitenciam ve-
ram sic esse graue racione ingratitudinis
quam homo meruerit quod per nullam penitenciam
remitti potest. Sed utrumque istorum est falsum
et hereticum proponere quia primum tollit ar-
bitrii libertatem. Si enim caritatem homo
posset perdere liberum arbitrium non esset ver-
tibile ad bonum et ad malum quod est contra illud
quod scribitur Apocalypsis 2o capitulo Aduersus te pauca
quia caritatem tuam primam reliquisti
et subauditur de iteracione penitencie. Age igitur
penitenciam et prima opera fac. Secundum vero
tollit diuine misericordie pietatem. Nam misericordia di-
uina omnia mala et omnem iniquitatem
vincit. Unde Ezechielis xxxiii. Si dixero im-
pio morte morieris et ipse egerit penitenciam
a peccato suo vita viuet et non morietur.
Planum est enim quod David grauissime peccauit
homicidium et adulterium simul committendo
et tamen postmodum consecutus est veniam
dicens deo Psalmus Multum tu remisisti de-
lele iniquitatem meam. Dicamus ergo

quod quanto tempore vivit tanto tempore penitentia est sibi concedenda quod patet ex parte penitentie et ex parte penitentis et ex parte Christi indulgentis et ex parte iudicis. Ex parte penitentie quia sicut homo quamdiu currit vere currit et tamen postmodum potest cessare, sic homo quamdiu penitet divino in ipso actu et operatione penitendi non peccat proposito intentione et operatione, et tamen postmodum peccare potest. [illegible] penitentia tollit bene per peccatum sicut verus motus tollitur per quietem. Ex parte penitentis quia quamdiu homo est in vita penitenti est in via non in termino. Et quamdiu homo secundum Augustinum est in vita tamdiu sibi conceditur tempus penitendi. Ex parte Christi remittentis patet quia querenti Petro si dimitteret usque septies, dixit usque septuagies septies. Nunquam igitur est penitentia peccatoribus neganda. ¶ Ad secundum est dicendum quod Augustinus sub dubio videtur ponere sicut Gratianus allegat in tractatu de penitentia questio ultima: An penitentia data homini in extremis valeat sibi ad remissionem peccatorum. Ait enim si quis in ultima necessitate sue egritudinis positus voluerit penitentiam accipere et accipit et statim recepta transit ad aliam vitam, non negamus ei quod petit, sed quod securus vadit nescio. Neque dico dampnabitur sed nec dico liberabitur. Due res sunt: aut ignoscit tibi aut ignoscit [illegible]; quid horum futurum tibi sit ignoro. Tene igitur certum et dimitte incertum. Videtur autem Augustinus sic loqui sub dubio propter tria sine quibus tria ad penitentiam requiruntur. Primo cordis contritio. Secundo oris confessio. Tertio operis satisfactio. Talis enim qui in extremis penitet non videtur habere cordis contritionem quia ut Augustinus dicit: Non ipse dimittit peccata sed peccata dimittunt eum. Nec videtur habere oris confessionem quia non voluntate penitentia sed admonitio mortis urgentis videtur ipsum inducere ad penitentiam

recipiendam et aliorum forte correctionem non videtur. Tertio habere operis satisfactionem quia eo tempore satisfacit qui uti non potest temporalibus rebus. Unde Lucia dixit matri: Audi me, consilium meum non decorum est quod illud das quod tecum ferre non potes, sed si vis deo esse grata hoc illi des quod tu ipsa vivens potes. Sed quia latro in extremis penituit et non solum veniam est consecutus sed etiam primus omnium paradisum introivit, ideo dicendum quod penitere in extremis vel potest esse timor ne puniatur vel amor ne deus offendatur quia displicet sibi deum offendisse, quam displicentiam deus subito potest inspirare. Unde super illo verbo: Quacumque hora conversus fuerit peccator et ingemuerit omnium iniquitatum eius non recordabor, dicit Glossa quod conversum dicit propheta non solum versum quia vertitur homo per dolorem criminis sed convertitur per dilectionem divine dulcedinis, tamen quod est miraculosum quod sic homo subito conteratur de peccato et inflammetur divino amore. Ideo Augustinus sub dubio loquitur. Et sine scrupulo aliquo tutius et securius est penitere dum homo sanus est et adhuc peccare potest, ut ipse dimittat peccata potius quam peccata dimittant eum, propter quod in laudem iusti hominis dicitur: potuit transgredi et non est transgressus, facere mala et non fecit. ¶ Ad tertium est dicendum quod peccata redire per ingratitudinem dupliciter potest intelligi. Primo quantum ad pene eterne obsecutionem (?). Secundo quantum ad pene aggravationem. Primo modo non puto esse verum quod peccata prius dimissa per penitentiam redeant. Planum est enim quod si quis vere penitens et sic transit ab eterna pena liberatus est, ergo peccata erant sibi dimissa et pro illis amplius eterna pena non debetur. Sed si iterum labitur in peccatum mortale et absque

pnia cum illo pcto mortali transeat et-
nale dampnatur nonqdem p pctis mortali
libus pus cofessis sed p pcto mortali p9
pniam pactum commisit ergo nuq pcta
confessa z pus sibi indulta redeunt per
ingratitudine pcti sequentis qntu ad etne
pene consecucoem sed bene redeunt qntu
ad dicte pene aggrauacoem planu est eciam
q ingratitudo est maxima pctm cu pec-
cator bnficium magnu recipiat adeo
qn in bapo consequitur renouacoem veteris
vite z originalis pcti virtute passionis
xpi z postmodum p pniam tamq per
secundam tabulam post naufragiu itm
consequitur indulgenciam pctorz suorum
que ppria opacone z malicia ppetrata
sunt. Si ergo talia bnficia non cogitat
iterum recidiuas in pctm mortale p quo de-
betur sibi eterna pena aggrauetur sibi
ex tali ingratitudine. scdm quemodum dt
btus petrus q melius ei erat via veri
tatis no cognoscere q post agnicoem re
trorsum conuti ab ea quod traditu erat
illis sco mandato. scdm igit aggrauacoe
etne pene qua quis cosequitur ex pcto
mortli q post pniam committit pcta oia
indulta z originale z actuale redire
dicuntur non qntu ad ipius pene cosecu
coem z puto q prit intelligi omes auc
toritates que inducuntur p Graciam in
tcatu de pnia d. iiij. in hac qone p et
contra. ¶ Ad sextam est dicendu q
Crisi hanc dubitacoem determinat d. / q
tanta est differencia pctorz que committu
in deu z pxim qnta est dria dece milia
talentorz z centu denariorz z hc pbat
ex tribus Primo ex psonarz dignitate
quia deus est creator homo vero e
creatura sicut igit plus peccatur cu
offenditur pnceps q cu offenditur simplex
psona sic magis incopabilr peccat

cum offenditur deus q cum offenditur
homo Secundo ex peccanciu paucitate
Etiam quia ab homie corporalr videmur
cum peccamus ideo desistim q z pigritam
peccare in homie sed quia adeo putam9
nos videri no desistim9 nec cessam9 omi
die deo vl sco peccare in eum pluribus
igitur vicibus in deum peccamus q in
hominem sicut plura sunt dece milia q
centu Tercio ex bnficiorz vtilitate qz ma
gis excedunt bnficia nobis data adeo be
neficia data ab homine tm excedunt
dece milia centu in tantu. vt si omi die
moreremur p ipo no possemus sibi retribue
cum ipse q pro ipo moreremur ad minus v
tilitate pueniret. ¶ Ad septima e dicendu
q simile istam dubitacoem Crisi determinat
sup hunc passum tradidit eu tortoribus
donec redderet vniuersum debitu dicens
q tortores dicuntur demones quia adhoc
parati sunt vt perditas animas suscipiat
z in pena dampnacones etne eas tor
queat. Et subdit Augi aliquis p9q
demissus fuit in eterna dampnacoe poterit
p debito satisfface quia additur donec
reddat vniuersum debitu. Et dicit q hic
donec no dicit termini finem sed indet
minatum quia sp soluent dampnati z
nunq satisfacerent vl psoluent. Si enim
aliquis totam aquam maris proiceret
sup vnam testam om z nunq effunderet
intus sed semp extra nunqm impleret
sic si aliquis deberet alicui dece de
narios si mille libras sibi daret et
no intraret bursam eius nunq esset
sibi solutu ——— sic dampnati sp
soluent deo quia carent caritate p
quam deus acceptat penam z vult
esse satisfactoriam pro peccatis vn
de in qua intrat bursam eius
Sequitur cap. xix. Capitulum xix.

Et factum est cum consummasset ihesus
sermones istos migrauit a gali
lea et venit in fines iudee trans iordanem
Et secute sunt eum turbe multe Et cu
rauit eos ibi Et accesserunt ad eum
pharisei temptantes eum et dicentes
Si licet homini dimittere vxorem suam
quacumque ex causa Qui respondens ait
illis Non legistis quia qui fecit ab
initio masculum et feminam fecit eos
et dixit Propter hoc dimittet homo patrem
et matrem et adherebit vxori sue et erunt
duo in carne vna Itaque iam non sunt
duo sed vna caro Quod ergo deus
coniunxit homo non separet Dicunt illi
Quid ergo moyses mandauit dare
libellum repudij et dimittere Ait illis
Quoniam moyses ad duriciam cordis vestri
permisit vobis dimittere vxores vestras
Ab inicio autem non fuit sic Dico autem
vobis quia quicumque dimiserit vxorem
suam nisi ob fornicacionem et aliam du
xerit mechatur Et qui dimissam
duxerit mechatur Dicunt ei disci
puli eius Si ita est causa hominis cum
vxore non expedit nubere Qui dixit
illis Non omnes capiunt verbum istud
sed quibus datum est Sunt enim eu
nuchi qui de matris vtero sic nati
sunt Et sunt eunuchi qui facti sunt
ab hominibus Et sunt eunuchi qui castra
uerunt se ipsos propter regnum celorum
Qui potest capere capiat Decimo
nono de fraterna correccione In parte
ista vt supra dicebatur agitur de a
postolorum remuneracione Et diuiditur totum
istud capitulum in partes tres quia primo ponitur
phariseorum temptacio Secundo puerorum
benediccio Et tercio in persona petri omnium
interrogacio Secunda ibi Oblati sunt
pueri Tercia ibi Tunc respondens petrus
In phariseorum temptacione primo ponitur
eorum a christo confutacio Secundo super
eum sine prenunciacio Tercio quedam a
postolorum dubitacio Quantum vero ad primum

dicit elbrita quod completis sermonibus sup
dictis saluatore relinquente galileam et ve
mente transiordanem in fines iudee
quia ad locum passionis appropinquabat
ibi curauit multos venientes ad ipsum
vt tamquam pater praesciens pignora
caritatis relinquet filijs remedia sani
tatum vt dicit Crisostomus pharisei qui ex signis
christi duriores fiebant accesserunt ad
eum temptantes eum et dicentes si licet
homini ex quacumque causa dimittere vxorem
suam quibus cum respondisset christus quod non li
ceret per auctoritatem sacre scripture dicentem quod
deus creauit masculum et feminam et
coniunxit eos ita vt homo dimittat pa
trem et matrem adhereat sue vxori et sic
erunt duo in carne vna Vnde ex quo
deus coniunxit homo non separet Illi sta
tim intulerunt Quid ergo mandauit
moyses dare libellum repudij et dimittere
ad hoc enim volebant eum inducere vt
diceret male dixit moyses vel male fecit
sed saluator in eos retorsit culpam di
cens propter duriciam cordis vestri permisit moys
es sed ab inicio sic non fuit sic enim erat
promptum iudei ad interfectionem vxorum ideo
moyses permisit vxoricidium ad euitandum
homicidium vnde permisit moyses ma
la ne facerent peiora non mandauit
nec precepit vt ipsi inducebant Quantum
vero ad secundum eis sic confutatis saluator
veram sentenciam dedit dicens Ego autem
dico vobis quod quicumque dimiserit vxo
rem suam excepta causa fornicacionis
et aliam duxerit mechatur potest enim
vir ad tempus vxorem dimittere non
tamen mechatur nisi aliam ducat
et si postquam dimittit quis vxorem cau
sa fornicacionis iterum eam ducat fornica
riam existentem et fornicari volentem ad
huc fornicatur quia secundum Crisostomum sicut
crudelis est qui castam dimittit sic fatuus

et iniquus est qui retinet scilicet meretricem
et subdit quod pronus est turpitudinis qui
crimen celat uxoris. Sed quantum ad tercium
uidentes discipuli graue hominis esse super
uxorem tenere et ipsam nunquam posse di
mittere nisi causa fornicacionis quia
forte est ebria aut turpis aut infirma
aut iracunda aut fatua dicunt christo
si sic est causa hominis cum uxore quod non licet
ipsam dimittere non expedit nubere ac si
diceret cum pondus est uxor quod melius
est esse sine ipsa quam eam accipere. Cui
dominus respondit. Non omnes capiunt uerbum
istud et non omnes possunt istud facere
ut sint continentes et sint sine uxore sed
quibus datum est a deo. Scribitur enim
Sapiencie ix. Scio quod non possum esse con
tinens nisi deus det et deus bene dat si
homo vult recipere tamen qui vult habere
gloriam non debet cogitare de labore
si homo hic petit bonum accipiat et si querit
inuenit et quod hoc sit possibile patet
quia sunt eunuchi qui ab utero matris
sic nati sunt et istorum continencia uel casti
tas non est meritoria quia naturalibus non
meretur nec demeretur et sunt eunuchi
qui ab hominibus per violenciam facti sunt
et nec talium castitas est meritoria quia secundum
Ieronimum sicut opus non facit peccatum sine vo
luntate sic meritorium ex opere non sequitur
si voluntas non adest. Sed aliqui sunt
eunuchi qui seipsos propria voluntate
castrauerunt propter regnum celorum qui cum
possent esse viri et mulieribus commisceri
seruant tamen castitatem et restrin
gunt in membris eorum omnem carnalitatem
talium ergo castitas meritoria est et istis
sunt qui capere possunt verbum istud
ita quod seruare possunt et volunt castitatem
diuino auxilio roborati melius est esse
sine uxore quam uxorem capere non quod illud

sit malum sed istud est longe melius.
Sed hic possunt esse quinque dubitaciones. Prima
utrum matrimonium soluatur propter forni
cacionem carnalem. Secunda utrum soluatur
propter infidelitatem uel fornicacionem spiritualem.
Tercia utrum interficiens uxorem adulteram
et fornicariam penam homicidii debeat
puniri. Quarta utrum liceat propter reg
num celorum acquirendum se castrare. Quin
ta utrum castrantes seipsos sint irregu
lares. Ad primam est dicendum quod matrimonium
solui propter fornicacionem carnalem potest
dupliciter intelligi. Primo quantum ad habita
cionem et carnalis copule commixcionem. Se
cundo quantum ad federa nupciarum celebra
cionem ita quod dimissa uxore fornicacionis
causa liceat viro aliam accipere. Primo
propter fornicacionem solam uxor potest di
mitti ut homo non habitet cum ipsa nec
commisceatur sibi carnali copula et hoc
probatur tam quod causa quam auctoritate apostoli et
sanctorum. Nam apostolus dicit prima ad Corin-
thios qui matrimonio coniuncti sunt precipio non
ego sed deus uxorem a viro non discedere
quod si discesserit scilicet causa fornicacionis manere
innuptam. Item Augustinus ait quod dominus ad
confirmandum quod uxor non facile di
mittatur a viro solam fornicacionis causam
excepit ceteras vero alias molestias
si que extiterint aut quod fuit benefica
aut filiorum infestatrix quod ceteramora precata
sit quam fornicacio pro fide coniugali et pro
castitate seruanda iubet fortiter susti
nere et mechum appellat qui mulierem
causa fornicacionis dimissam accepit uel
uxorem viuente viro a quo dimissa est.
Nam ut dicit Origenes sola fornicacio
dicit uxoris affectum et nullum aliud peccatum
propter quod quia dubium est fornicariam
uxorem cum viro manere ne ipsam
inficeret eo quod solum ut dominus est forni
cacio destruit affectum in viro uxoris

videns carnem suam esse divisam ideo quantum ad habitationem et carnalis commixtionis salvator non concessit quod vir uxorem posset dimittere. Sed secundo modo quantum ad secundarum nuptiarum celebrationem matrimonium non solvitur etiam per fornicationem. Unde salvator mechum nominat illum qui uxorem dimissam causa fornicationis accepit, tamen eam assignat. Causa quia per quas causas necessario res fit per ipsas dissolvitur. Matrimonium autem non facit carnalis copula vel habitatio sed voluntas. Ideo si quis dimittat uxorem quantum ad habitationem et commixtionem carnalem, eo quod aliam non accipit adhuc est maritus, quasi corpore separatus est voluntate tamen coniunctus. Unde Crisostomus dicit hoc ideo dominum precepisse quia posset terminum fornicationis imponere in uxorem ut aliam uxorem acciperet. Unde ad hoc ut non fieret salvator voluit quod dimittens vel dimissa posset ad secundas nuptias transire eis viventibus. Graviter tamen peccant illi qui ex quacumque alia causa preter fornicationem uxores a se separant. Dant enim utrique tales occasionem fornicandi. ¶ Ad secundum est dicendum quod sicut dicit Rabanus super hunc passum due sunt solum cause quibus uxor dimitti potest. Una est fornicatio carnalis de qua dominus loquitur. Alia est fornicatio spiritualis puta timor dei. Dicamus ergo quod sicut ponitur xxviii causa q. i. Si vir et uxor sunt infideles si vir convertatur uxore nolente converti, vel ex quo potest ipsam dimittere nolentem cohabitare cum ipso, sed ipsa vivente non potest aliam capere quia licet matrimonium primum fuit verum non tamen fuit ratum cum fuit in ipsa infidelitate celebratum. Sed si ambo vir et uxor sunt fideles et postmodum alter ipsorum fiat infidelis

et odio christiane religionis derelinquat fidem, tunc vir fidelis derelictus non tenetur sequi uxorem infidelem discedentem; alteram tamen ipsa vivente accipere non potest quia matrimonium fuit celebratum in ipsa fidelitate, propter quod non solum fuit verum matrimonium sed etiam fuit ratum. ¶ Ad tertium est dicendum quod si vir interficeret uxorem fornicantem extra actum fornicationis ita quod non videret nec deprehenderet eam actualiter fornicari, tunc tam lege humana quam divina puniendus esset pena homicidii. Non enim debet homo proprio iudicio quemquam interficere, sed debet eam coram iudice accusare et penam a lege impositam expetere, et hoc non livore vindicte sed amore iustitie. Et penam et culpam homicidii subterfugere vellet. Si tamen vir inveniret uxorem actualiter fornicari ita quod videret et comprehenderet ipsam in operatione fornicationis, tunc si eam occideret propter magnitudinem tristitie et dolorem quem habet videndo carnem suam dividi et turpiter tractari, lex humana non apponit penam, et ex hac lege humana dicitur licere non quod precipiat, sed quia non prohibet nec penam taxat. Considerandum [illegible] Unde dicendum est quod si ipsam interficeret lege humana non puniretur pena homicidii, lege tamen divina qualitercumque vir proprio iudicio interficeret uxorem pena homicidii esset puniendus. ¶ Ad quartum est dicendum quod sicut dicitur primo de [illegible] absque speciali consilio [illegible] non licet illam facere. Unde sequitur mors sua vel alterius. Unde deberet medico suo corruptorem interficere quantumcumque dubitaret de suo consensu complacentia in ipsa experientia operis fornicarii quia [illegible] abscisio membrorum virilium absque periculo mortis fieri non

non potest ideo tamen homicida hinc
est. et maledictione homicidii obnoxius
qui membra sua abscidit ut dicit glosa
super hunc locum et dico absque consilio spiritua-
li. s. s. quia secundum Hieronimum alioquin non excu-
sarentur ab homicidio sampson et Iepte
qui filiam immolavit nisi quia singula-
ri consilio s. s. fecerunt et quecumque alie
persone hoc fecerunt sicut dicit Hieronimus quod
quod Rome quedam virgines videntes c-
orum corruptores seipsas in flumen
rapidissimum iactaverunt. Sed quedam
domina Lucrecia nomine cum esset vio-
lenter oppressa in tantum fornicationis actum
est detestata ut de fractione fidei ma-
trimonialis copule conturbata quod statim
negocio indicato viro et omnibus nepoti
potentibus in actu bellico ut vindictam
facerent seipsam interfecit. Sed tales et
consimiles excusari non debent ab homi-
cidii crimine nisi si forte revelatione s. s.
talia fecerunt. cum igitur salvator di-
cit aliqui se castraverunt propter regnum
celorum intelligendum est secundum Crisostomum talem
castrationem fiendam esse non per
membrorum genitalium abscisionem quia se-
xus cum sit natura a deo et sic bonus
est sed intelligitur propter malarum cogita-
tionum et malarum concupiscenciarum
interfectionem. si enim voluntas tua est
sobria et pudica motus naturalium
membrorum nullum est peccatum. Sed quanta
est dicendum quod sicut habetur dicto capitulo eunu-
chus multis modis potest aliquis castrari
primo per violenciam et coactionem. sic illi
qui castrantur a suis dominis vel a bar-
baris qui capiuntur ab eis. Secundo
per infirmitatem corporis languoribus. Tercio
per naturam et suam generationem sicut enim
aliquis homo nascitur sine digitis et cum di-
minutione aliorum membrorum. ita di-
cente salvatore aliqui sunt eunuchi

qui de ventre matris sic nati sunt. Quarto
per propriam operationem credens enim aliquis
stultus carere concupiscencia carnali abscisis
membris genitalibus. Sed secundum Crisostomum quod dicit
super hunc locum abscidere membra genita-
lia causa concupiscencie diabolice temptatio-
nis est quia per hoc non fit concupiscencia mansue-
tior sed molestior et ardencior aliunde di-
citur spermata et semen habet suos fontes in vo-
luntate. Primus ergo tribus modis non incurrit
irregularitatem. Sed quarto modo solum ut di-
citur supradicta. Aliquis seipsum abscidit et brachia
sibi amputat non fiat clericus quia sui est
homicida et dei conditionis inimicus. et hoc
intelligitur quod non fiat sine dispensatione.

Tunc oblati sunt ei Lectio secunda
parvuli ut manus eis imponeret
et oraret. discipuli autem increpabant eos
Ihesus vero ait eis. Sinite parvulos nolite
prohibere eos venire ad me. Talium est enim
regnum celorum. Et cum imposuisset eis
manus abiit inde. Et ecce unus accedens
ait illi. Magister bone quid faciam ut
habeam vitam eternam. Qui dixit ei. Quid
me interrogas de bono. Unus est bonus deus.
Si autem vis ad vitam ingredi serva man-
data. Dicit illi. Que. Ihesus autem dixit.
Non homicidium facies. Non adulterabis.
Non facies furtum. Non falsum testimonium di-
ces. Honora patrem tuum et matrem tuam.
Et diliges proximum tuum sicut teipsum.
Dicit illi adolescens. Omnia hec custo-
divi a iuventute mea. Quid michi
adhuc deest. Ait illi Ihesus. Si vis per-
fectus esse vade et vende omnia que habes
et da pauperibus et habebis thezaurum
in celo. Et veni sequere me. Cum
autem audisset adolescens verbum abiit
tristis. Erat enim habens multas pos-
sessiones. Ihesus autem dixit discipulis
suis. Amen dico vobis. Quia dives

difficile intrabit in regnum celorum. Et iterum dico vobis facilius est tamen lum per foramen acus transire quam divitem intrare in regnum celorum. Auditis autem hijs discipuli mirabantur valde dicentes Quis ergo poterit salvus esse. Aspiciens autem ihesus dixit eis Apud homines hoc impossibile est, apud deum autem omnia possibilia sunt

Uisita phariseorum confutacione In parte ista subsequitur dicebatur elbuta ponit primo parvulorum benediccionem Et primo ponitur puerorum presentacio Secundo ponitur cuiusdam hominis xpo sponte determinacio. Et tercio ponitur huius et amantium divicias quedam terribilis comminacio

Quantum igitur ad primum dicit elbuta quod tunc loquente scilicet xpo de castitate oblati sunt ei ex puritate pueri mundi et casti ut imponeret eis manus secundum clemencium consuetudo fuit antiquorum ut homines pueros suos presentarent senioribus et sanctis viris ut per benediccionem et manus imposicionem ipsorum demonum insidijs liberentur sacientes igitur xpm esse sanctum sanctorum volebant ut eorum pueris manus imponeret credentes quod ex tunc virtute demonum eos tangere non possent et per hoc instruuntur xpiani ut dicit Crisostomus ut eorum pueros presentent sacerdotibus et episcopis ut eos benedicant et per imposicionem manus robur spiritus sancti accipiant quod fit quando per episcopum sacramentum confirmacionis recipiunt discipuli tamen propter reverenciam xpi prohibebant pueros ad ipsum venire non quod displiceret eis si voce et manu benedicerent deum sed timebant eum nimis laborare ex importunitate ipsorum vel ut dicit Crisostomus quis intrabitur propter appropinquare si simplex infancia repellitur ideo subdit xpi benignitas dicentis Sinite parvulos venire ad me quia talium est regnum celorum talium scilicet habencium non etatem sed puritatem infancie

Quantum vero ad secundum quia audierat unus iuvenis puerorum esse regnum celorum volens tamen scire qualiter ad regnum posset pervenire quesivit a xpo dicens magister bone quid faciam ut et cetera hec autem dixit non ex temptacione sed ex vera devocione quamvis esset pecuniarum et diviciarum amator non tamen erat temptator vel simulator ut dicit Crisostomus et quia ut dicit quidam xpm appellabat bonum et de bono interrogabat ideo salvator ad utrumque induit dices quid me interrogas de bono simpliciter tamen unus est bonus deus ad quem pervenitur per spiritualia bona et per observacionem mandatorum ideo subdit Si vis ad vitam ingredi serva mandata qui cum quesivisset que erant illa mandata non temptando sed existimando quod essent alia mandata preter legalia que vite eterne acquirendum sibi tamen fierent hec reddit et specificavit sibi precepta secunde tabule pertinencia ad dileccionem proximi que omnia includuntur in hoc verbo diliges proximum tuum sicut te ipsum tacuit autem precepta prime tabule vel quia talis fervens erat in dileccione dei ut dicit Crisostomus et quia precepta nominata in lege continebantur que dicebat se servasse a iuventute sua ideo viam perfeccionis salvator sibi ondit dicens Si vis perfectus esse vade et vende omnia que habes et da pauperibus et veni sequere me et habebis thesaurum in celis. Sed quantum ad tercium cum talis iuvenis recessisset a xpo tristis eo quod scilicet multas possessiones habebat et spinas et tribulos que suffocant semen domini ut dicit Iohannes. Ideo salvator terribilem comminacionem conclusit de divitibus dicens apostolis quod magnus esset difficile divites intrare in regnum celorum quam camelum per foramen acus secundum enim Iohannem

in ihrlm quedam porta dicebatur sic
esse nominata cinacus p quia camelus
nisi deposito onere et flexis genib; tunc
non poterat p quia vt aut signant ac
dentes p artam portam que ducit ad
vitam transire non posse nisi depositis
honerib; pctorum et affeccombus dima
arum et quia honera predicta depo
non pnt nisi auxilio diuine gre ideo
aplis dicentib; Quis ergo poterit
saluus fieri considerantes tantam
difficultate. Ait salvator quod lic
apud homines hoc sit impole apud
deum tamen no tan omnia sunt pobilia
¶ Sed hic pnt esse quinqz dubitacones
¶ Prima vtru p imposicom manus pns
sacramentum confirmacoms a xpo fuerit
institutu ¶ Secunda vtru p sacramentu
confirmacoms contrahatur spualis
cognaco ¶ Tercia vtru p vende omnia
et dare paupibus sit in via pfccoms
¶ Quarta vtru homo vendens omnia
et relinquns paupib; acqrat omes vir
tutes ¶ Quinta vtru possessor diuiciaru
absqz difficultate possit intrare in re
gnu celoru ¶ Ad prima est dicend; Insti
tuco sacramenti confirmacoms in xpo
scz modis intelligi potest esse facta
Primo qntum ad eius significacom
et sic p imposicom manus facam pn
eras signata est Unde dt Crisos sp
pns sermo xpus manus imposuit
pius instruit omnes parentes vt fi
lios suos sacerdotib; i. epis offerant
qua non epc manus impont sz
xpus man imponit ¶ Secundo qntum
ad promissiom et sic salvator pmisit
sacramentum istud instituendum
esse post eius ascensionem et qndo

plenitudo spus sci danda erat Unde dt
Jo vii c. q non erat spus scus datus
quia ihus nondu erat glorificatus
Tercio qntum ad eius effctus exhibicoem
et sic effctus istius sacramenti datus
est a xpo in die penth qndo spus scs
missus est aplis in linguis igneis Da
tur enim spus sanctus in hoc sacramento
ad robur vt xpianus audacter confite
atur nomen xpi et fortis efficiatur
in bello spuali Unde qntum ad eius
effctus exhibicom in die penth institu
tum est Sz qntum ad eius materie et for
me specificaconem sic postmod; tempe
aplorum et successorum ordinatum est
¶ Ad secundam est dicend; q auctore et
rone probari potest q spualis pug
natio in sacramento confirmacoms co
trahatur Auctas namqz est expressa
Innocencii 30 q iiii libri dicitur Qs
si quis ex coniugio filiu aut filiam de
sacro fonte suscepit aut ad crisma
tenuerit vel xpianitatis misterium
dederit ambo vir et uxor compres
efficiuntur parentib; infantis qr vir
et uxor vna caro sunt effecti Racio
vero talis est Nam in sacramento
triplex confertur ptas Una passiua
suscipiendi et recipiendi esse spuale vi
te Secunda est actiua contrarijs
resistendi in bello spuali fortiter pug
nandi Tercia est operatiua sibi simile
generandi et opandi illa que ad spua
lem vitam requiruntur Prima ptas
datur in baptismo Secunda vero
in confirmacoe Sed tercia confertur
in sacramento ordinis In prima aut
et secunda ptate homo indiget aucte
Indiget namqz homo recepto baptismo

instruat quale in vita spirituali debeat con
versari quia recenter natus nesciret
per se ipsum que essent necessaria ad spiritu
alem vitam absque instructore similiter
recepto sacramento confirmacionis indiget
doceri quale in bello debeat absque erube
scencia pugnare nomen christi audacter
confitendo quia absque robore spiritus sancti
presupponitur esse parvulus et debilis in bel
lo spirituali quamvis etate posset esse magnus
et fortis sed in sacramento ordinis iam pre
supponitur esse instructus et quale de
beat in vita spirituali et quale inimicos
fidei debeat impugnare ideo quod solum
in hiis duobus sacramentis homo in
diget instructore solum in eis quale
spiritualis cognacio ¶ Ad terciam est
dicendum quod adolescenti ponitur in via
perfeccionis salvator dixit · vende omnia
que habes et da pauperibus In quibus
verbis secundum Remigium iiii^or tetigit sal
vator nobis necessaria ut homo ponatur
in via perfeccionis Primum est gulositatis
et carnalitatis sobrietas et temperan
cia cum dicat vende non enim dixit
manduca multi namque que deberet
pauperibus erogare devorant in super
fluis cibis et potibus et luxuriis unde
reprehenditur et condempnatur in scrip
tura ille dives qui induebatur purpura
purpura et bysso et epulabatur splendide
et lazaro pauperi elemosinam negabat
vendenda igitur sunt temporalia bona
non comedenda si homo velit poni
in perfeccionis via unde tempore apostolorum
volentes esse perfecti sequi vende
bant agros et domos et precium po
nebant ad pedes apostolorum ut scribi

tur in iiii^o ¶ Secundum est necessitatis
et adversitatis fortitudo et constancia
cum dixit omnia non partem multi enim
sic sunt pusillanimes et diffidentes
ne deficiant in rebus necessariis et
ne paciantur aliquas adversitates
et indigencias qui nolunt omnia que
habent vendere et pauperibus elargiri cum
ad dei servicium accedunt sed partem
vendunt et partem occultant et servant
sicut fecit Ananias et zaphira uxor
eius fraudantes de precio agri · pro
qua fraude mortis sentenciam a petro re
ceperunt actuum v^o ¶ Tercium est operacionum recta
equitas et iusticia cum dixit que habes ·
multi enim vendunt et dant pauperibus
non que habent et sua sunt iusto titulo
sed que per usuram et rapinam ab aliis
acceperunt · illa enim dicuntur habere que sua
sunt et iusto titulo possidentur ¶ Quartum
est intencionis finis puritas et pruden-
cia cum dixit pauperibus da · et non divitibus
vel proximis a quibus homo possit
similia accipere · hec enim non est pru
dencia que est recta racio agibilium
sed magis quedam fraudulencia non
pertinendo finem debitum quem debet
Ista igitur que salvator tetigit ponit
hominem in via perfeccionis non tamen
sine voluntate que est ad similitudinem deo
parata obediencia ideo addidit statim
et veni sequere me ¶ Ad quartam est di
cendum quod Origenes hanc dubitacionem
movet super hunc passum dicens · ponamus
aliquem hoc fecisse quod dominus consuluit
puta quod vendiderit omnia et dederit pau
peribus · numquid statim erit perfectus · et si di
catur quod sic · tunc perfectus sit ille qui

omnes virtutes habet oportebit
talem statum esse sine ira sine invi
dia sine castitia et sine carnali concupiscentia
quod non videtur quia multi et si omnia
vendat et pauperibus erogentur adhuc
tamen non carent viciis supradictis
vel non pollent virtutibus destruentibus
predicta vicia. Ad hoc igitur respondet tripliciter
modis. Primo quia talis intelligatur
perfectus et virtutes omnes habere per virtu
tum et perfectionis inchoacionem non enim
statim venditis omnibus et datis paupe
ribus homo est perfectus et virtutes omnes
habet sed ponitur in via per hoc perfectio
nis et inchoantur in eo omnes virtu
tes. Unde salvator non dixit sis per
fectus vel eris perfectus sed si vis esse
perfectus ac si vendicio et abdicacio rerum
temporalium non faceret eum perfectum sed
perfectionis viam inchoaret. Secundo quod
talis intelligatur perfectus et virtutes omnes
habere per aliarum diviciarum recepcionem
ut ille qui pauperibus tradidit bona
temporalia adiuvatur ut accipiat
ad suam spiritualem inopiam illorum spiri
tualem habundanciam et ita hoc modo
aliorum auxilio sit perfectus quod aliquas
humanas passiones habeat quia tempo
rales divicias pro spiritualibus commuta
verit ut ... sermonibus. Tercio quod talis
intelligatur perfectus per viciorum omnium
vendicionem ut sicut ipse vendidit omnia
temporalia sic vendat omnia vicia et
expoliat se cunctis temporalibus
bonis ita expoliet se cunctis viciis
malis et sic erit perfectus non quidem
tantum per expoliacionem diviciarum
quantum per expoliacionem viciorum.

Quarto ut intelligatur perfectus per formalem
et virtualem possessionem. Nam qui perfecte habet
unam virtutem formaliter et virtualiter
omnes habet quia si quis est iustus vir
tuose oportet quod iusticiam habeat fortiter pru
denter et temperanter et sic si aliquis sua
bona dat pauperibus oportet quod talis
libertas formaliter et virtualiter includat
omnes virtutes quia liberaliter non da
rentur nisi caste prudenter iuste forti
ter largirentur. Ad quintum est dicendum
quod multi sunt divites qui facile intrant
in regnum celorum. Nam matheus et za
cheus et abraham divites fuerunt quod vel
ut dubium est regnum celorum intrasse
et potissime de abraham dubium non
est quantumcumque dives fuit et multas pos
sessiones filiis suis dereliquerit ut
scribitur Genesis nec dubium est quin ipse sit
in regno celorum cum ecclesia semper oret
ut filii sui in sinum abrahe recipiantur
possumus ergo dicere ut dicit hilarius
quod diviciarum amatores non diviciarum
possessores cum difficultate immo cum
impossibilitate regnum celorum intrant
magis enim impossibile est inordina
te amore diviciarum intrare in regnum
celorum quam per foramen acus ire camelum
Illud enim repugnat vere rei istud
autem repugnat divine iusticie. Secun
do diviciarum retentores non diviciarum
dispensatores cum difficultate intrant
regnum celorum. Tercio diviciarum rapto
res non iusto titulo acquisitores in
trant cum difficultate regnum celorum
igitur diviciarum possessores non
amatores dispensatores et largito
res non retentores et diviciarum iusto
titulo et proprio labore acquisitores
non raptores faciliter et sine difficultate
regnum celorum intrant sicut fuerunt

abraham et multi alii psalmista dixit. non
enim solum amorem diviciarum abraham
postposuit amore divino verum etiam ad-
rem unigeniti filii postposuit divine
iusticie. Unde dictum est sibi a deo quia
fecisti rem hanc non pepercisti unigenito
filio tuo propter me. benedicens benedicam
tibi quia pauci sunt divites sic animam
et puram a spinis diviciarum et plures sunt
qui suffocantur in eis inordinate e-
as amantes retinentes et acquirentes
Ideo salvator difficile esse dixit divi-
tibus regnum celorum intrare quia facta
paucorum et factorum atque perfectorum virorum
communiter viventibus miranda pocius
sunt quam imitanda nec ad regulam commu-
niter sunt trahenda Lectio iij

Tunc respondens petrus dixit ei Ecce
nos reliquimus omnia et secuti su-
mus te. Quid ergo erit nobis Ihesus autem
dixit illis Amen dico vobis. quod vos
qui secuti estis me in regeneracione cum
sederit filius hominis in sede maiestatis
sue sedebitis et vos super sedes duode-
cim iudicantes duodecim tribus israel
Et omnis qui reliquerit domum vel fratres
aut sorores aut patrem aut matrem
aut uxorem aut filios aut agros propter
nomen meum centuplum accipiet et
vitam eternam possidebit. Multi autem
erunt primi novissimi et novissimi
primi. Posita priori versione. In proposito
ut supra dicebatur evangelista ponit beati pe-
tri in persona omnium de remuneracione propriorum
interrogacionem. Et primo ponitur petri in-
terrogantis magna confidencia. Secundo
ponitur christi respondentis magna communica-
cionis gloria. Et tercio concludit omnium re-
munerandorum universalis finalis condicio. Quantum igitur
ad primum dicit quod tunc audito scilicet verbo christi
quod fuit locutus adolescenti. Si vis per-
fectus esse vende omnia que habes et da pau-
peribus et veni sequere me. petrus in persona

omnium dixit. ecce nos apostoli omnia reliquimus
et secuti sumus te. Quid ergo erit nobis
magis enim secundum quod dicit Origenes consi-
derabat petrus de suo affectu quam de
qualitate rerum relictarum. Bene enim
sciebat quod parum reliquerat quia non
nisi arundinem et rethe sed quia ex
magna plenitudine dilectionis et affecti-
onis qua habebat ad christum illa minima
reliquerat confidenter dicit. Ecce re-
omnia et quia ut Ieronimus dicit multi philosophi
ut socrates et multi alii divicias contemp-
serunt. ideo statim subdit et secuti sumus
hoc est enim proprium apostolorum et credencium
sequi christum Quantum vero ad secundum
dicit quod christus respondens petro in persona
omnium ait. Amen dico vobis quod vos qui
secuti estis me ex modo loquendi christi
apparet quod petri affectionem non rerum tem-
poralium dimissionem acceptavit vos
inquit non solum corporis passibus sed
mentis secuti estis me in regeneracione
cum creatura liberabitur a servitute
corrupcionis et regnabitur in libertate
filiorum dei quod erit in finali iudicio
cum sederit filius hominis in sede maies-
tatis sue vos qui secuti et secuturi
estis me non iudas qui secutus me quondam
sed ceterum absit ... sedebit super sedem
duodecim iudicantes duodecim tribus
israel quia vobis credentibus christo credere
noluit ideo iniusto eritis iudices eorum
Ut in nomine iudicancium intelligantur
omnes qui propter evangelium sua omnia
dimiserunt et secuti sunt dominum ... sic
enim divini amoris stimulo excitata
sunt possessa relinquere. illic procul du-
bio iudiciarie potestatis culmen detinebunt
vel obtinebunt ut simul cum iudice ve-
niat ad iudicandum qui nunc conside-
racione iudicii sese paupertate spon-

tanee castigat. Sed quantum ad tertium dicit
quod universaliter omnis qui reliquerit domum
vel fratres aut sororem aut patrem aut matrem
aut agros propter nomen meum centuplum
accipiet quia hic in presenti recipiet gratiam
dei et eius dona spiritualia que in centuplo
excedunt temporalia et postmodum possi-
debit vitam eternam et quia iudei fu-
erunt primo vocati et eis non credentibus vel
saltem sic non fervent tunc sicut gentiles
ideo subdit quod multi erunt novissimi primi
et primi novissimi et multi namque ex
gentibus erunt primo et magis et eminen-
tius quam multi ex iudeis qui primo vocati
sunt et dico multi non omnes propter apostolos
quos non est dubium omnes alios excedere
in gloria sicut omnes alios excesserunt
in merito cum ipsi primicias spiritus sancti acce-
perunt. Sed hic possunt esse quatuor dubita-
tiones. Primum autem utrum apostoli primo fuerunt
vocati a Christo ad statum religionis quam
prelationis. Secunda utrum relinquen-
tes omnia propter Christum et sequentes eum debeant
consequi premium apostolorum. Tertia utrum
apostoli debeant cum Christo iudicare. Quarta
utrum apostoli debeant magis spiritualiter iu-
dicare iudeos quam gentiles. Ad primum
est dicendum quod status prelationis est
perfectionis tamquam. status vero religionis
est ante statum perfectionis vel prelationis quod
ergo apostoli fiendi erant episcopi et prelati per
Christum post eius resurrectionem quando insufflavit
et dixit eis accipite spiritum sanctum quorum
remiseritis peccata remittuntur eis super
quo verbo dicit Gregorius Licet in tuneri
ad quantum culmen glorie producta sit
apostoli ut non solum de propriis securi sint
sed etiam super iudicium principatum sorti-
untur qualiter vice domini quibusdam peccata
retineant et quibusdam relaxent tempore
nunc locum in ecclesia episcopi tenent quia
solvendi et ligandi auctem recipiunt qui
gradum regiminis sortiuntur prius igitur
quam prelati fierent vocandi erant ad statum
religionis tria requirunt. Primo votum
castitatis et mundicie. Secundo votum pau-
pertatis indigencie. Tertio votum humi-
litatis et obediencie. alia vero ut diversi-
tas habitus et diversitas aliarum observanci-
arum magis accidentaliter quam principaliter
habent se ad religionem ista igitur tria ut
principaliter ad religionem pertinencia
apostoli in ipsa prima vocatione pertinencia
eorum a Christo se observare fatentur que
satis petrus in persona omnium expressit
cum dixit ecce reliquimus omnia et secuti
sumus te nam votum castitatis et mundi-
cie expressit cum promisit ecce nos apostoli
sumus qui per te mundati et in castitate statuti
nulli namque debet esse dubium quod postquam
apostoli a Christo ihesu vocati sunt semper
munde et caste vixerunt. unde Glosa
super illo verbo quod habetur ysaie Ecce ego et
pueri mei quos dedit michi deus dicit
quod pueros apostolos nominat quia per eum
mundandi et sanctificandi erant votum vero
paupertatis et indigencie expressit cum
enim adiunxit reliquimus omnia quamvis
enim pauca cum fratre suo reliquerit
non tamen pauca reputata sunt a Christo
ut dicit Origenes. Sed votum humilitatis
et obediencie expressit cum subiunxit Et
secuti sumus te. super quo verbo dicit Origenes
quod secundum omnia que pater revelavit postquam
revelavit Christum esse filium suum apostoli se-
cuti sunt eum in iusticia et sanctificatione
et in omnibus que ad humilitatem et
obedienciam spectat. primus ergo apostoli
vocati sunt ad statum religionis quam pre-
lationis. quantum ad illa que principaliter

ad religionem receperunt. Ut sit sensus
ecce nos apostoli pre iudificati reliquimus
omnia temporalibus denudati et te secuti sumus
ad obediendum pati. Capitulum Ad secundum est
dicendum quod secundum Crisostomum salvator apostolis
relinquentibus omnia et sequentibus eum quia
maiores et excellentiores erant nichil tem-
porale et terrenum repromisit sed solum
iudiciariam sedem eis offert. Aliis vero
relinquentibus omnia et sequentibus Christum que
temporalia sunt promittuntur cum dicitur
eis centuplum accipietis et postmodum vitam
eternam possidebitis. Contingit enim ad litteram
hoc secundum Augustinum ut tradentes se ad reli-
gionem et serviendum deo quod etiam in tem-
poralibus centuplum accipiunt plus quam hii
in mundo ante habuerunt quibus si vero utuntur
recipiunt in fine vitam eternam. Secundum tamen
quod dicit Origenes fatenda est quedam dis-
tinctio de illis qui reliquerunt bona tem-
poralia ut Christum sequantur quia vel re-
linquunt omnia universaliter et tunc illa que
promissa sunt petro et aliis apostolis dabun-
tur eis vel non relinquunt omnia sed quedam
et quedam sibi servant de quibus hic sal-
vator loquitur et tunc aut hii recipient
multiplicia et postmodum vitam eternam pos-
sidebunt tamen quia ut dicit scriptura quod vir
amite aut puto quod sine ulla sui contu-
melia Ciprianus episcopus petro apostolo comparatur
quantum attinet ad iudicium et ad martirii
compatitur coronam licet dignitate fuit
minor ideo dici potest quod licet relinquentes
omnia propter Christum debebant consequi premium
apostolorum quantum ad pietatem meriti quantum
tamen ad pietatem dignitatis semper
apostoli erunt maiores. Capitulum Ad tertiam est dicendum
quod in finali iudicio sine prenunciatio fiet
propter Christum humana natura apparentem ipse enim
consecutus est iudex vivorum et mortuorum.
Nam ut dicit ysidorus de summo bono
capitulo de iudicibus bonum iudex quinque condiciones
debet habere. Primo sapientiam in cognitione ne
decipiatur. Secundo constantiam in affectione
ut non putatur. Tertio eloquentiam in
allegatione bonorum confundamus. Quarto
complacentiam in responsione ut non in-
rascamur. Et quanto autem vel potestate
in operatione bonorum repellatur. Manifesto igi-
tur per Christum habentes has quinque condiciones erit
sine pronunciatio per apostolos vero erit
sententie manifestatio ut super illo verbo
prima ad Corinthios vi Nescitis quia ange-
los iudicabimus dicit Glosa Quia reprobos
angelos dampnabiles et iudicandos ondent
et manifestabunt. Sed sine approbacio
et confirmatio erit per omnes qui propter
Christum temporalia reliquerunt. Unde dicit
Augustinus super hunc locum quod in numero iudica-
tium omnes erunt qui propter evangelium
omnia dimiserunt et secuti sunt dominum. Capitulum Ad
quartam est dicendum quod secundum Augustinum per xii
tribus israel iudicandas omnes gentes
intelligere debemus. Iudicabunt enim apostoli
tam demones quam homines et iudeos et
gentiles. Quare ergo salvator dixit Iudi-
cabitis duodecim tribus israel specialiter faciens
mencionem de iudeis. Ad hoc rendet Crisostomus
quod iudeos specialiter iudicabunt apostoli et speciali
modo erunt eorum iudices propter duo. Pro-
pter eorum incredulitatem. Nam ut dicit
futurum erat ut in die iudicii viderent
Christo ihesu domine non te cognovimus filium
dei esse in corpore constitutum. Quis enim
homo videre poterat thesaurum in terra
absconditum et solem nube celatum. Quod hic
igitur videbunt apostoli et ut iudices eorum
inducent in medium dicentes Et nos
homines fuimus rustici et obscuri in ple-
be vos autem exaltati scribe et pharisei
sed bona voluntas et fidelitas facta
est in nobis lucerna instituitatis nostre
in vobis vero malicia et infidelitas
facta est caligo scientie vestre. Unde sal-
vator dixit iudeis dicentibus quod in Beelze

sub eiciens demonia potuis si in digito dei
eicio demonia in annis virtute puta spiritus
sancti . xii filii eicient ideo apli xpi vere
iudices erunt . Secundo propter eorum in
lege fluctuationem et carnalitatem nam cum iudei
dicent in finali iudicio non potuimus
credere xpm ihm esse dei filium cum vide
remus eum hominem quia lex prohibuit
ut nullam creaturam pro deo colere de
beremus . ad hoc ergo similimo rendebunt
apli et tamquam iudices inducent in me
dium dicentes Nos in legibus consuetudi
nibus et cerimoniis fuimus conmutati et
educati sed que prius fuerunt lucra
facta sunt nobis detrimenta propter xpm ihm
propter ista spiritualiter apli iudicabunt iudeos
magis quam alios Capitulum xxiii

xx Simile est regnum celorum homini patri
familias qui exiit primo mane con
ducere operarios in vineam suam . Conventi
one autem facta cum operariis ex denario diurno
misit eos in vineam suam . Et egressus
circa horam terciam vidit alios stantes in fo
ro ociosos et illis dixit . Ite et vos in vi
neam meam et quod iustum fuerit dabo vo
bis . Illi autem abierunt . Iterum autem exiit
circa sextam et nonam horam et fecit simili
ter . Circa undecimam vero horam exiit et invenit
alios stantes et dicit eis Quid hic statis
tota die ociosi . Dicunt ei Quia nemo
nos conduxit . Dicit illis Ite et vos in
vineam meam . Cum sero autem factum esset
dicit dominus vinee procuratori suo Vo
ca operarios et redde illis mercedem incipi
ens a novissimis usque ad primos . Cum
venissent ergo qui circa undecimam horam
venerant acceperunt singulos denarios
Venientes autem et primi arbitrati sunt
quod plus essent accepturi Acceperunt au
tem et ipsi singulos denarios . Et accipientes
murmurabant adversus patremfamilias
dicentes Hii novissimi una hora fece
runt et pares illos nobis fecisti qui por
tavimus pondus diei et estus . At ille
respondens uni eorum dixit Amice non facio
tibi iniuriam . Nonne ex denario diur
no convenisti mecum . Tolle quod tuum
est et vade . Volo autem et huic novissimo
dare sicut et tibi . Aut non licet mihi quod
volo facere an oculus tuus nequam est quia
ego bonus sum . Sic erunt novissimi pri
mi et primi novissimi . Multi enim sunt
vocati pauci vero electi . Terminato de
apostolorum remuneracione hic ut dicebatur sal
vator predicit eis suam passionem et dividitur
totum presens capitulum in partes tres quia primo sal
vator ponit celorum quandam similitudinem
Secundo ponit sue passionis certitudinem
Et tercio ponit ad confirmacionem predictorum
miraculi facti magnitudinem . Secunda
ibi Et ascendens ihesus . Tercia ibi Et
egredientibus illis . In hac autem similitu
dine regni celestis quinque per ordinem ponit
Primo patrisfamilias operariorum conductio Se
cundo eorum operis mercedis retribucio .
Tercio quorundam eorum murmuracio Quar
to eorum iusta increpacio . Et quinto quedam
timorosa conclusio et comminacio . In prima
ergo parte dicit salvator quod regnum celorum
est simile homini patrifamilias id est deo qui est
pater tocius ecclesie qui exiit mane tercia
sexta nona undecima hora conducere o
perarios in vineam suam Ut per tales
horas intelligamus secundum gregorium quinque mun
di etates quarum prima ut prima fuit
ab adam usque ad noe . Tercia fuit a noe
usque ad abraham Sexta ab abraham
usque ad moysen . Nona a moyse usque ad
xpm ihm Sed undecima ab adventu
xpi ihu usque ad finem mundi In qua eta
te vocati sunt gentiles ad graciam qui
ociosi stabant nemine eos vocante quia
nec legem nec prophetiam habebant ut vo
cati sunt in tali etate ipsi apli per xpm
ihm qui quamvis possent operari per legem
et prophetias ociosa tamen erat talis
operatio quia nichil ad perfectum deducat

Vox ut aplus dicat p homio secundum Gregorium
p tales horas possunt intelligi eiusdem
hominis diusa tpa. Ut mane dicat pueritia
tercia adolescentia. Sexta iuuentus. Nona
senectus. Undecima uo decrepita. uel uete
rima etas hominis appellatur. In secunda uo
quo dicat q sero facto. i. istius mundi esse
terminato pr familias puta ihus xc man
dauit procuratori uinee ut ipis angelis
qui omnes sunt in procuracom z ministerium
missi pp eos qui capiunt hereditatem
salutis. ut dicit aplus sic reddet mercedem
omnibus operarijs z pmo nouissime uenien
tib z ptea pmis. i. prmis gentilibz z de
inde iudeis z patriarchis z pphetis. Nam
secundum Crisostomum libentius z prius dam9 illis
quibus gratis q illis quibus debemus
ex debito sic ihus xc sanctis patriarchis
z pphetis quodammodo ex iusticia debebat
uitam eternam dare sed gentilib ex sola
sua mia z gratia. Primo eis incepit
reddere denarium diuinum quod sic factum
est qui prmus latrom est apta ianua
paradisi q abrahe uel ysaac aut alicui
patriarcharum ul pphetarum. In tercia
autem parte dicit q primo laborantes
in uinea domini non recipientes plus q
alij murmurare ceperunt aduersus prem fa
milias eo q portantes pondus diei et
estus non receperunt maiorem mercedem
q laborantes una hora nam iudei onera
legis portauerunt z gentiles nichil horum
sustinentes plenam tn eis gram rece
perunt. q si intelligatur de malis inde
is uere potest intelligi q murmura
uerunt. sed si intelligatur de patriarchis
z pphetis secundum Crisostomum figuratiue intel
ligendum est ac si diceretur q ita gentiles
sublimati sunt a xpo ihu ul ipi apli
qui modicum laborauerunt q alijs ipo
gloria potuisset esse occasio murmu
randi. In quarta uero pte ponit increpatio
eorum quia pr familias nulli faci
ebat iniuriam ex quo cuilibet reddebat
suum promissum. Unde dicit aut non licet
michi facere quod uolo aut oculus tuus
i. intencio tua nequam est quia ego bonus
sum. tunc enim secundum Remigium est conque
rendum non si homo dat quod non debet
z cui non debet sed si non daret quod de
beret z cui deberet. Sed in quinta conclu
ditur timorosa conclusio z terribilis ter
minacio ut q multi sunt ad uitam uocati z
pauci electi z nouissimi erunt primi z primi
nouissimi. Primum ubi dicit Gloss duo ec
nonda diligenter. Primo ut quilibet de se
minime psumat quia si iam ad fidem uo
catus est utrum tamen ad regnum eligen
dum nescit. Secundo ut quisque suum pro
ximum quem in uicijs iacere conspicit despe
rare non audeat quia diuine mie diuicias
ignorat. z ad hoc inducit exemplum
pulchrum de fide cuiusdam monachi sed pe
stifera hominis z cui de quo desperandum erat
considerata sua mala uita z tamen fina
liter dei mia primo correctus z deinde sal
uatus. Sed circa lectionem hanc quinque dubi
taciones esse possunt. Prima utrum xpus
sit procurator singulariter ecclie. Secunda
utrum apli z alij operarij ecclie mercenarij
possunt dici. Tercia utrum p denarium diuinum
eterna beatitudo intelligatur. Quarta utrum
omnes homines ad eternam beatitudinem
sint uocati. Quinta utrum electi z pdesti
nati sint pauciores reprobatis. Ad
primam est dicendum q Cassiodorus super hunc passum
dicit dominus uinee dicit procuratori suo
tripliciter exponi pt. Primo ut sit dictum
in psona pris loquentis filio z tunc pr fa
milias dicere potest z procurator uinee
ul ecclie dici filius. Nam filius est opa
tiua potentia pris p quem omnia disponit
z gubernat. Secundo ut dictum est spus
sanctus donum patris z filij quo omnia dona
spiritualia dantur ecclie. Tercio ut sit
dictum in psona totius trinitatis loquentis

alterum angelorum et tunc tota trinitas simul
erit patrifamilias et procurator vinee qui
super mercedes distribuendas est constitutus
erit aliquis angelorum et omnes iste posi-
ciones sunt vere quia ad procuracionem
ecclesie que est vinea domini sabbaoth tria
requiruntur Primo prudencia et cogitacio
Secundo diligencia et donorum distributio
Tercio eciorum administracio et execucio
Primum istorum filio attribuitur Secun-
dum spiritui sancto Sed tercium competit angelorum
officio et ideo omnes isti possunt dici procura-
tores vinee Sciendum tamen secundum Crisostomum
quod isti procuratores aliquos operarios inven-
iunt in foro ut avaros ---- Nam
in foro homines vendunt et emunt et sic sunt
aut in hoc mundo homines emendo et vende-
do fraudem sibi faciunt et fraudem sibi invicem
facientes sic eorum vitam sustentant tota
mundiali cupiditate aliquos vero inveniunt
in foro sicut fornicatores et luxuriosos
talibus enim dominus imputatur malum
Amos vi dicens Ve vobis qui dormitis
in lectis eburneis qui lasciviis intratis
in re's et comeditis ad vocem psalterii Sed
aliquos inveniunt in trono sicut superbos
et ambiciosos qui violencias faciunt paupe-
ribus exspoliantes et tyrannia imponentes
ut dominaciones acquirant Paucos autem vel
nullos invenit in choro domini incantates
vel ympnis et psalmis laudantes et gloriam
sibi exhibentes sicut apostolus monet ¶ Ad
secundam est dicendum quod mercenarii voca-
tur qui mercede conducuntur ad laborandum
vel ergo talis merces est temporalis subsidii et
sic apostoli vel alii operarii ecclesie non dicuntur sed
pastores quia alios pascunt verbo et exem-
plo Unde salvator Joh x Tres personas
innuit esse attendendas pastores fures et
mercenarios dicens pastorem esse qui pro
ovibus suis suam animam ponebat fu-
rem vero qui mactabat et perdebat merce-
narium vero qui lupum venientem videns fu-
giebat quia solum pro retribucione tem-

poralis subsidii oves pascebat super quibus
verbis dicit Augustinus et ponitur xiii q... ca. quod in-
quit pastor est diligendus mercenarius tolleran-
dus vel latro fugiendus et caute observandus
Si autem talis merces sit eterni premii tunc
apostoli et alii boni operarii ecclesie mercenarii dicuntur
aliquo secundum Crisostomum aliquid requiritur in in-
tencione aliquid in operacione aliquid vero in
consummacione et aliquid in satisfaccione Nam
sicut mercenarii conducuntur hac intencione
ut non solum operentur quod manducent sed alia
ad utilitatem domini sic predicantes et operantes
in ecclesia non solum debent operari que ad
usum et utilitatem eorum pertinet sed que
ad gloriam dei spectat in operacione vero sicut
debent mercenarii opus domini respicere deinde
cotidianum cibum querere et sic operarii ecclesie
primo que ad laudem dei pertinent et deinde
de que ad proximi utilitatem pertinent
debent operari et sic mercenarii totum diem con-
tinuum impendunt in vineam domini in suo vero
cibo solum unam horam sic operarii in laude
et gloriam domini in suo vero cibo unam horam
sic operarii in laudem et gloriam domini totam
diem debent expendere modicam autem
partem diei circa usum proprium et sicut mercenarii
quando opus domini non complent vel in aliquo
negligunt vehementer erubescunt et satisfacere
conantur quantum possunt sic operantes in ecclesia
dei quando opus dei non complent vel negligunt
quod facere debent in conspectu dei debent
erubescere et ex toto conatu satisfacere Igitur
ecclesie operatores mercenarii dicuntur mercede eterni
premii habendo condiciones quatuor dictas non
tamen dicuntur mercenarii mercede temporalis subsi-
dii principaliter quia talis licet sint collan-
di non tamen sunt communicandi ¶ Ad terciam
est dicendum quod denarius quatuor modis consi-
derari potest Primo racione figure Secundo
racione sculpture Tercio racione mensure
Et quarto racione censure Consideratus
igitur denarius racione figure signat inter-
minabilitatem quia figura rotunda et
circularis cuius modi est denarius caret
principio et fine Consideratus vero racione

sculpture habet conformitatem. Sculptura namque est ymago et superscripcio illius ante fit denarius et illud est signum conforme illi reputatur verus aliter reputaretur falsus. Consideratus autem racione mensure habet quantitatem que erat tanti ponderis et non minus. Vel si consideratus racione census habet sacietatem quia ad hoc denarius datur pro mercede et censu ut satisfaciat indigencie hominis vel datur pro censu domus vel illis qui curam reipublice gerunt et datur pro mercede laborantibus et mercenariis ita quod denarius est quasi secundum philosophum fideiussor hominis ad satisfaciendum indigencie cuiuslibet. Tercia bona ergo eterne vite significant denarius propter ista iiii^or. Primo racione figure racione cuius habet interminabilitatem. Vita scilicet Boecii vita eterna est interminabilis vite tota simul et eterna possessio. Secundo racione sculpture racione cuius habet conformitatem. Nam per ymaginem trinitatis scripta et sculpta in nobis conformabimur ymagini filii dei ut dicit apostolus. Unde in figura Salvator visa ymagine et superscripcione sculpta in denario cesaris dicit: Reddite que sunt cesaris cesari et que sunt dei deo. Tercio racione mensure cuius habet determinatam quantitatem quam cunctis dabit denarius diurnus eiusdem ponderis quia divinitatis visio in se non crescit nec decrescit. Verum est quod in tali luce divina aliqui plus et aliqui minus videbunt secundum disposicionem videncium penes diversitatem meritorum. Quarto racione census racione cuius habet sacietatem reddet pro mercede et pro censu laborantibus fideliter in vinea domini merito ergo vita eterna denarius diurnus est appellata. ¶ Ad quartum est dicendum quod eo modo quo deus omnipotens homines vocat ad vitam eternam quo vult omnes salvos fieri et ad agnicionem veritatis eius pervenire possunt ergo dicendum quod deus omnes homines vult salvos fieri liberaliter quia nullus potest salvari nisi ipse liberaliter velit sicut nullus illuminatur nisi ipse velit illuminare. Omnes ergo vocat quia nullus vocatur

nisi per eius voluntatem. Rogandus est igitur ut velit vocare et salvare quia nullus vocatur et salvatur nisi per eum. Secundo omnes vocat et salvat universaliter si vult quod de qualibet gente et de qualibet etate et de qualibet arte et de quolibet sexu deus aliquos vocat et aliquos salvat. Tercio omnes vocat et vult omnes salvos fieri perpetualiter quia a principio mundi usque ad finem deus aliquos vocabit et aliquos salvabit sive in lege nature sive in lege scripta sive in lege gracie fuerint homines quolibet tempore deus aliquos vocavit et salvavit. Quarto omnes homines vocat et omnes vult salvos fieri naturaliter quia omnibus dedit velle quo velint salvari et vocari sicut dedit spiritum clamantem Abba pater quia omnes facit clamare ita omnes vult salvos fieri quia omnes facit velle ut salvi fiant. Igitur omnes homines deus vocat et vult omnes homines salvos fieri liberaliter universaliter naturaliter et perpetualiter. Et primos duos modos ponit Augustinus in enchiridion alios vero duos ponit idem Augustinus in fine libri de correccione et gracia. ¶ Ad quintam est dicendum quod si corpora salvandorum essent salvanda non possent salvare corpora dampnatorum. Numerus enim stultorum et malorum infinitus est nimis et cum larga sit via perducens ad perdicionem et multi vadunt per eam et arta et multum stricta via perducens ad salutem et pauci per ipsam pergunt. Ideo impossibile plures erunt dampnati quam salvati quod illis eisdem modis declaravi. Primo liberaliter quia licet deus velit omnes salvos fieri pauci tamen eius voluntati obediunt et pauci eius voluntati se conformant. Secundo universaliter quia propriam quam quos dicunt spirituali modo possunt dici vocati et predestinati propter sacramenta quibus spiritualiter renascuntur et a morbis spiritualibus curantur sunt quasi salvati respectu aliorum maxime nisi fidem non habuimus sine cuius fide nullus potest salvus esse. Tercio perpetualiter non sunt nisi pauci qui totam vitam eorum continent in bonis operibus quia nullus

saluabitur nisi qui perseuerauit usque in
finem cum tales sint pauci plures ex
hoc erunt dampnandi quam saluandi et plu
res vocandi quam electi. Quarto naliter
quia pauci sunt nalis libero arbitrio me
tes in bono et in hiis que xpus mandauit
et precepit obseruare erga dilectionem dei et
proximi. et quia secundum augustinum qui fecit
te sine te non iustificabit te sine te
concludendum est quod longe plures sunt vo
cati quam electi

lectio ii.

ii Et ascendens ihesus iherosolimam as
sumpsit duodecim discipulos se
cretto et ait illis Ecce ascendimus ihe
rosolimam et filius hominis tradetur prin
cipibus sacerdotum et scribis et condempnabunt
eum morte. Et tradent eum gentibus
ad illudendum et flagellandum et crucifigendum
et tercia die resurget. Tunc accessit ad
eum mater filiorum zebedei cum filiis suis
adorans et petens aliquid ab eo. Qui
dixit ei Quid vis. Ait illi Dic ut sedeant
hii duo filii mei unus ad dexteram tuam
et unus ad sinistram tuam in regno tuo.
Respondens autem ihesus dixit. Nescitis quid
petatis. Potestis bibere calicem quem ego
bibiturus sum. Dicunt ei Possumus. Ait
illis Calicem quidem meum bibetis. Se
dere autem ad dexteram meam et ad sinistram
non est meum dare vobis sed quibus para
tum est a patre meo Et audientes de
cem indignati sunt de duobus fratribus.
Ihesus autem vocauit eos ad se et ait.
Scitis quia principes gencium dominantur
eorum. Et qui maiores sunt potestatem
exercent in eos. Non ita erit inter vos
Sed quicumque voluerit inter vos maior
fieri sit vester minister Et quicumque vo
luerit inter vos primus fieri erit ves
ter seruus Sicut filius hominis non venit mi
nistrari sed ministrare et dare animam
suam redempcionem pro multis. Hoc
ta vetum celestis similitudinis In parte ista
ut dicebatur celebrita ponitur xpi passionis
certitudinem Et primo ponitur xpi passi
onis quantum ad locum et tempus certificatio
Secundo vxoris zebedei pro filiis postulatio
Et tercio ponitur aliorum discipulorum
xpi indignatio. Quantum ergo ad primum
dicit quod ascendens ihesus voluntarie ierusalem
duodecim discipulos suos assumpsit ita quod
iudas adhuc erat cum eis quia nondum
erat indignus esse cum aliis ut dicit Ori
genes et istis predixit suam passionem satis
explicite puta quod a iudeis esset tradendus
gentibus et quod a gentibus erat flagellandus
et occidendus et postmodum tercia die debet
resurgere. Nam secundum Crisostomum Nichil fuit
preciosius et carius pro salute nostra quam
mors et passio xpi et quia thezaurus pre
ciosus in vasis preciosis reponendus est
ideo apostolis tamquam caris et preciosis amicis
xpi passio eius erat explicite pandenda
aliis vero non nisi in figura. sicut iudeis
quibus dixit eis Soluite templum hoc et
in tribus diebus excitabo illud et sicut
quibus dixit phariseis Generacio praua signum
querit et non dabitur ei nisi signum ione
prophete. Quantum vero ad secundum dicit quod
mater filiorum zebedei puta Iacobi et Io
hannis accessit ad ihesum. Marcus dicit x° capitulo
quod ipsimet Iacobus et Iohannes inerunt
ad ihesum dicentes. Volumus quod quodcumque pecie
rimus facias nobis et utrumque fuit ut
dicit augustinus. Quia de voluntate filiorum
mater erat submissa ab eis vel simul cum
eis accessit ergo et peciit quod duo filii eius
sederent in regno eius unus ad dexteram
alius ad sinistram credebant enim quod
statim post mortem debet temporaliter reg
nare et carnaliter in iherusalem vel eo modo
quo regnaturus est post diem iudicii
sicut dicit Crisostomus et quia talis peticio
ex ignorancia processit xpus de ygno
rancia increpauit dicens Nescitis quid
petatis. Nam illud regnum ultimo nisi
fidelibus pro xpo bellantibus et martirium pro
recipientibus. Ideo ait potestis bibere

calicem quem ego bibiturus sum ac si diceret
per passionis mee imitacionem oportet vos ad
mee glorie participacionem pervenire quod sic erit
quia calicem passionis bibetis ac
cepcione et pparticione ambo quia iohannes
eciam in ferventis olei dolium missus fuit
sicut tres pueri in fornacem sed mortis
consummacione solum Jacobum legimus per hero
dem esse occisum ut dicit Jeronimus tamen se
dere ad dexteram vel sinistram non est meum
dare vobis in quantum habeo formam servi
et in quantum sum homo sed convenit hoc pa
tri meo dare cum quo idem secundum divinita
tem quia ego et pater unum sumus. Quantum
tum vero ad tercium dicit Et audientes decem
indignati sunt de peticione quam fecerunt
intelligentes per hoc quod ipsi volebant pre
esse secundum Crisostomum Sicut illi duo discipuli
carnaliter petiverunt ita illi decem carnaliter
contristati sunt quia sicut velle esse super alios
vituperabile est ita alterum super se sustinere
minus est gloriosum ideo christus omnes vo
cavit et omnes reprehendit et primo comparacione
gentilium ostendens gentile principatum cupere
et appetere et sic gentilium comparatione
eorum animam estuantem comittit ut
dicit Crisostomus secundo sui exemplificacione quia
ipse qui erat deus et homo non venit mi
nistrari sed ministrare dato enim quod martha
et angeli sibi ministrarent tamen solus
ipse animam et vitam suam dedit in servici
um et in redempcionem pro multis ut dicit
Origenes ¶ Sed hic possunt esse quinque dubita
ciones ¶ Prima utrum passio christi fuit pre
dicenda apostolis ¶ Secunda utrum petere sta
re ad dexteram vel sinistram christi fuerat
peccatum ¶ Tercia utrum sedere ad dexteram
et sinistram sedere patri conveniat et non
filio ¶ Quarta utrum indignacio apostolorum fuit
peccatum invidie ¶ Quinta utrum principatus
ecclesiasticus differat a principatu gentilium
¶ Ad primam est dicendum quod triplici fuit
utile passionem christi apostolis predicari Primo
propter iudam qui ex hoc non habuit occasionem
credendi et non tradendi ipsum Secundo propter
petrum qui ex hoc habuit occasionem post
casum citius resurgendi. Tercio propter alios
apostolos qui ex hoc habuerunt occasionem
scandalum de christo minuendi. Primum sic
ostenditur nam predicere imponebat necessitatem
iude ut eum traderet quia causa immedia
ta actuum humanorum qui quidem sunt boni
quidam mali deus et ipse christus dei filius esse
non potest qui semper est causa bonorum nec
aliqua constellacio que est causa necessaria
et humani actus sunt variabiles et contingentes
ergo quod sit immediata causa actus humani
liberum arbitrium hominis quicumque ergo
necessarium esset christi passionem evenire
ex quo predicta erat per eum tamen per
liberum arbitrium iudas poterat non
esse ille qui ad christum ad passionem traderet
ymmo ex hoc quod audivit per eum predictam
esse eius tradicionem occasionem magna
habebat conari non esse ille qui eum
traderet. dato enim quod nullus deberet
salvari nisi unus quilibet deberet conari
esse ille unus qui salvandus esset sic
dato quod passio christi implenda esset per
aliquem quilibet deberet conari non
esse ille. Secundo ex hoc petrus habuit
occasionem citius resurgendi. quia enim
petrus pluries audierat suam passi
onem predixisse et singulariter quod ipse
post eum ter negaturus ideo infra dicitur
quod egressus foras et recordatus ubi ihesum
flevit amare. Tercio ex hoc discipuli
omnes habuerunt scandalum non minu
endi in morte christi Nam secundum Crisostomum
Tribulacio expectantibus si predicatur fu
tura levior invenitur quam si repentina
veniret et sic factum est peccatum per
dimiserunt apostoli in credulitate et scandalo
quod passi sunt in passione ihesu christi ex
hoc quod audierunt per eum eam esse predictam
¶ Ad secundam est dicendum quod Crisostomus
super hunc passum triplex peccatum dicit
fuisse in hac peticione apostolorum Nam in re
gnum petebant fuit peccatum inanis glorie
et cuiusdam elacionis. Petebant enim in

cathedra aplorum p'mum hr̃e quia eni audierant xpm dicente Sedebitis super sedes duodecim Videntes se a xpo pre alijs honorari petiuerunt alijs pesse in tali sede quod sedere ad dextram et sinistram xpi opportebat potissime qz vt dt Cris' timebant de petro ne eis pferret' in honore et hoc non solum inane gloriam verum eciam quadam emulacionis inuidia sapiebat Secundo in peticione fuit pt'm tpalis concupie et cuiusdam carnalis affeccionis quia vt dicit Cris' Credebant xpm carnaliter et temporaliter regnaturum in ihrlm nichil cogitantes de celesti regno Vnde quidquid cogitabat in peticione totum erat carnale et temporale et dato vt dicat Cris' quia vt apli fideles erant cogitarent eum regnaturum in celesti regno adhuc tamen carnaliter sapiebat quia putabant quod statim xpo resurgente deberet regnare cum electis suis et quod promittitur in futuro aduentu ad iudicium crediderunt quod statim deberet consequi multum festini fuerunt ad petendum sciences quod petentis negligencia repbenditur quando de dinis mia non dubitat Tercio in modo petendi fuit pctm ignorancie cuiusdam dicta xpi cogitacionis Dicebat enim xpus quod cum in regno suo sedet oues et electos debet locare ad dextras eius et edos et reprobos debet locare a sinistris Cum igitur isti apli essent a xpo electi locati erant ambo ad dexteram Cum igitur xpi in modo petendi ad dextram vnus et alius ad sinistram petebant stare manifestum est quod in modo petendi habuerunt ignoranciam ideo xpus spaliter de ignorancia reprehendit dicens Nescitis quid petatis ac si diceret ego vos ad dextram vocam et vos vro consilio curritis ad sinistram Quarto in modo obtinendi fuit pctm cuiusdam psumpcionis

Magna namque presumpcio est petere honorem non precedente labore et primum sine merito Isti ante sedem glorie a xpo inquirebant quam nondum meruerunt delectabat enim eos culmen honoris sed prius debebant cogitare excitare viam laboris Vnde xpus reprimens eorum psumpcionem dicit Potestis bibere calicem quem ego bibiturus sum Remansit ergo inte petita per istos aplos fuit pctm elacionis in peticione pctm carnis affeccionis in modo petendi pctm ignorancie cognicionis et in modo obtinendi pctm psumpcionis ¶ Sed eciam est dicendum quod plarius exponit hoc dom in psona iusticie et equitatis dicens quod regnum celorum psolum iusticie equitatem non datur psone sed merito quia deus psonas hominum non accipit Voluit ergo sic dicere sedere in regno meo ad dexteram vel ad sinistram non est meum dare vobis per sonas acceptando sed merita considerando quia talibus paratum est a patre meo ita quod non negauit vbi non esse suum dare sed solum non esse suum dare eis Cris' vero hic exponit in psona xpi dignitatis dicens quod locus sessionis ad dexteram dei obuius et inaccessibilis est non solum omnibus hominibus verumeciam omnibus angelis quia solum debetur tali dignitati xpo dicente aplo ad heb' Cui aliquando angelorum dixit sede ad dextris meis donec ponam inimicos tuos scabellum pedum tuorum Voluit ergo xpus dicere sedere ad dexteram non est meum dare vobis sed quibus paratum est a patre meo quia nullus paratus est vrum tantum Idem autem expo' in psona humilitatis vt sit sensus non est meum dare vobis superbis et elatis appetentibus principatum super alios

equales vos estis sed humilib' corde qb'
paratum est a patre meo. Vel Aug' exponit
esse dexy in persona uel in forma hua
nitatis ac si diceret In psona humanitati
debeo bibere calicem passionis quē vos
bibetis sed in hac forma nō conuenit in
dare vobis sedere in regno ad dexteram
uel sinistram. sed illis debere quib' pa
tum est a patre meo p suam diuinitate
in qua ipse et ego vnū sumus Sed cer
tum est dicend' q̄ eo duob' sedm Cris
teti apli aliquid emulacōis inuidia
erga istos habuerunt ex eorū in intuiti
geracōe Primo honoracōe videntes
enim tūc eos p alijs honoratos a xpo
sedm mentem dolunt. s; hunc dolore
in manifestum proferre nō sunt ausi
propter reuerentiam magistri Secundo in
eorū peticōe quia sicut inculpabile
erat in omnib' contristari ē videre eo
hoc q̄ alios sup se recipiebant quia
sicut est pctm supbie velle alijs
pesse sicut pctm inuidie est sup se ali
nō sustinere Inuidia enim sedm Aug'
xij sup Gn est odiū felicitatis aliene
uel tristicia que tribus modis capit
ut ait q̄ uel homo inuidet equalib'
q̄ sibi coequātur uel inferiorib' ne ei co
equetur uel superiorib' ~~ne ei coequntur~~
~~ul superbie~~ q̄ eis nō coequatur In hoc
ergo mō videntes apli istos duos p
eis honorari contristati sunt q̄ eis
nō coequabant in tali honore nec vo
secundo contristati st' ne eos extol
leret z sic nō possent coequari be
male tn̄ sunt nō morte Sed qn̄ ac
est Vdm q̄ Cr sup hunc passum
Principes gentium dominant' eorum
triplicem dr̄iam nōt inter principatu
gentalm ul mudanu et ecchastici

Prima est in acquisicōne Secunda in
acquisicōne Tercia autē in admini
stracōne Prima talis est vt enī
quia principatus ecclesiastico nec est ap
petendus ab aliquo non hnte nc alteri
inuidendum est si ipm ht z si dicatur
q̄ appete epatum boni opus est Vnd'
q̄ epus ul aplus procepitu uel aplatu
recommandus non est quia cū omis pn
cipatus sit a deo nescim' vtrum ex ch
mercede acquiramus ul nō remunera
bi ergo si epatus uel aplatus opus
bene impleuit quia hoc est sue volū
tatis ac per hc concludit q̄ opus bon
desiderare z appete bonū est q̄ inte
est voluntatis pctu vero amoris
concupisce est vanitatis desiderare ḡo
z cupe principatum gentile est sicut
dicit saluator Compacōne gentiliū
animia suor discipulorū estuantem
z pncipatum appetentem comitit
Secunda differencia est talis quia pn
cipes mudi ideo acquirunt dominium z
principatum vt alijs minorib' dñi
nentur z eos seruitute subiciant et
respolent ac eis vtant' usq; ad mor
tem ad eorū vtilitate z gliam sed pn
cipes ecclastici hac intencōne prin
cipatu acquirere debet vt minorib'
seruiant z ministrent eis quem acce
perunt a xpo z ut eorū vtilitatem
negligunt z illorū procurent z pro
eorum salute mori nō recusent Tercia
dr̄ia est talis Nam vt dicit pncep
ecci administrando z vtendo eorū pn
cipatum imitari debet xpm paupi
bus se accessibilem faciente mlie
ribus loquentem pius manus impo
nente discipulis pedes lauantem
Planū est aute q̄ principes mundi
contrarias condicōnes hnt s; volend

est inie sicut dicit quia tales sunt hoc principes ecci ut mundi principatum superna excecati videant et reperiunt sicut reges acies terribiles precedentes et subsequentes eos in accessu vero sunt difficiles et maxime pauperibus ad quos nullam familiaritatem habent nec habere permittunt. Lectione iij

iij Et egredientibus illis ab ierecho secuta est eum turba multa. Et ecce duo ceci sedentes secus viam audierunt quia ihesus transiret. Et clamaverunt dicentes domine miserere mei fili david. Turba autem increpabat eos ut tacerent. At illi magis ac magis clamabant dicentes domine miserere nostri fili david. Et stetit ihesus et vocavit eos. Et ait Quid vultis ut faciam vobis. Dicunt illi domine ut aperiantur oculi nostri. Misertus autem eorum ihesus tetigit oculos eorum. Et confestim viderunt et secuti sunt eum.

¶ Sicut supra dicebatur ad confirmacionem predictorum evangelista ponit facti miraculi magnitudinem. Et primo ponitur cecorum petencium illuminacionem clamosa postulacio. Secundo ponitur turbe increpacio. Et tercio adiungitur christi interrogacio et sanacio. Quantum ergo ad primum dicit Et egredientibus illis scilicet ihesu et discipulis eius de ierecho. Alius evangelista dicit Cum appropinquarent ierecho ex qua controversia volunt aliqui dicere duo miracula christum fecisse et bis cecos illuminasse semel intrando ierecho et semel exeundo sed nomen civitatis et persone ostendit quod semel tantum miraculum factum fuit unius tamen evangelista ponit introitum loca et alius exitum ut dicit Augustinus in de consensu evangelistarum. Igitur illis egredientibus de ierecho ecce duo ceci stantes secus viam audientes quod christus esset transiturus inde clamaverunt dicentes Miserere mei domine fili david. Marcus dicit quod unus cecus fuit et ponit nomen suum et nomen patris sui dicens quod erat Barthimeus filius Thimei. Sed hoc solvit Augustinus in libro de consensu evangelistarum dicens quod unus fuit notus et nominatus inter illos qui ex aliqua magna felicitate ad mendicitatem non solum ad paupertatem venerat sed duo fuerunt veraciter ceci petentes illuminari. Ideo Marcus nomen eius et nomen patris ponit tamquam persone note ab aliis. Quantum vero ad secundum dicit quod turbe increpabant eos ut tacerent. Quorum increpacio potuit procedere ex superbia videntes enim eos in sordibus vestibus et mendicantibus indigne ferebant quod tantum dominum inquietarent quia ut dicit Crisostomus Superna sapientia hominum hoc habet quod minima existimant magnum a pauperibus honorari et ab eis salutari. Vel potuit procedere ex ignorancia nam qui iam credebat christum esse dei filium arguebat istos cecos quod minorem nomine eum appellabant dicentes Miserere nostri fili david. Sed isti ignorabant quod iam isti ceci illuminati erant de christi divinitate quam exprimebant dicentes domine et de christi humanitate quam exprimebant dicentes Fili david. Ideo isti multo magis clamabant exprimendo fidem ipsorum. Sed quantum ad tercium dicit quod christus fecit eos vocari et audita peticione eorum statim sanavit eos et ipsi non ingrati sicut illi leprosi mundati secuti sunt ihesum. Satis enim cognoscebat quod illuminati a luce luce sequerentur et cum luce ambularet. Hoc enim deus requirit solum ab homine ut dicitur Michee vj° Facere iudicium et diligere misericordiam et sollicitum esse

ambulare cum deo suo. Sed hic possunt esse
quatuor dubitaciones. Prima sanitas corpora
lis utrum sit in oracione petenda. Secunda
utrum omnes curati a xpo corporaliter fuerint
a deo primo illuminati interius in mente. Ter
cia utrum ad illuminacionem cecorum xpus
semper debuit uti aliquo signo sensibili ut
sputo vel tactu manus. Quarta utrum infirmi
tas corporalis vel cecitas oculorum semper eveniat
propter peccatum. Ad primam est dicendum quod
secundum Aug. ad probam hoc licet orare quod
licet desiderare. Inter cetera autem que hu
mana natura desiderat est corporalis sani
tas quia scriptum est non est census super salutem
corporis et non oblectamentum super cordis gau
dium. Unde scribitur Thob. viii° quod ambo
ille sancte persone Thobias et Sara uxor
eius pariter et instanter orabant ut sani
tas daretur eis. Verum non est desideran
da vel petenda sanitas corporis tamquam finis
vel tamquam virtus anime sed tamquam
illud quo finis acquiritur et virtus anime
operatur. Et quia ut dicitur Ecc. xxxi
Que grauis infirmitas corporis sobriam
facit animam ideo quia nescimus an ex
pediat nobis ad finis consecucionem et virtu
osam operacionem talis corporalis sanitas vel
non expediat propterea ut dicit Augustinus
ad probam Semper quibus in aliqua dura
tristicia et molestia petimus a nobis auferri
quia naturali voluntate sunt contra sensum
nostre infirmitatis hanc devocionem debemus
servare domino nostro ihesu xpo ut si ea non
abstulit a nobis non ideo nos ab eo negli
gi estimemus sed pocius pia paciencia ma
lorum speremus bona ampliora. Ad secun
dam est dicendum quod Augustinus Johannis v° super
illo verbo crudelem indignacionem quod totum hominem
sanum feci in die sabbati expresse dicit quod
quod curabat xpus in corpore ut sanus
esset curabat in mente ut crederet. Erant
autem multum convenientes quod xpus miraculum

deus faciebat miracula eius perfecta sunt
opera sed perfectum opus non dicitur nisi cum at
tingit finem corporis sanitas ad sanitatem
anime est ordinata ac per hoc conveniebat
xpo ut sua operacio esset perfecta quod sanans
aliquem in corpore curaret ipsum prius in
anima. Sed quid dicemus de illis decem lepro
sis mundatis per eum Luc. xvii° ubi dicitur
quod cum mundati essent solus unus qui
erat samaritanus reversus est cum mag
na voce magnificans deum. Alii vero novem
qui non sunt reversi curati sunt in corpore
quia in textu habetur quod cum irent ad
sacerdotes mundati sunt planum est quod in anima
curati non erant ex quo ingrati divine
gracie sunt. Ad hoc igitur dupliciter possumus
respondere. Primo quod intelligatur de cura
tis a xpo immediate nam quando dicitur dei perfecta
sunt opera de operibus factis a deo immediate
intelligitur quia de operibus factis a deo medi
antibus creaturis videmus ad sensum quod
multe imperfecciones eveniunt. Illi autem
decem leprosi a xpo mundati sunt non im
mediate. Unde non dixit Estis sani immediate
sed ait. Ite et ostendite vos sacerdotibus et dato
quod irent mundati sicut xpus tamen mediante
ostensione et presentacione sacerdotum curavit
eos. De curatis vero immediate a xpo verum
est quod quos sanavit in corpore prius sanavit
in mente sed non de aliis. Alio modo potest
dici quod sanitatem anime deus operatur me
diante libero arbitrio quia non iustifi
cat hominem ipso invito et quia liberum
arbitrium hominis dum est in via est vertibile
ideo postquam aliquis curatus a deo per
graciam potest cadere et potest ipsam graciam
perdere. Illi ergo x leprosi a deo curati
sunt in mente et in corpore sed solus unus
perseveravit in gracia et sanitate acquisita
alii vero per recidivum passi sunt et hoc
expresse dicit textus Luc. xvii Et novem

qui non reuersi ingrati fuerunt receptis beneficiis
ingratitudo enim plurimum est quod meruit
per recidiuacionem peccati fuerunt ergo illi leprosi
per christum mundati in anima sicut in corpore
sed ipsi iterum relapsi sunt in peccatum ¶ Ad
tertium est dicendum quod saluator noster
ad illuminacionem cecorum et curacionem aliorum
infirmorum quandoque utebatur sputo sicut dicitur
Joh. ix° Exspuit in terram et fecit lutum
ex sputo et liniuit lutum super oculos ce
ci nati ad demonstrandum veram diuinitatem
Nam sicut dicit ibi Cris. Ideo usus
fuit luto ad illuminacionem ceci nati ut ondebit
se esse filium qui omnia facit ex nichilo lu
to tamen usus fuit ad formacionem corporis
humani Unde ibi dicit vita Glosa quod lutum
illud non fuit depositum sed in oculos ceci
nati conuersum Potuit ergo christus ex nichilo facere
oculos in ceconato sed ut innueret quod erat
ille idem deus qui a principio ex luto ho
minem formauerat usus fuit illo signo
visibili Quandoque vero christus utebatur ma
nus tactu sicut Luc. vii° ad suscitacionem
filii vidue tetigit loculum et suscitandam
filiam archisynagogi tenuit manum
puelle ad ostendendum efficaciam assump
te humanitatis quia ut ibi dicit Glosa Va
cuum ipsi corpus efficaciam habebat ad
prestandam sanitatem ut sicut ferrum ad
iunctum igni perficit opus ignis sic caro co
iuncta verbo quod viuificat omnia ipsa quoque
erat viuificatiua et mortis expulsiua
Sed quandoque usus est verbo quod est etiam sig
num sensibile sicut habetur Mat. viii° leproso di
cente domine si vis potes me mundare
Respondit volo mundare et hoc ad demon
strandam miraculi claritatem Si enim
ut ibi dicit Cris. sic et tacite curasset
nullus sciuisset cuius virtute eum curas
set et ideo vocaliter exprimendo volo propter
leprosi curacionem et mundare propter vi

dencium manifestacionem ut notum fieret eis
cuius virtute sanatus esset ita quod volu
tas sanandi referebatur ad leprosum et
verbum mundandi ad videntes. Hac eciam de causa
tetigit oculos istorum cecorum cum eos illu
minauit ¶ Ad quartum est dicendum quod loquen-
do de peccato originali nulla infirmitas vel
penalitas est in nobis que non peruenerit
ex illo peccato quia nulla nobis nocere po
terat aduersitas vel infirmitas si in nobis
non fuisset dominata prius iniquitas. Cum
enim pena iusto iudicio debet sequi culpa
non precedere sed loquendo de peccato actuali ex
meris operibus perpetrato est sic et non
Nam Joh. v° super illo verbo Ecce sanus
factus es vade et amplius noli peccare ne
deterius tibi aliquid contingat dicit Cris.
quod hoc ideo dicit saluator illi quia infirmi
tas illa euenerat ei propter suum peccatum multo
ciens contingit quod vel ex peccato negligentie
vel perpetrante malitie vel gulositatis vel
luxurie et multis aliis modis infirmitas
euenit homini ex suo peccato sed quandoque euenit
sine suo proprio peccato Sicut patet Joh. ix°
Cum discipuli interrogarent christum quis
peccauit hic vel parentes ut cecus nasceretur
ad quod christus respondit quod cecitatis illius cau
sa non fuit peccatum eius neque parentum eius nam
qui a natiuitate fuerat cecus proprium suum
peccatum non poterat esse causa quia vero
filius non punitur pro peccato patris non fuerat
causa peccatum parentum Causa igitur fuit
ut manifestaretur ipse christus qui est
gloria patris nec propter hoc iniuriam passus
est ut dicit Crisostomus Quia ille qui
ex nichilo adesse eum produxit poterat
sine iniuria eum sic dimittere in magnum
beneficium est consecutus quia per ceci te
corporis interioribus oculis meruit christum re
spicere Explicit Capitulum xx^m

Et cum appropinquasset iherusalem et venisset
bethphage ad montem oliueti. Tunc
ihesus misit duos discipulos suos dicens
illis. Ite in castellum quod contra vos est.
Et statim inuenietis asinam alligatam
et pullum cum ea. Soluite et adducite mi
chi. Et si quis vobis aliquid dixerit dicite
quia dominus hiis opus habet. Et confestim dimit
tet eos. Hoc autem totum factum est ut adim
pleretur quod dictum est per prophetam dicentem.
Dicite filie syon. Ecce rex tuus venit tibi
mansuetus sedens super asinam et pullum
filium subiugalis. Euntes autem discipuli
fecerunt sicut precepit illis ihesus. Et addu
xerunt asinam et pullum. Et imposuerunt
super eos vestimenta sua. Et eum desuper
sedere fecerunt. Plurima autem turba stra
uerunt vestimenta sua in via. Alij autem
cedebant ramos de arboribus et sternebant
in via. Turbe autem que precedebant et
que sequebantur clamabant dicentes.
Osanna filio dauid. Benedictus qui venit
in nomine domini. osanna in excelsis. Et
cum intrasset iherusalem commota est vniuer
sa ciuitas dicens. Quis est hic. Populi autem
dicebant. Hic est ihesus propheta a nazareth
galilee. Et intrauit ihesus in templum
dei. et eiciebat omnes vendentes et emen
tes de templo. et mensas nummulariorum
et cathedras vendencium columbas euertit.
Et dicit eis. Scriptum est domus mea
domus orationis vocabitur. Vos autem fecistis
illam speluncam latronum. Et accesserunt
ad eum ceci et claudi in templo et sanauit
eos. Videntes autem principes sacerdotum
et scribe mirabilia que fecit et pueros
clamantes in templo et dicentes. Osan
na filio dauid. indignati sunt et dixerunt
ei. Audis quid isti dicunt. Ihesus autem
dixit eis. Vtique. Numquam legistis. Quia

ex ore infancium et lactancium perfecisti
laudem propter inimicos tuos. ¶ Ostenso
quomodo in faciendo miracula potestas cristi est commu
nicata omnibus apostolis et qualiter potestas sacerdotalis
singulariter commissa est soli petro. In parte
ista euuangelica ostendit quomodo potestas cristi rega
lis innata est omnibus apostolis ad regularem
aut potestatem quantum ad principes spectat quinque
per ordinem. Primo quod in processione habeat
honoris reuerenciam. Secundo quod in pres
sione habeat sapienciam. Tercio quod in prehen
sione habeat vigorosum audaciam. Quar
to quod in pugnando habeat bellorum experienciam
Et quinto quod in remunerando habeat ponde
ratam iusticiam. ¶ Quinque ergo facit excerpta
in vltima parte principali secundum quod istis quinque
modis ondit potestatem cristi regalem esse
demonstrata. Secunda incipit in principio
xxxij capituli. Tercia in principio xxiij capituli.
Quarta in principio xxiiij capituli. Et quinta
in principio xxv capituli. ¶ Sed in textu autem
prime partis est sciendum quod tria sunt que
faciunt potissime regem in populo esse ho
noris reuerencia et digni. Primum est hu
militas eius et benignitas mansuetudo
Secundum est eius potencie magnitudo
Et tercium est malos in corrigendo rigida
fortitudo. Secundum igitur ista tria principale
capitulum habet tres partes et tres lectiones.
Secunda ibi. Et relictis illis abijt foras
Tercia ibi. Dico autem vobis. Videtur
mansuetudinem autem et benignitatem
mi saluatoris tria ostendit cum iherusalem
tamquam expugnaturus contra diabolo intrauit
Primo comitiue cum qua intrauit preparacio
Secundo populi eum recipientis deuocio. Ter
cio templi quod intrauit mundacio et
purgacio. Preparatio autem comitiue cum
qua cristus iterum intrauit humilis et man
sueta ondit quantum ad tria. Primo quantum
ad discipulorum et familie paucitate quia
non cum multitudine armatorum et turba

famulorum precedentium et subsequentium sicut multi prelati hodie faciunt qui cum tanta multitudine eorum dyocesim peruenerit visitando ut poenis posset dici eorum ingressus ad ecclesias dissipacio. Quantum visitacio sed solum cum discipulis suis saluator ierusalem intrauit ad visitandum templum domini et duos tamen discipulos ante suum aduentum premisit. Magna namque cura debet esse prelatis ut per eorum visitacionem bona et res ecclesiasticarum non distrahantur sed magis per alios indebite distracte per eos reduci debent et conseruari. Unde habetur distinctione quod ille cui visitacio ecclesie imminet nichil de rebus ecclesie a quocumque presumat distrahi paciatur. Secundo quantum ad prophetice scripture veritatem. Non enim caruit vel ex ypocrisi saluator intrauit ierusalem hanc mansuetudinem ostendit sed longo tempore ante zacharie. 9. hoc prophetatum est ubi scribitur: Iubila filia syon et exulta nimis quia ecce rex tuus venit tibi iustus et saluator. Loco tamen iusti alibi posuit mansuetum quia per mansuetudinem iusticiam dedyacio fecit vel propter inexcusacionem iudeorum quia ut dicit Cris. Ideo xpus non uenit timendus per potenciam sed amandus per mansuetudinis clemenciam quia iudei videntes ipsum non dicerent coram sede pilati non habemus regem nisi cesarem. Tercio quantum ad animalium vilitatem quia non in curru aureo et purpura refulgenti nec super equum fundum discordie et litis amatorem ascendere voluit sed super asinam pacis et tranquillitatis amicam ut dicit Cris. super hoc ut cum prelatis humilitatis mensuram ministrare voluit. Ut non super equos ascendere necesse sit sed sufficiat asino uti et eo quod necessitatis est esse contentum. Turbe autem eum recipientis deuocio similiter ostenditur in tribus. Primo in vestimentorum prostracione et hoc ne pes asine vel ipse aliquo lapide lederetur aut in foueam laberetur. Secundo in arborum incisione et hoc ut victoria obtinenda de dyabolo monstraretur. Tercio in saluatoris inuocacione quia cantabant osanna id est saluator per diuinitatem filio dauid per humanitatem. Benedictus qui venit in nomine domini propter eius aduentus nouitatem. Sed templum in quod intrauit mundacio et purgacio eodem modo in tribus ostensa est. Secundum quod tria genera hominum templum domini inficiebant. Primo sacrilegi qui intelliguntur per vendentes et ementes in templo. Secundo usurarii qui intelliguntur per nummularios. Tercio symoniaci qui intelliguntur per vendentes columbas. Eiecit eos saluator de templo sacrilegos usurarios et symoniacos. Docuit enim tria esse facienda. Primo oracionem: domus mea domus oracionis vocabitur. Secundo infirmorum curacionem quia accesserunt ad eum ceci et claudi et in templo curauit eos sic omnis infirmus per administracionem sacramentorum curandi sunt in templo. Tercio sacre scripture predicacionem et diuine laudis decantacionem quia pueri in templo clamabant osanna filio dauid. Quantum ad laudis diuine decantacionem saluator contra phariseos et contra principes murmurantes insteterat sermone prophetico dicens: Nunquam legistis: ex ore infancium et lactancium perfecisti laudem. Nam secundum Ieronimum in hoc instructi sunt pharisei quod pueri non errore vel leuitate reprehendendi sunt vel arguendi quia xpo tanquam vero deo diuinas laudes cantabant cum per tot milia annorum ante istud futurum fore propheta predixerat. Sed hic possunt esse quinque dubitaciones. Prima utrum decens fuit xpm in eius passione cum regali honore ierusalem intrare. Secunda utrum possibile fuit ipsum super asinam et pullum eius sedere. Tercia utrum sacrilegi eiciendi sunt de ecclesia. Quarta utrum eiciendi sunt de ecclesia usurarii. Quinta utrum eiciendi sunt de ecclesia

symoniaci. Ad primum est dicendum quod hanc
dubitacionem movet Beda et Cris. Nam Beda
dicit quod Jo. vi. legimus Christum fuisse in monte
quando vidit quod homines illi quos de quinque panibus
saciaverat venturi erant ut raperent eum
et facerent eum regem. Hic autem dicitur regale
sibi a turbis impensum non spernit sed inde-
is innuentibus et dicentibus, auditis quod
isti dixerunt recepit. Cris. vero ait Quo-
modo legimus Christum ierusalem intrasse et
nunquam invenimus cum tali honore fuisse re-
ceptum. Hoc ergo ideo fuit ut dicit Cris.
quia tunc erat cum diabolo pugnaturus
quo devicto factus est rex et iudex vivorum et
mortuorum. Unde hic vide omnia regalia
signa et regis omnes proprietates manifestantur.
Nam ad regem pertinet dominandi potestas
ut maleficos et perturbantes pacem et rempu-
blicam posset punire. Secundo iusticie
equitas quia honor regis iudicium et iusti-
ciam diligit. Tercio salvandi et remune-
randi facultas. Que tria tam senes quam
pueri monstraverunt esse in Christo cum eum
receperunt in velim cum diabolo pugnaturum
ut dicitur propheta. Senes cum iunioribus laudent
nomen domini non quidem scientes, ut dicit
Cris. puto quod ipsi qui laudabant sciebant
quem laudabant sed spiritus sanctus subito ingressus
in eos veritatis verbo fundabat per eos. Unde
in cantico quod cantabant exprimebant i.
tria. Per dominium cum dicebant Benedictus qui
venit in nomine domini. Osanna filio david
in excelsis. Nam dominandi potestatem exprimebant
in hoc quod dicebant Benedictus i. gloriosus
et potens dominus. Justicie equitatem mani-
festabant in hoc quod dicebant in nomine domini.
Ipse enim non rapina consecutus est regnum
sicut multi tyranni et sicut antichristus qui
tyrannice et per rapinam sibi acquiret
potestatem dominandi sine voluntate et no-
mine dei patris. Unde ipse dicebat iudeis in
Johanne. Ego veni in nomine patris mei et non
recepistis me, alius vero veniet in nomine
suo et illum recipietis. Sed salvandi et
remunerandi facultatem ostenderunt in hoc
quod dicebant Osanna i. salvator filio david
quantum ad humanitatem assumpta salvator
in excelsis quia ipse non fuit rex ter-
renus sed celestis et suos subditos in excel-
sis salvat et remunerat. Et ista tria concor-
dant cum verbis prophetie Zacharie ix capitulo ubi dicitur
Jubila filia syon ecce rex tuus quantum ad
dominandi potestatem venit tibi iustus quantum
ad iusticie equitatem et salvator quantum
ad salvandi et remunerandi facultatem.
Ad secundum est dicendum quod secundum Cris. in
quantum ad literam non potest intelligi Christum
super asinam et pullum sedisse quia hoc
nil continet impossibilitatis ut saltem unum
pedem tenuisset super unum animal et alium
pedem super aliud quod non erat possibile
vel quod contineret quandam deceptionem vanitatis
ut quod per unam partem ille sedet super asinam
et per aliam partem super pullum et hoc fuisset
vanum et derisorium. Quia ut dicit Bethauge
vicus erat sacerdotum ministrantium in tem-
plo situs est in montis latere oliveti dis-
tans uno solo miliari a ierusalem ad quem
divertebant sacerdotes deservientes in tem-
plo completo officio vicis sue ut ibi iterum
vitam brevi spacio mutaret Christus dum
sanctam annaliam quedam lenitas vel vanitas
fuisset. Vult igitur Jeronimus hoc intelligendum
esse quantum ad sensum misticum. Quia per asi-
nam significabat synagoga in doctorum
divisis oneribus mandatorum legis onerata.
Per pullum vero indomitum et devia ambulan-
tem significatur ydolatria populi gentilis
qui diversis erroribus declinabat et per devia
erroris ambulabat. Unde sicut uterque
populus erat ligatus iudeus formalis
mandatorum et gentilis formalis diversorum
errorum ita salvator utrumque mandavit
solvi et super utrumque dicitur sedisse. Sed quod in
duos solvit alegationibus obstinacionis et gentiles

xxi

in diversis ydiomatibus. propter quod solus Math.
fecit mencionem de asina quia ipse scripsit ewangelium
in Judea iudeis de solucione iudeorum fecerat
fatie mencionem. Alii vero tres nominant solum
pullum asine quia scripserunt gentilibus inter quos
nulla est diversitas secundum Aug. Prima quando
unus ewangelista ponit unum et alius aliud
utrumque intelligit esse factum. Tercio ante dictum
Requiritur ad sensum litteralem super utrumque
animal Christus potuit sedere vel quia sic
animalia potuerunt coniungi simul ut simul
sederet super utrumque. vel separatim modo super
illud unum modo super aliud et hoc autem non
tantum propter misticam significacionem sed propter
prelatorum informacionem. tribuit namque
omnibus prelatis exemplum humilitatis ut non
super equos et dextrarios necesse sit ferri. Sed
quod sufficiat asino uti et eo quod necessitatis est
esse contentos. Quod etiam est dicendum quod
secundum Jo. mon. super hunc passum. Templum
in Jerusalem per Salomonem edificatum a iudeis
de cunctis regionibus mundi venientibus in
magna habebatur reverencia et aliis innume-
rabiles hostie thaurorum arietum et hircorum
potissime in festis offerebant. pauperibus
duntaxat exceptis qui offerebant pul-
los columbarum et turturum. quia igitur
illi qui veniebant de longe et de propinquis
partibus vel regionibus animalia non habebant
ad offerendum. sacerdotes templi ducti cupiditate
ordinaverunt animalia vendi in templo et
emi. et ipsi met sacerdotes predicta animalia
vendebant non habentibus ut ipsi postmodum
empta reciperent. qui merito eiciendi erant
de ecclesia et de templo propter duo. Primo
propter sacrilegium quod committebatur ut dicitur
xvii q. iiii. Pena sacrilegii sunt puniendi
illi qui celestium usibus dedicata vexare
vel molestare temptaverunt. non enim poterant
esse sine violacione et vexacione sacrorum
vendere et emere animalia in templo et sine
latrocinio rerum sacrarum. Unde salvator
eiciens tales vendentes et ementes dixit

domus mea domus oracionis vocabitur et vos feci-
stis illam speluncam latronum. Super quo verbo dicit
Jo. mon. De templum dei ille convertit in spe-
luncam latronum qui lucra de religione sec-
tantur. Secundo propter negociacionem quam
eis prohibitam exercebant. prohibetur enim clericis
et personis ecclesiasticis negociacio rerum temporalium
Unde dicit Jo. mon. et ponitur lxxxviii dist. eiciatur.
negociatorem clericum ex inopia divitem factum
et ex ignobili gloriosum quasi quandam pestem
fuge et Aug. sic. et allegatur dist. predicta.
scilicet quod fornicari numquam licet. sed negociari
quandoque licet quandoque non. quando antequam homo sit
clericus licet. postquam vero factus est clericus non
licet. Unde multum debent cavere clerici
ne negociis secularibus se immisceant.
Quod quartum est dicendum quod secundum Jo. mon. super
hunc locum quia multi veniebant ad tem-
plum domini qui pecuniam unde emerent
animalia non habebant ad ymolandum. Ideo
sacerdotes aliam fraudem excogitaverunt or-
dinantes nummularios vel campsores
qui recepta cogitacione et securitate pe-
cuniam prestabant et tamen legis manda-
to interdictum erat eis ne usuram facerent
cum proximis suis ut comodum haberent de pe-
cunia feneata munuscula aliqua recipi-
ebant de pecunia in confectione vel in aliis
rebus vel fructibus non accidentes ut dicit
quod usura est non solum accipere pecuniam
vel etiam omnia alia que nimis eveniu-
tur quidquid enim sortem accidit vel pecunia vel
que possunt pecunia comparari usura est
ut dicitur xiiii q. iii. Unde scribitur in Eze-
chiele usuram et superhabundanciam non ac-
cipias. Tales igitur usurarii expellendi
sunt de ecclesia quantum ad duo. Primo quantum
ad christianam sepulturam quia cum aliis
christianis in ecclesia sepeliri non debent.
Secundo quantum ad percepcionem sacramentorum
Unde scribitur extra de usuris consti.
Ut manifesti usurarii nec ad communionem
altaris nec christianam si in hoc decesserint
recipiant sepulturam nec ab eis oblaciones

ccv ?

recipe debent. solum aute predicacione u
bum disciculus quibuscumque in ecclia sibi
vendu no est quia dr. ex eciam psecuto
ribus sive prelati ul predicator subtilie
no debet ubi in omnibus aliis excommodi s
de ecclia. ¶ Ad quartam est dicend. qp sicut
dicit Beda et ponit pma ca q. iii. Ven
dentes columbas quorum cathedras xps
evertit sunt illi epi qui sacros ordines lar
giendo premium pecunie ul laudis ul hono
ris inquirunt. et qui graciam quam a deo re
ceperunt non simplici intencione admi
strant sed causa cuiuslibet retribucionis
humane exercent et epi qui tradunt ecclias
quibus non oportet columbas vendunt. et
Urbanus papa dicit. ¶ Qui res ecclesiasti
cas non ad quod instituta est sed ad ppu lu
cri munere lingue ul obsequiis ul pecunie
largitur ul adipiscitur symoniacus est.
Qua autem pena symoniaci feriendi sunt
patet pª ca q. pª. Si quis epus. Ubi dicit
qui vendentes et ementes spiritualia a pro
curando qui turpi lucro in ecclia sunt conse
crati excidendi et deponendi sunt et ecclesiasti
ca dignitatem ponendi. Illi non qui sunt
mediatores istarum turpium et nephandis
lucris datis ul accepti si clerici sunt debent
deponi si vero sunt laici debet excomunicari.

Et relictis illis abiit foras [lco 1]
extra civitatem in bethaniam ibique
mansit. Et docebat eos de regno dei. Mane
aute revertens in civitatem esuriit. Et videns
fici arbore unam secus viam venit ad eam.
Et nichil invenit in ea nisi folia tantum.
Et ait illi. Numquam in te fructus nascatur
usque in sempiternum. Et arefacta est continuo
ficulnea. Et videntes discipuli mirati sunt
dicentes. Quomodo continuo aruit. Respondens
aute ihus ait eis. Amen dico vobis si
habueritis fidem et non hesitaveritis non solum
de ficulnea facietis sed si monti huic di
xeritis. Tolle te et iacta te in mare fiet.
Et omnia quecumque pecieritis in oracione

credentes accipietis. Et cum venisset in
templum accesserunt ad eum docentem prin
cipes sacerdotum et seniores populi dicentes.
In qua potestate hec facis. et quis dedit tibi
hanc potestatem. Respondens ihus dixit illis.
Interrogabo et ego vos unum sermonem quem
si dixeritis michi et ego vobis dicam in qua
potestate hec facio. Baptismus iohannis
unde erat ex celo an ex hominibus. At
illi cogitabant intra se dicentes. Si di
xerimus ex celo dicet nobis. Quare ergo
non credidistis illi. Si aut dixerimus ex ho
minibus timemus turbam. Omnes enim ha
bebant Johannem sicut prophetam. Et respon
dentes ihu dicentes. Nescimus. Et ait illis
ipse. Neque ego dico vobis in qua potestate
hec facio. ¶ Ostensa regali dignitate xpi
per eius humilitatis mansuetudinem in pre
cedentibus ut dicebatur ondit eius potencie mag
nitudinem. In tribus aut salvator in hac
leccione ondit magnitudinem sue potencie.
Primo in arboris fici exsiccacione. Secundo
in montem per oracionem aplorum translacione.
Tercio in scribarum et phariseorum confutacione.
¶ Quantum ad primum dicit quod relictis illis
scilicet principibus sacerdotum abiit foras extra
civitatem in bethaniam ubi tamquam in pa
no vicula habitabat quia in ihrlm ex
nimia paupertate domicilium non habebat
ut dicit Jeronimus. Non enim sedem Crisostomus
aliter potuit viri homines mali et dolosi
nisi per possessionem ex quo per visionem
una non potuit. Mora ergo facta in betha
nia ad discipulorum instruccionem mane
revertens in ihrlm esuriit non quidem cibum
corporalem dicit Crisostomus cum esset mane sed
esuriit humani generis salutem. Videns
ergo arborem fici non habens fructum sed fo
lia tamen dixit. Numquam ex te nascatur fructus
usque in sempiternum et statim arefacta est
ficulnea. Quod videntes discipuli mirati
sunt quare arborem fici arescere fecit.

magis alia dicit Crisostomus. Propter hoc fuit propter
evidentiam miraculi quia arbor ficus hu
midissima est inter omnes. Unde ne putaret
tunc exsiccatio talis provenisse ex natura
arboris, voluit in ficu hanc arefactionem
ostendere. Quantum vero ad secundum ait quod
mirantibus apostolis Christus dixit Si habuitis
fidem non solum de ficulnea hoc facietis sed
si dixeritis monti tollere et iactare in mare fiet. et
universaliter omnia quecumque petieritis in
oratione credentes accipietis. Sed quantum
ad tertium dicit quod pharisei querentibus in qua
potestate hoc faceret eiecerat enim vendentes
et ementes de templo, secundum enim Jeronimum inter
omnia miracula que Christus fecit hoc maius
mihi fuit quod tunc temporis quidam contemptibi
lis et vilis a scribis et phariseis habebatur in tan
tum quod postea ab eis crucifigeretur, ad unius
enim verbera flagelli tantam potuit eicere
multitudinem ipsis phariseis contra se sevien
tibus videntibus eorum lucra destrui etc.
ergo sciens quod non querebant ut discerent
sed ut calumpniam pararent interrogant eos
unde esset baptisma Johannis. Set illis respon
dentibus se nescire, in quo mentiti sunt, bene
sciebant secundum Jeronimum, sed cogitabant: si di
xerimus de celo, dicet nobis quare non bapti
zati estis ab illo. si vero dicamus quod ab homine
recepit potestatem baptisandi timemus lapi
dari a populo, quia universa multitudo populorum
baptismum Johannis receperat et eum sicut
prophetam a deo missum habebat. Sic igitur
mendaciter respondentibus Christus non mendacio
sed veraciter confutavit dicens nec ego
dico vobis in qua potestate hoc facio. non
enim ait neque ego scio in qua potestate hoc facio
sed non dico vobis, quia quando doctor videt
se non proficere in doctrina magis debet ipsam
occultare quam manifestare. Ut dicit Crisostomus.
Sed hic possunt esse quatuor dubitationes.
Prima utrum in ficulnea vel in aliqua cre
atura carente ratione possit esse peccatum. Secun
da utrum apostoli semper in eorum oratione fuerunt
exauditi. Tercia utrum baptismus Johannis
fuit institutus a deo vel ab homine. Quarta
utrum decens fuit Christum occultare veritatem
phariseis quam querebant. Ad primam
est dicendum quod questio est dubia pro tanto
quia pena iuste non datur nisi pro culpa
cum igitur maledictio dicta ficulnee fuit a
Christo ex qua maledictione arefacta est non
videtur quod hoc iuste et rationabiliter possit esse
sine culpa et similiter sine iniuria possidentis.
Unde culpa est occidere animalia bruta bo
vem vel asinum inquantum fit dampnum et iniuria
possidentis. ad hoc igitur respondet Crisostomus dicens:
Cum aliquid reprehensibile factum a Christo
in plantis vel in brutis animalibus non debemus
querere qualiter hoc iuste factum sit puta quare iniuste
siccata est ficus si tempus siccationis
non erat, quia hoc querere summe dementie
est, quia in talibus non invenitur culpa neque pena.
Et causam istius Augustinus in libro primo de libero
arbitrio assignat dicens quod cum omnia comendare
memorie non possumus hoc enim firmiter te
neamus quod quecumque causa sit voluntatis
vel appetitus si ei resisti non potest sine culpa
ceditur, quia ergo cuncta animancia care
ntia ratione eorum impetibus resistere non va
lent quia agunt magis quam agunt, ideo
culpa in eis esse non poterat et per consequens nec
pena culpe. Videndum tamen ergo salvator
fecit exsiccari ficulneam. Ylarius dicit
hoc fecisse propter reproborum severam correp
tionem. Ait enim quod quando Christus voluit os
tendere pomare per se salutis exemplum potestate
ubique sue virtutis in humanis corporibus
exercuit comendans per hoc spem futurorum
et salutem anime curis presentium egritudinum.
Sed quando voluit ostendere contumaces et re
belles formam severitatis speciem futuri
iudicii dampno arboris indicavit. Crisostomus
autem dicit: Propter hoc fecit propter apostolorum instruc
tionem. Instructi namque fuerunt apostoli in
fide per exsiccationem ficulnee ut sciant etc.

exsiccauit solo uerbo arborem fic credent q solo
poterat exsiccare eos qui crucifixerunt eum
et ut discerent q ipsi talia et maiora signa fac-
turi erant si in fide non hesitarent. Sed
Origenes dicit q hoc fecit propter institiam
iudeorum significacionem. sunt iudei fatua fic
quia in synagoga ipsorum quam ficus exsicca
ta significabat non nisi folia inueniebant
eo q dicente apostolo tota obseruatio eorum erat
in cibis et potibus et uariis baptismatibus
nichil ad perfectum deducens. Ad secundam
est dicendum q secundum Ieronimum canes gentilium
contra christianos latrant per hoc q non semper
in oracione apostoli sunt exauditi asserentes e
os non habuisse fidem quia non potuerunt
montes transferre nec iactare eos in mare
Ad hoc igitur ipse respondet q sicut christus
multa signa fecit que non sunt scripta in li
bro hoc sic apostoli multa signa fecerunt que
scripta non sunt. Credendum est ergo ut ait
q montes fecerunt transferri. Sed ideo hic
multa alia que fecerunt non sunt scripta ne
daretur occasio infidelibus contradicendi maior
alioquin interrogemus eos ut dicit utrum
credant signis que scripta narrant an
non et cum incredulos uiderimus consequenter pro
bamus nec maioribus eos creditoribus
fuisse qui minoribus non crediderunt. Dica
mus ergo ut dicit Crisostomus Quod si nos quoque
in oracione non exaudimur hoc ideo est uel
quia contra auxilium nostre salutis petimus
uel quia eorum pro quibus petimus peruer
sitas ne impetremus obsistit uel quia in
futurum peticionis nostre differtur effectus
ut nostra desideria crescant et perfectius capiant
gaudia que requirimus. Apostoli ergo quia
nichil quod non opportet petiuerunt et
credentes in christo semper celestia petiuerunt
ideo semper sunt sic petendo exauditi. Ad
terciam est dicendum q de institucione baptis
mi Iohannis a quo fuit contingit dupliciter
loqui. Primo a quo auctoritatiue et potestatiue
uel imperatiue et sic planum q fuit a deo qui

auctore et imperio dei baptisauit iuxta illud
Iohannis primo. Qui me misit baptisare in aqua
ille michi dixit. Super quem uideris spiritum
descendentem et manentem hic est qui
baptisat in spiritu sancto. Secundo mi
nisterialiter et executiue et sic planum est q a
Iohanne institutus est quia secundum Augustinum
Iohannes hoc donum accepit a deo et a christo
quem postmodum baptisauit ut institueret
baptismum aque ad preparacionem baptismi
christi talis baptismus suus daretur per auctorem
ergo baptismus Iohannis fuit a christo in
stitutus a iohanne. Ad quartam est dicendum
q questio est dubia propter duo. Primo quia
ut dicit Augustinus super illo uerbo psalmi Non abscon
di misericordiam et ad consilium multo christus in consilio
iudeorum et phariseorum ueritatem non abs
condit. Unde ipse dixit pilato. Ego ad hoc
natus sum et ad hoc ueni in mundum ut te
stimonium perhibeam ueritati. Secundo quia ut
dicit Augustinus christus hic eiecit ementes et uen
dentes. Primo Iohannis ii°. Et tunc quando iudei
quesiuerunt quod signum ostendis nobis quia hoc
facis. Respondit eis dicens Soluite tem
plum hoc et in tribus diebus excitabo illud
Ac si diceret ut glosa exponit sicut templum
inanimatum uestris colloribus est detruncatum
sic templum corporis mei uestris pollutis manibus
dissolutum tercia die excitabo illud et in hoc mon
strauit se dei potestatem habere. Secundo ei
cit uendentes et ementes iam appropinquante
passione Matthei xxi. Et tunc iudeis querentibus
in qua potestate hoc faceret non respondit q uidetur
eis debuisse satisfacere sicut primo. Hanc
ergo dubitacionem Crisostomus sic soluit Dicat
enim q triplex ueritas est quoque querentibus
occultanda Primo si querentes non sunt ca
paces ad intelligendum tunc enim magis
duceret in errorem quam ueritatem discerent.
Secundo si uides q querentes odio et contemp
tu ueritatis querant Unde dicit q interroga
tem oportet docere sed temptantem racionabili
percussione confundere non autem ueritate

ministerii ei publicare. Tercio si videt se non proficere. Et propter ista tria saluator noluit respondere iudeis in qua potestate hoc faceret. Primo quia capaces non erant, cum enim dicebant: Quis tibi dedit hanc potestatem, manifeste negabant dei filium esse christum, ex quo eum putabant sine virtute signa facere. Ut dicit Jeronimus. Secundo quia temptatione et odio et contemptu veritatem querebant. Tercio quia prima vice quando eiecit de templo vendentes et ementes querentibus eis veritatem respondit, ex quo igitur non profecerunt indignos se fecerunt amplius veritatem audire. Lectio tercia.

Quid autem vobis videtur homo quidam habebat duos filios. Et accedens ad primum dixit. Fili vade hodie operare in vinea mea. Ille autem respondens ait Nolo. Postea autem penitentia motus abiit. Accedens autem ad alterum dixit similiter. At ille respondens ait Eo domine. Et non iuit. Quis ex duobus fecit voluntatem patris. Dicunt ei Primus. Dicit illis ihesus Amen dico vobis quia publicani et meretrices precedent vos in regnum dei. Venit enim ad vos iohannes in via iusticie et non credidistis ei. Publicani autem et meretrices crediderunt ei. Vos autem videntes nec penitenciam habuistis postea ut crederetis ei. Aliam parabolam audite. Homo erat paterfamilias qui plantavit vineam et sepem circumdedit ei et fodit in ea torcular et edificavit turrim et locavit eam agricolis et peregre profectus est. Cum autem tempus fructuum appropinquasset misit servos suos ad agricolas ut acciperent fructus eius. Et agricole apprehensis servis eius alium ceciderunt alium occiderunt alium vero lapidaverunt. Iterum misit alios servos plures prioribus. Et fecerunt illis similiter. Novissime autem misit ad eos filium suum dicens Verebuntur filium meum. Agricole autem videntes filium dixerunt intra se. Hic est heres. Venite occidamus eum et habebimus hereditatem eius. Et apprehensum eum eiecerunt extra vineam et occiderunt eum. Cum ergo venerit dominus vinee quid faciet agricolis illis. Aiunt illi. Malos male perdet et vineam suam locabit aliis agricolis qui reddant ei fructum temporibus suis. Dicit illis ihesus. Numquam legistis in scripturis. Lapidem quem reprobaverunt edificantes hic factus est in caput anguli. A domino factum est istud et est mirabile in oculis nostris. Ideo dico vobis quia auferetur a vobis regnum dei et dabitur genti facienti fructus eius. Et qui ceciderit super lapidem istum confringetur. Super quem vero ceciderit conteret eum. Et cum audissent principes sacerdotum et pharisei parabolas eius, cognoverunt quod de ipsis diceret. Et querentes eum tenere timuerunt turbas. Quia sicut prophetam eum habebant. ¶ Postquam evangelista ostendit regalem christi dignitatem per eius humilitatis mansuetudinem et potencie magnitudinem. In parte ista ut supra dicebatur hic ostendit corrigentis rigidam fortitudinem. Et primo ponitur iudeorum et gentilium ad invicem comparatio. Secundo ponitur iudeorum mala operatio. Et tercio concluditur eorum reprobacio et gentilium electio et approbacio. ¶ Circa primum ergo ad primum querit saluator hanc questionem a phariseis. Homo quidam duos filios habuit et dixit primo quod laboraret in vinea sua. Qui respondit Nolo ire. Postea penitentia ductus fecit quod pater iussit. Et alteri filio dixit, qui respondit Volo ire, non tamen iuit. Quis istorum fecit voluntatem patris. Ad quam questionem responderunt pharisei quod primus filius. Et per istos duos filios populus gentilis et iudaicus intelliguntur secundum Crisostomum. Nam primus populus fuit gentilis qui fuit primus filius qui recepit a deo legem naturalem per quam gentes po

terunt cognoscere bonum a malo. Et quod tibi
non vis fieri alteri non facias relinquentes
tamen legem et iusticiam dei ad ydola
se converterunt et contra voluntatem dei fe
cerunt. Postmodum prima dictus populus tali
tempore adventus christi voluntatem dei fecit
quia populus quem non cognovi servivit michi
in auditu auris obedivit michi. Et dicit in psalmo. Secundo
populus fuit iudaicus qui legem recipiendo
promisit voluntatem facere. Postmodum autem
non fecit cum eius filium non recepit. Et
ideo dicit salvator quod publicani et mere
trices precedent iudeos in regno celorum vel
dei. Et ne ipsi possent se excusare quod adven
tus christi non fuit eis annunciatus nec via
iusticie eis predicata. Addidit quod Johannes
Baptista venit ad eos in via iusticie et pu
blicanis et meretricibus credentibus ei ipsi pha
risei credere noluerunt nec penitenciam per eum
predicatam facere voluerunt. Quantum
vero ad secundum ponit salvator eis ali
am comparacionem dicens quod homo erat pater fa
milias scilicet pater deus qui habebat vineam
universalem plebem israeliticam quam vineam
circumdedit sepe per angelorum custodiam et fodit
in ea torcular per mandatorum legis obser
vacionem et edificavit in ea turrim per
sacrificiorum in templo frequenciam et peregre
profectus est relinquens eos eorum libero ar
bitrio locando ipsam agricolis sacerdotibus
et levitis qui eis divina mandata expo
nerent frequenter. Cum igitur tempus fructuum
appropinquaret in quo aliqua bona opera
deberent exercere digna accepcione divina
misit ad eos pater servos suos et ipsi iudei
tamquam mali agricole apprehensis predictis
servis alium ceciderunt sicut Ysayam
alium occiderunt sicut Jeremiam, alium
lapidaverunt sicut Naboth et Zachariam
quem miserunt inter templum et altare.
Iterum misit alios servos plures prioribus
sicut tempore scilicet Pauli et David multi

prophete inventi sunt et fecerunt similiter. Deinde
misit deus filium suum. Et reverencia et bene
volencia ducti converterentur ad bonum et ipsi
cognoscentes per signa que fecit quod esset heres
et dei filius per naturam ne perderent lucrum
vinee quod percipiebant de oblacionibus oblatis
in templo unde ipse eiecerat vendentes et
ementes eiecerunt eum extra vineam quia
extra Jerusalem crucifixerunt eum. Ecce ergo tot
mala opera phariseorum. Sed quantum ad tercium
concluditur eorum reprobacio ex eorum met sen
tencia. Unde querit salvator quid fa
ceret dominus vinee quam correccionem faceret
de illis agricolis et responderunt quod malos
id est nos iudeos pravos et obstinatos in ma
lo male perdet iuste et sancte nos dampna
ndo et reprobando. Et vineam suam ecclesiam
scilicet suam locabit aliis agricolis quia
gentilibus recipientibus fidem christi in ecclesia
locabitur. Et reddant ei fructum temporibus suis
quia igitur pharisei ipsi contra se sentenciam dede
runt et veram. Et ostendit salvator veram
sentenciam contra se dedisse. Veritatem ipsos
cogente confirmat per prophetiam, puta quod
iudei et omnes increduli essent per christum co
fringendi et finaliter conterendi tamquam
per lapidem angularem dicens. Numquam le
gistis: Lapidem quem reprobaverunt edifi
cantes hic factus est in caput anguli et qui
ceciderit super lapidem istum. Et peccator qui
peccat cadit super lapidem confringitur non
tamen omnino conteritur quia adhuc re
servatur ad penitenciam super quem vero ceci
derit conteretur quia qui christum penitus
negat ille predictus lapis conteret ipsum.
Et nec quidem testa remaneat in qua
hauriatur aqua pusillum secundum Johannem
et quia pharisei contra se sentenciam dederunt
et sic ab alio absolvi non poterant quia
ut dicit Crisostomus qui se ipsum condempnat
ab alio absolvi non potest et quia christus
tam sentenciam rigidam contra eos protulit eos

eos datam confirmavit. sciens finaliter quod omnes predictas parabolas contra eos adduxerat: quesiverunt eum capere et tenere et fecissent sed timuerunt turbas plurimum que sicut prophetam eum habebant. ¶ Sed hic possunt esse quinque dubitationes. ¶ Prima utrum per duos filios clerici et laici intelligantur. ¶ Secunda utrum Johannes venit ad iudeos in via iusticie. ¶ Tercia utrum pharisei cognoverunt Christum esse heredem et dei filium per naturam. ¶ Quarta utrum motivum iudeorum ad occidendum Christum fuerit cupiditas vel invidia. ¶ Quinta utrum qui condempnat seipsum possit ab aliquo absolvi. ¶ Ad primam est dicendum quod secundum Crisostomum super hunc locum quidam homo habuit duos filios. Per istos duos filios intelliguntur clerici et laici vel seculares. Nam per primum filium qui renuit facere voluntatem patris et postea fecit intelliguntur seculares. Per secundum vero filium qui dixit voluntatem patris facere et non fecit intelliguntur clerici quorum peccatum ut ait est peccato laicorum gravius et periculosius et communius et universalius. Gravius quidem quia seculares eo ipso quod secularem vitam susceperunt deum negare videntur et renuere facere voluntatem dei et obedire sibi. Clerici vero eo ipso quod rectores aliorum constituuntur et ministri sacramentorum efficiuntur dei obediencia promittunt. Ideo si voluntatem patris non faciunt eius obedienciam non servant. propter quod eis dicitur publicani et meretrices precedent vos in regno dei. ac si diceret matrimonio copulati qui secundum racionem ubi vitam eorum dispensant vere eciam publicani et meretrices que desideriis carnalibus et voluptatibus serviebant modo ceperunt precedent vos in regno dei quia ipsi continenciam non promiserunt. vos autem opere denegatis quod videmini voce profiteri. est igitur peccatum clericorum gravius peccato laycorum. Secundo est periculosius quia ut dicit Crisostomus secularis homo

potest facile post peccatum ad penitenciam venire quia occupatus negociis secularibus divinis scripturis non satis incedit. semper enim que in scriptura posita sunt nova et videntur. ideo dum audit aliquid de gloria beatorum et de pena dampnatorum quasi novum audiens expavescit malum et concupiscit bonum. ac per hoc compunctus statim ad penitenciam currit. ex qua causa dicit Crisostomus quod per publicanos intelliguntur omnes peccatores homines per meretrices omnes mulieres peccatrices quia in mulieribus eo ipso quod sedent inquiete inclusa est fornicacio et luxuria que ex ocio nascitur. In viris vero habundat cupiditas parum vero luxuria propter occupaciones et sollicitudines multas. nisi sit multum lascivus. sed clericus omnia que in scriptura sunt propter cottidianam meditacionem ante oculos eius inveterata sunt et ab eo quasi vilia reputantur. Unde clericus qui semper meditatur in scripturis aut omnino servatur quod est eas et est ceteris melior et perfectior aut si semel cepit eas contempnere numquam excitabitur in illis et est ceteris deterior. Nam ut ait nichil est impossibilius quam illum corrigere qui multa scit et tamen contempnens bonum eligit malum. Et subdit quod numquam vidit clericum cito penitenciam agentem. quinymmo si deprehensus fuit in peccato non ideo dolet de peccato sed confunditur quia perdidit gloriam suam. Peccatum ergo clericorum est periculosius peccato laicorum. Tercio est communius et universalius quia plures inficit et plures trahit ad precipicium. Unde dicit Crisostomus super illo verbo. eiecit vendentes et ementes de templo quod sicut de templo omne bonum egreditur. ita de templo omne malum procedit. quia si clerus fuerit bonus et sacerdocium integrum fuerit tota ecclesia fidelium floret. Si vero clerus fuerit malus et sacerdocium corruptum fuerit omnium fides marcida erit. Nam sicut cum videmus arborem pallentibus foliis intelligimus statim quod vicium est in radice

sic ut dicit cum videris presbiterum indisciplinatum et fractum cognosce quod sacerdotium eius non est sanum. ¶ Ad secundum est dicendum quod sicut Crisostomus dicit super hunc passum Johannes venit ad Iudeos in viam iustitie quinque modis. Primo viam iustitie prenunciando quia Christum qui est via vita et veritas digito demonstravit dicens Joh. 1 Ecce agnus dei ecce qui tollit peccata mundi. Secundo viam iustitie iustitiabiliter implendo quia per eum tamquam per ministrum Christus implevit iustitiam. Unde super illo verbo Matthei iii. Sine modo sic enim oportet implere omnem iustitiam dicit Remigius quod superbi omne exemplum humilitatis et iustitie discere potuerunt quando viderunt Christum a Johanne baptisatum et dedignari non debent baptisari et subici humilibus membris ecclesie quando vident deum ab homine domini a servo baptisatum. Tertio ad viam iustitie homines preparando unde cum quereretur a sacerdotibus et levitis Jo. primo quis esset respondit Ego vox clamantis in deserto dirigite viam domini. Tunc enim ceperunt aspera fieri plana et prava et distorta fieri recta. Quarto viam iustitie verbo predicando quia Johannes in deserto predicans verbum penitentie in remissionem peccatorum ut dicit Marci i. et Jo. v. Scribitur quod erat Johannes lucerna ardens et lucens ante dominum et Iudei voluerunt ad horam exultare in luce eius. Quinto in via iustitie exemplariter vivendo unde Crisostomus super hunc locum venit Johannes baptista in via iustitie. Dicit quod in via iustitie sic manifesta venit Johannes ut quasi ex eius venerabilis peccatorum corda compunctet intantum quod publicani et meretrices crederent ei. Ex quo ut dicit considerare debemus quomodo commendat bona predicatoris ipsius predicationi prestat virtutem ut indomabilia domet corda. ¶ Ad tertium est dicendum quod plane quod principes et omnes personas iudeorum quin ignorabat personas principum Christum

non cognovisse esse heredem vel dei filium per naturam. In quorum persona dicit Apostolus Quia si cognovissent nunquam dominum glorie crucifixissent nec petivissent ipsum crucifigi. Sed principes sacerdotum scribe et pharisei et maiores scientes leges et scripturas prophetarum nullo modo excusari poterant de ignorantia quin eum cognoverunt esse Christum et dei filium per naturam quod triphariam probatur. Primo quia deuteronomii xviii. Invenire habent prophetiam. Suscitabo vobis fratribus vestris ipsum tamquam me audietis quicumque autem non audierit verba prophete illius ego ultor existam. Cum igitur omnes dicant quod principes sacerdotum cognoverunt illum esse prophetam promissum eis in lege ex precepto legis tenebant verba eius credere et ad hoc sciebant se teneri. Cum ergo Christus semper eis diceret se esse dei filium videtur quod cognoverunt Christum esse filium dei ex quo cognoverunt se teneri credere verba sua. Secundo cognoverunt ipsum per signa manifesta divinitatis. Unde ipse dixit Si non venissem et opera non fecissem in eis que nemo alius fecit peccatum non haberent nunc autem excusationem de peccato suo non habent. Tertio quia ut dicit Beda super illo verbo Pater ignosce illis quia nesciunt quid faciunt pro illis orat qui per ignorantiam petiverunt eum crucifigi. Unde expresse dicit Jeronimus super hunc passum Hic est heres venite occidamus eum quod per hoc dominus manifeste probat iudeorum principes non per ignorantiam sed per invidiam dei filium crucifixisse quia intellexerunt eum esse illum cui per prophetam dicitur. Pete a me et dabo tibi gentes hereditatem tuam. Nam hereditas Christi data ei sunt tota ecclesia fidelium quam non moriens pater sibi reliquit sed ipse sua morte mirabiliter acquisivit et quia eidem dicit a patre Filius meus es tu ego hodie genui te. Est concludendum quod principes sacerdotum cognoverunt Christum esse heredem

z dei filium verū alii vō non. quid ergo
dicem⁹ ad illud quod dixit petr⁹ act. iij°
Nunc scio fr̄es q̄ p ignoranciam fecistis
sicut et principes vr̄i. Et aliud quod dixit
paulus p̄ͣ ad Cor. ij°. Si enim cognouis
sent dn̄m glorie non crucifixissent. Ad
istas auctes potest dup̄r respondere. Primo
vt hoc totū intelligatur dicam in p̄sona
minorum qui nō ex inuidia petierunt
xp̄m crucifigi sed per ignoranciā seduc
ti z decepti p maiores. Unde sic intelli
gendū est. Scio q̄ p ignoranciā fecistis
sicut principes vr̄i supple deceperunt vos
Uel alio modo potest dici peccasse eos
p ignorantiam quia cognitio qua cog
noscebant xp̄m esse dei filiū non erat
clara p dilectionem sed tenebrosa z obceca
ta p malicia z p inuidie emulacōm. Omis
enim malus z peccans scdm phm dicit
ignorans et tn̄ bene cognoscat que facit
que nō sunt facienda non esse. Ad quartam ē di
cendū q̄ in hoc videtur esse controūsia
inter dictū pylati z doctorum catholicorum
Nam omnes ewangeliste narrant pilatū dixis
se sciebat enim q̄ ppter inuidiam tradidis
sent eum. Ex dicto ergo pilati motiuū
iudeorum ad occidendū xp̄m fuit inuidia
Sed doctores catholici totū motiuū cru
cifixionis xp̄i dicunt fuisse cupiditatem
Nam cupiditas fuit ex parte iude qui
eum tradidit. Unde Aug⁹ scribens ad
quendam Comitem sibi carissimum expo
nens illud ewangelii Radix omnium malorum est cu
piditas dicit q̄ vnde pectus auaricie sit
flamma exarsit. Ut dn̄m om̄ bonorum largi
torem in manibus tradet impiorum. Motiuū in
sibi fuit cupiditatis ex parte pilati qui eum
sentenciauit quia vt dicit Aug⁹ super illo
verbo Si hunc dimittis non es amicus cesaris.
Omnis enim qui se regem facit nō est amicus
cesaris. Plus timuit pilatus perdere terrenū
regnū q̄ facere contra sue consciencie reatum
Fuit similiter motiuū cupiditatis ex parte
principum sacerdotum qui xp̄m dignum morte

iudicauerunt quia vt dicit Cris. super hunc passum
hic est heres venite occidamus eū. postq̄
creati videntes z timentes de templo. cogi
tauerunt inter se noccūa vt p istum populus dimit
tat consuetudinem hostiarū que ad nos
ptinent lucrū z assuescat offerre sacrificiū
iusticie quod ad gloriam ptinet dei. z sic
populus iste iam nō erit hereditas nr̄a et
possessio nr̄a sed dei. si igitur occidemus eū
dū non erit qui fructum iusticie a populo
requirat semp manebit consuetudo offen
darū hostiarum z sic populus iste erit nostra
possessio z nr̄a hereditas z talis cogitacō
vt ait est om̄ sacerdotum carnalium qui
nō sunt solliciti quō populus viuat sine peccato
sed solū aspiciunt quid in ecclia offeratur
z hoc existimant sui sacerdocii lucrū. Vide
dum ergo scdm Aug.m xi super Gen. q̄ ex
cupiditate vt est inordinatus appetitus
cuiuslibet boni non solum pecunie sed ppe
excellencie honoris vl vtilitatis nascitur
inuidia quia p talem cupiditatem qui
dicit inordinatū appetitū ppie excellencie
homo inuidet superioribus eo q̄ eis adequatur
inferioribus ne eis equentur z equalibus q̄ sibi
equantur. quia ergo quicumq; cupidus
est inuidus est. Ideo si motiuū occiden
cium xp̄m fuit cupiditas sequitur q̄ fuit
inuidia. Ideo doctores z sacra scriptura
quando narrat esse motiuū fuisse inuidiā
et quoq; cupiditatem. Ad quintam est dicendum
q̄ condempnatem se ipm posse ab alio
absolui pt tripliciter intelligi. Primo ppter
indulgencie diffidenciam. Secundo ppter
confessionis punicionem. Tercio ppter iudiciarie
sentenciam. Primo condempnantes seipos dif
fidentes se posse consequi a deo indulgenciam
nō possunt absolui. quia deus nō absoluit
hominem ipo nolente z negante eius
misericordiam scdm quē modum Cayn condemp
nauit seipm dicens maior est iniqui
tas mea q̄ vt veniam merear z iudas
qui xp̄m tradidit. Secundo modo nō absolui
condempnantes seipos apud sacerdotes
confitendo eorum peccata z penitendo z de eis

satisfaciendo s[ecundu]m arbitrium sacerdotis s[ecundu]m ment[em] a deo absolui et non iudicari nec puniri eternaliter a deo. s[ecundu]m quem modum loquitur ap[osto]lus ad cor[inthios] xi. dicens. Si nos metipsos iudicaremus. puniendo s[cilicet] et confitendo p[ecc]ata n[ost]ra non utique iudicaremur. Sed tercio modo s[ecundu]m Cris[ostomu]m sup[er] hunc locum q[u]i causa committit reo si tamen iudicaverit s[ententi]am seipsum condempnat iuste punitur et absolui ab alio non meretur. Unde saluator quos pharyseos re[os] p[ro]posuit in causa in parabola ut non intelligerent q[uod] ipsi adu[er]sus se s[ententi]am darent iudices peroptime dicens. Cum venerit d[omi]n[u]s vinee quid faciet agricolis illis. et hoc ideo ut dicit Cris[ostomus] ut a nullo mereant[ur] absolui qui seipsos condempnaverunt dicentes malos male p[er]det et vineam suam locabit aliis agricolis. Est enim magna fiducia iusticie ut aut qui ipsi adversario causa committit sicut Nathan p[ro]pheta de homine divite p[re]parante sibi in convivio oviculam pauperis commisit david quem reum esse sciebat eo q[uod] Bersabee ab Uria acceperat et ipsum occidi fecerat s[ecundu]m tum Ilud[?]. Non o[mn]es dederunt contra se talem s[ente]nciam sed aliqui dixerunt q[uod] lucas narrat. absit. Sed aliqui dixerunt q[uo]d dicit m[atheus]. s[ecundu]m vero Crisostomum voce omnes dixerunt q[uo]d dicit lucas. absit domine. corde v[er]o dixerunt q[uo]d dicit matheus etc.

Capl[m] xxii[m]

Et respondens ih[esu]s dixit iterum in parabolis eis dicens. Simile f[act]um est regnum celorum homini regi qui fecit nuptias filio suo. Et misit servos suos vocare invitatos ad nuptias et nolebant venire. Iterum misit alios servos dicens. Dicite invitatis. Ecce prandium meum paravi. thauri mei et altilia occisa sunt et omnia s[un]t parata venite ad nuptias. Illi autem neglexerunt. Et abierunt. alius in villam suam. alius vero ad negociacionem. Reliqui vero tenuerunt servos eius et contumeliis affectos occiderunt. Rex vero cum audisset iratus est. Et missis exercitibus suis p[er]didit homicidas illos. et civitates illorum succendit. Tunc ait servis suis. Nuptie quidem parate sunt. sed qui invitati erant non fuerunt digni. Ite ergo ad exitus viarum et quoscumque inveneritis vocate ad nuptias. Et egressi servi eius in vias congregaverunt omnes quos invenerunt bonos et malos. Et implete sunt nuptie discumbencium. Intravit aut[em] Rex ut videret discumbentes et vidit ibi hominem non vestitum veste nupciali. Et ait illi. Amice quomodo huc intrasti non habens vestem nupcialem. At ille obmutuit. Tunc dixit Rex ministris. ligatis pedibus eius et manibus mittite eum in tenebras exteriores ibi erit fletus et stridor dencium. Multi autem sunt vocati pauci vero electi. Ostensa igitur regali dignitate per p[ro]fessionem sibi facte honoris reverenciam. In parte ista ut dicebatur ondit[?] per eius discretam sapienciam. Sunt aut[em] iiii[or] que demonstrant in hoc ca[pitu]lo discretam sapienciam x[rist]i qui fuit rex et legifer n[oste]r. Prima est vocatorum discreta elec[ti]o. Secundo est q[uesti]onis p[ro]posite vera et iusta responsio. Tercia [fal]sitatis et erroris confutacio. Et q[ua]rtum est legis plena cognicio. Et sic totum istud cap[itu]l[u]m continet iiii[or] partes et quatuor lectiones. Secunda ibi Tunc abeuntes pharisei. Tercia ibi In illa die. Quarta ibi pharisei autem. In prima autem leccione quinque ponuntur. Primo invitatorum ad nupcias x[rist]i universalis vocacio. Secundo eorum neglecta excusacio. Tercio eorum punicio. Quarto eorum mutacio. Et quinto p[ro]ditorum invitatorum ad [...] invitacio. Quantum ergo ad primum dicit salvator q[uod] regnum celorum p[rese]ns s[cilicet] ecclesia que congregacio fidelium cui regnum celorum promittit simile est homini regi qui fecit nupcias filio suo. s[ecundu]m Cris[ostomum] deus pater se hominem appellat quando hominibus loquitur vel similitudine non veritate nam quia in humana natura erat tamquam purus homo blasphemandus ideo deum patrem invisibilem hominem vocat vel nominat. deus ergo pater fecit nupcias filio suo quando in utero virginali humanam naturam sibi p[er]sonaliter copulavit. ut quando totam ecclesiam fidelium univit p[er] eius fidem ad tales ergo nupcias p[er] duo genera filiorum vocavit Iudeos. Primo p[er] p[ro]ph[et]as. Et secundo p[er] ap[osto]los. quando dicit In via gencium

ne abieritis sed solum ad oves que perierunt domus Israel. In quibus nuptiis prandium erat vel cena secundum Lucam nec est controversia aliqua secundum Glosam quia antiqui in hora nona prandere consueverant et extunc cena vocabatur. In tali ante prandio seu cena thauri et altilia dicuntur occisa quia doctrina veritatis testamenti veteris que promittebant terrena et doctrina novi testamenti que promittit celestia pro deliciis invitatis ponebatur. Sed iudei invocati per apostolos et prophetas noluerunt venire. Ideo quantum ad secundum subdit quod predicti vocati neglexerunt venire et abierunt alius in villam suam et alius ad negociationem suam. Per que duo secundum Grisostomum intelliguntur occupati negociis mundialibus per propriam laborem manuum et propriam operationem ut euntes ad villam vel propter pecuniarum comitationem ut euntes ad negociationem. Reliqui vero vocati et invitati non solum gratiam invitantis respuerunt sed etiam servos eius occiderunt. Quantum autem ad tertium ait quod rex iratus est non quod in deo sit ira ut dicat passionem sed ut dicat ulcionem. Missis exercitibus suis perdidit homicidas illos et civitatem eorum succendit. Quod factum est quando Titus et Vespesianus iudeos quos invenerunt in Ierusalem occiderunt more gladii et civitatem funditus subverterunt. Quantum ad quartum ait quod rex ait servis suis: Ite ad exitus viarum et quoscumque inveneritis vocate ad nuptias. Quod factum est post ascensionem quando salvator misit apostolos per universum orbem dicens: Euntes in mundum predicate evangelium omni creature. Per quam predicationem vocati sunt gentiles ad fidem Christi qui dicuntur fuisse in exitu viarum quia non erant in via legalis observancie sicut Iudei sed errores ydolatrie. Sed quantum ad quintum dicit quod rex intravit ut videret recumbentes et vocatos ad nuptias quod erit in fine mundi quando Christus salvator discuciet facta omnium vocatorum ad fidem christianam et cum viderit ibi hominem non vestitum veste nuptiali quia fidem Christi recepit non tamen actibus veteris hominis renun-

ciare voluit et induere novum hominem qui secundum deum creatus est mandavit servis eius ut ligarent manus eius et pedes et proicerent ipsum in tenebras exteriores et merito quia ut dicit Gregorius: Qui ligatas manus habuit in presenti ad bene operandum et pedes id est affectiones ad recte cogitandum habebit ligatas manus et ligatos pedes in tormentis ut in membris illis patiatur in quibus culpam commisit. Unde ait quod ibi est fletus quantum ad peccantes per occultam impudiciciam et stridor dencium quantum ad gulosos. Non igitur est confidendum in multitudine vocatorum quia licet sint multi vocati pauci tamen electi. Sed hic possunt esse quinque dubitaciones. Prima utrum negligencia sit mortale peccatum. Secunda utrum occupacio rerum temporalium excuset hominem a peccato. Tertia utrum per vestem nupcialem intelligatur caritas. Quarta utrum certus sit numerus electorum. Quinta utrum numerus electorum sit minor quam numerus dampnatorum. Ad primam est dicendum quod secundum Ysidorum negligens dicitur quasi nec legens vel non eligens. Non autem legere vel non eligere aliquid tripliciter contingit. Primo quod pretermittatur legere vel eligere quod est necessarium ad salutem et sic negligencia est peccatum mortale. Secundo modo quod pretermittatur debitus modus legendi vel eligendi. Nam cum voluntatis sit eligere si voluntas sic sit remissa circa illa que dei sunt quod cum caritate non attingat vel quod ex contemptu illa que sunt dei pretermittat adhuc esset peccatum mortale. Tertio pretermittatur fervor legendi vel eligendi que dei sunt tunc non puto quod sit peccatum mortale sed veniale secundum quemadmodum scribitur Eccli. vii: Propter negligenciam tuam purga te cum paucis. Nam ut dicitur eodem libro: qui tenet deum nichil negligit quia non pretermittit aliquid ad salutem necessarium nec modum debitum legendi vel eligendi eorum que dei sunt et que ad salutem spectant. Ad secundam est dicendum quod bona temporalia sunt nobis necessaria ut per ea tamquam per quedam instrumenta consequamur bona spiritualia quorum perfectio prandium vel cena nuptiarum Christi ad quas suos fideles vocat intelligitur. Unde et ipse philosophus dicit quod temporalia non sunt per se appetenda nisi ut quedam organa co-

sequendi felicitatem ppt hoc phs dicit q
homines nesciunt orare z nesciunt pete. Ita
potunt homines ditari z in bonis temporalib
habundare q no sic deberent orare sed mag
q deberent dicere bonis bene uti ad consecu
conem bonor spualium, aliter melius essz
carere. Igitur occupatio bonor tpalm pt
dupr intelligi. Primo ut aliquis occupetur
circa talia non tamq circa finem nec tamq
principalia bona sed sicut circa organa et
instrumenta puemendi ad pregustanda
spualia bona z ad nuptias ad quas xps
vocat. z talis occupaco excusat hominem a
pcco saltem mortali z poss esse talis z sic
modica occupaco z sollicitudo q excusaret
a veniali. Secundo ut aliquis occupetur
circa talia tamq circa finem z tamq circa
bona pncipalia z talis occupatio no excu
sat a mortali pcco quia nichil est dilige
dum tamq finis nisi trinitas psonarum
Unde luce xiiij Salvator excusantes se
de empcone ville et de probacone boum z
de tradicone uxoris noluit excusatos habe
sed durissimam snam contra eos ptulit
dicens. Amen dico vobis q nemo virorum
illorum qui vocati sunt gustabunt cena
meam. Ut p empcoem ville sedm Aug ibi
intelligunt occupati circa honores mundi
p elacom supbie z per probacom boum
qui terram arant intelligunt occupati circa
divicias mundi p cupiditatem avaricie per
ductionem uxoris intelligantur occupati
circa delectabilia carnalium p feditate luxurie.
Nemo enim talium gustat cenam xpi qui
ymo sedm snam datam hic p extrem sum
ut p angelorum ministerium perdit z damp
nat omnes tales, eo q vocati sunt a xpo
negligunt venire. Ad terciam est dicend
q sedm Greg p vestem nuptialem cari
tas intelligitur. quia hanc xpus habuit
qn nram humanitatem assumpsit z
totam ecclesiam sibi copulavit dicente
Aplo. pptr nimiam caritatem qua deus
dilexit nos misit filium suum in similitudine
carnis pcti. omnes autem vocati ad fidem
xpi retinentes fidem sine caritate dicunt
no habere vestem nuptialem z mito na
vestis nuptialis tria significat. Primo
sponsi coniunctom. nam enim consueverunt
indui veste nuptiali nisi qui sunt intimi
amici sponsi z coniuncti sibi. Secundo luct
z tristicie expulsionem. no enim veste nup
tiali induuntur gravati doloribus z tristicie
sed leti z gaudentes. Tercio reprobator a spo
so distinccom. Nam p vestem nuptialem
distinguunt z discernuntur approbati z repro
bati a sponso. Ista ergo tria facit caritas
Primo xpi sponsi coniunctom quia qui sibi
adheret p caritatem unus spus efficitur
cum eo. Nulla enim virtus coniungit hominem
xpo sponso nro nisi caritas. Secundo luctus
z tristicie pccorum expulsionem. Dicit enim
Jacobus q caritas sola operit multitudinem
pccorum nam mens que est plena caritate
est quasi ingis convivium eo q sicut pccor sp
est tristis z deo sempo non gaudet sedm quod
plius dicit sic. Existens in caritate semper
est letus. Tercio reproborum distinccionem
dicit enim Aug xv de trinitate q nisi aliqui
tantum impertiat gra spus s. Ut enim faci
at dei z proximi amatorem. a sinistra
nunq transfertur ad dextram. Et subdit q
sola caritas est illa que dividit int filios
regni etni z pdicionis etne. Merito ergo
caritas vestis nuptialis est appellata.
Augustinus dicit. De veste nuptiali illi carent
qui in eorum opibus bonis glam ppriam querunt
z non sponsi. quibus dicet p salvatorem
Nescio vos. Ad quartam est dicendum
q numerum electorum esse certum dupr potest
intelligi. Primo sedm collacom pntis vite sic
gratiam ad consecucom etne glorie. Primo
nus electorum non est certus quia omni
die augetur z diminuitur sedm amissionem
z recupacom gre. Aliquis enim nunc est in
gra z caritate et sic electus quia p gram
z caritatem aliqs deo eligit z cras cadet
in pcim z pdit caritatem z sic non erit
electus. Nam Judas qn dm fuit cum aplis
et anq dyabolus intraret in cor eius
ut traderet ipsum in gra erat z electus erat
xpo dicente nonne xij vos elegi z pcco subdit

unus ex vobis dyabolus intrauit in cor eius
perdidit graciam et non fuit electus. Igitur secundum
collacionem presentis vite vel gracie nunerus electorum
non est certus quia potest augeri et minui
et potest homo eligi et non eligi quantum est
in hac presenti vita sicut patet graciam perdere
et recuperare ymaginatur enim Anshelmus
omnes homines esse nudos quia secundum se sunt
omnes expoliati gracia. deus ergo sua
pietate et gracia et misericordia omnibus nobis porrigit
vestem ut recipiant graciam et caritatem
Aliqui igitur recipiunt hanc vestem et ac-
ceptam quia in potestate posuit hominis
illam velle recipere et non recipere et illorum
qui recipiunt aliqui bene vtuntur et perseue-
ranter tenent aliqui vero male vtuntur
et amittunt. Similiter illorum qui non recipiunt
multi possunt sic se disponere ut postmodum
recipiant et sic quantum ad recepcionem gracie
numerus electorum non certus non est sed quantum ad
consecucionem finalis gracie certus est. Ut
dicit Augustinus in libro de predestinacione et gracia
Nam deus elegit hominem ad eternam gloriam
vt certa notitia et presciencia cursus causarum
variacionis presentis temporis et variacionis status
et condicionis hominis elegit enim deus hunc
hominem consecuturum eternam gloriam
mediante collacione sue gracie et vsu sui
liberi arbitrii in bonum et mediante opera-
cione bonorum et detestacione malorum medi-
ante obseruacione suorum mandatorum et me-
diante casu in peccatum et resurreccione a culpa
et recuperacione gracie ita quod talis eleccio
totum ordinem causarum presentis temporis et
totum cursum variacionis status et con-
dicionis hominis includit principaliter cognitum
et prescitum a deo ante mundi constitucionem
Et de ista eleccione loquitur saluator Io.
xiii dicens ego scio quos elegerim non
enim secundum Augustinum deus scit res quia sunt sed
ideo sunt quia nouit eas. Ad quintum
est dicendum quod numerum dampnatorum in com-
muni excedere numerum electorum dupliciter potest
intelligi vel probari Primo auctoritate christi
dicentis Math. vii°. Arta est et stricta

via que ducit ad vitam et pauci intrant
per eam et lata et spaciosa est via que in-
ducit ad perdicionem et multi intrant per eam
Secundo racione quia tale bonum hominis
duplex est bonum nature proporcionatum
non excedens limites nature et consecucio talis
boni inuenitur in paucioribus sicut habere suf-
ficientem cognicionem ad regimen vite proprie
conuenit pluribus et defectus a tali sciencia
conuenit paucioribus ut fatuis et stultis
Aliud bonum improporcionatum nature et omnino
excedit limites nature sicut habere scienciam omnium
rerum intelligibilium videmus quod paucioribus
conuenit et defectus a tali sciencia conuenit pluribus
non obstante quod tale bonum non excedit
limites nature quantum ad impossibilitatem
sed quantum ad aliquam difficultatem
unde dicit philosophus primo metha. quod oportet
omnium rerum sapientem habentem et per se ipsum scientiam
inuestigantem quodammodo pluribus honorare et
supra omnes sensus hominum admirari.
Cum igitur consecucio boni eterni omnino
excedat limites nature consecucio eius
conueniet paucioribus et defectus a consecucione
eius conueniet pluribus. Leccio iii

Tunc abeuntes pharisei consilium
inierunt vt caperent eum in sermone
Et mittunt ei discipulos suos cum herodya-
nis dicentes Magister scimus quia verax
es et viam dei in veritate doces. Et non est
tibi cura de aliquo Non enim respicis per-
sonam hominum dic ergo nobis quid tibi videtur
Licet censum dare cesari an non. Cogni-
ta autem ihesus nequicia eorum ait. Quid
me temptatis ypocrite. Ostendite michi
numisma census. At illi obtulerunt ei de-
narium Et ait illis ihesus Cuius est ymago
hec et superscripcio. Dicunt ei Cesaris
Tunc ait illis Reddite ergo que sunt
cesaris cesari et que sunt dei deo. Et
audientes mirati sunt Et relicto eo abi-
erunt. Ostensa christi magna sapiencia per vocatorum
discretam eleccionem In parte ista ut
supra dicebatur ondit per questionis proposite discre-
tam et iustam responsionem et primo pro-
phariseorum contra christum dolosa conspiracio

Secundo ponit eorum discipulorum fraudulenta
et adulatoria interrogatio. Et tercio ponit xpi
cauta et admiratiua responsio. Quantum igitur
ad primum dicit ewangelista quod tunc quando scilicet phariseí
per xpm ex eorum sententia condempnati timebant
eum capere propter timorem populi abierunt et
consilium fecerunt ut caperent ihesum in ser-
mone sicut secundum crisostomum Cum meatus
aque currentis clausus fuerit ex vna parte
per violenciam aliunde sibi semitam querit
sic iudeorum malicia ex vna parte clausa aliunde
querit viam ut perdant xpm consilium igitur
fecerunt. Mathius namque consilium malorum de-
bet dici conspiratio quam consilium quia consi-
lium est eorum que per hominem attenda sunt
ut dicit philosophus sola autem bona attenda sunt
per hominem quia nullum attens aspiciens
ad malum agit quod agit secundum dyonisium
Conspiracionem igitur fecerunt mali quia quod
alium aspirant et alteri nocere student
et quia secundum Iohannem crisostomum tunc Iudea subiecta
erat romanis qui pro conseruacione rei
publice ab omnibus tributa requirebant
et ex parte cesaris herodes preerat iudeis
in aliqua parte eius stipendarius cogentes
homines ad tributa soluenda herodiani vo-
cabantur. Fecerunt igitur iudei hanc conspira-
cionem ut mitterent ad xpm discipulos suos
cum predictis stipendariis ut si diceret tri-
butum non esse cesari persoluendum statim
caperent ipsum et morti iudicaret quia aliqui
iam infecti fuerant qui hoc dicere presumpse-
rant, si vero diceret dandum esse tributum
cesari cum per hoc populus impediretur ab
soluendis decimis et preciis quas deus
mandauerat secundum legem omnino solum ac-
quereret et punireturo sicut lectis cristi ssor
quod hoc. Quantum vero ad secundum dicit quod di-
scipuli phariseorum fraudulenter et adulatorie
xpm interrogant, fraudulenter quia magistrum
nominant, et tamen ab eo discere non inte-
debant nec eius discipuli esse cupiebant
adulatorie vero quia in laude eius pro
rumpunt dicentes magister quia verax es
et viam dei in veritate doces et non est tibi cura
de aliquo vnde dicit crisostomum Blanda et
fraudulenta fuit hec interrogatio quia
ex eo quod prouocant respondentem ut deum
magis quam hominem timeant et sic contra
cesarem aliquid dicat quod principaliter
intendebant. proponit ergo questionem dicentes
licet censum dari cesari an non. Sed
quantum ad tercium quia secundum crisostomum vera
sapiencia nescit proximum dare inimicis cogito
scrutator cordium nequicia eorum ypocritas
et temptatores eos appellando dicit Osten-
dite michi numisma census. Denarius
enim erat quod pro tributo soluebatur va-
lens decem alios denarios in quo erat
ymago cesaris scripta secundum Iohannem crisostomum quo
ostenso quesiuit xpus non ignorans sed
ab eis veritatem requirens dicens
Cuius est ymago et superscriptio hec quibus
respondentibus Cesaris. xpus tamen iustam
et admiratiuam responsionem dedit ac mo-
deratam dicens Reddite ergo que sunt cesaris
cesari et que sunt dei deo Quo audito
admirati sunt et tamquam confutati relic-
to eo fugerunt. Sed hic possunt esse
quinque dubitaciones. Prima vtrum consilium
iudeorum contra xpm fuit peccatum mortale
et peccatum sacrilegium Secunda vtrum dicentes
xpo sermo quia verax es et viam dei in veri-
tate doces fuerunt adulatores. Tercia vtrum pha-
riseorum adulatio fuit peccatum mortale. Quarta
vtrum semper simulatio et ypocrisis sit peccatum
mortale. Quinta vtrum xpiani per aduentum
xpi sint absoluti a tributis soluendis.
Ad primam est dicendum quod secundum philosophum iii°
ethicorum Consilium non est faciendum de re certa
stultum esset dicere velle consilium habere
an deberet quis deos vel parentes honorare
et an deberet alteri facere quod sibi ipsi nollet
fieri hoc est enim certum et necessarium nec cadit
sub consilio. Illa igitur solum sunt consilia-
bilia que per nos sunt attenda sic quod
possunt contingenter euenire vnde dicit
primo ethicorum quod de v ponens aliquius a
utilitate contractacionis consilium habendum
est. Primo de prouentus sufficiencia ex

presse enim faciende sunt secundum mensuram redditum. Unde consilium est faciendum circa sumptus quod sumptus provenientes fiant expresse ne cives collectas graventur. Secundo de alimentorum et victualium habundancia. ne enim populus paciatur famem. providendum est per prudenciam consilium ut alimenta et victualia non deficiant. Tercio de civitatis custodia. ne enim sub tyranno civitas deveniat providendum est per prudenciam consilium ut civitas bene custodiatur interius et exterius. Quarto de civium ad invicem concordia et recta iusticia ut unus non opprimatur per alium. Iudei ergo dupliciter peccaverunt congregando consilium contra Christum. Primo quia super re certa fecerunt consilium in contrariam partem. Nam Christum honorare tamquam deum erat necessarium et ipsi fecerunt consilium. quomodo enim caperent in sermone et qualiter per herodianos possent eum morti adiudicare. Unde sacrilegium commiserunt quia inferre iniuriam rebus sacris et personis sacris sacrilegium est ut dicitur xvii. ca. q. iiii. Christus autem erat sanctus sanctorum. Secundo quia super re consiliabili fecerunt consilium in contrariam tamen partem quam debebant. Cum consilium facere super civium et civitatis custodia et victualium habundancia et contrarium fecerunt. quia ut dicit Augustinus super illo verbo Io. xi. Collegerunt pontifices et pharisei concilium adversus Ihesum dicentes Quid facimus quia hic homo multa signa facit si dimittimus eum sic venient romani et tollent locum nostrum et gentem. Iudei nempe temporalia perdere dubitaverunt et vitam eternam non cogitaverunt et ipsi utrumque amiserunt. Nam romani post ascensionem domini ierusalem venerunt et locum destruxerunt et gentem gladio occiderunt. parvulos etiam et mulieres fame et siti et nuditate afflixerunt. Ad secundam est dicendum quod questio est dubia pro tanto quia laudare hominem de vero non videtur quod sit adulacio vel blandicio sed magis veritatis solida manifestacio. planum est autem quod discipuli phariseorum de vero laudaverunt Christum. Nam appellaverunt eum veritatis cognitorem dicentes. Scimus quia verax es. non enim solum ipse est verax ymo est ipsa veritas. Ego inquit sum via veritas et vita. Secundo appellaverunt eum veritatis doctorem dicentes et viam veritatis doces. multi enim veritatem sciunt et cognoscunt non tamen ipsam docent. sed magis timore dei postposito ipsam errore maculant et inficiunt elati superbia vel obcecati avaricia. Tercio appellaverunt eum veritatis defensorem dicentes. non est tibi cura de aliquo. quia non respicis personas hominum. Nam multi veritatem sciunt et docent. non tamen loco et tempore ipsam defendunt timore humano male humiliante vel amore male inflammante. quia igitur de vero laudaverunt non videtur quod fuit adulacio. Sciendum ergo quod laudare aliquem de vero dupliciter contingit. Primo propter laudati ad virtutem promocionem. Et secundo propter laudati perdicionem. Primo modo non est adulacio. Secundo modo sic. Unde dicit Crisostomus quod prima ypocritarum simulacio hec est ut laudent quem perdere volunt. quia igitur isti pharisei Christum laudabant non propter eius ad veritatem promocionem sed magis propter eius perdicionem. Ideo dicendum est quod fuit adulacio. Ad terciam est dicendum quod tribus modis potest adulacio peccatum mortale. Primo ex parte eius qui laudatur. ut si aliquis laudatur de vicio et peccato vel scelere. repugnat enim hoc veritati et caritati secundum quem modum dicit propheta quod laudatur peccator in desideriis anime sue et iniquus benedicitur. Secundo modo ex parte laudantis. ut si quis aliquem laudet ut ei fraudulenter noceat spiritualiter vel corporaliter secundum quem modum dicit Crisostomus quod ypocrite non laudant ut promoveant sed ut perdant. Tercio ex parte cause propter quam laudatur. ut si quis laudet aliquem ut talis laus prestet sibi causam ruine. puta quod dicat aliquam displicenciam alicui vel quod taceat

quod est dicendum Primo uerum modo a
dulatio istorum non fuit pctm mortale
quia ut dictum est de uero non de falso lau
dauerunt eum Secundo sed est tercio modo e pctm
mortale quia ad hoc laudabant ut xpo
nocerent et p laudem intendebant sibi
nocere uel causam dare ut uel ueritate de
deo taceret ppt timorem uel iniuria infer
ret cesari prohibendo sibi tributum dari.
Ad quartam est dicendum q ypocrita
dr ille qui simulat sanctitatem quam no
habet. hoc autem tripliciter contingit Nam
primo potest aliquis simulare sctitatem
quia ipsam non curat habere sed solu in ea
apparere et sic ypocrisis est pctm mortale qz
carere sctitate odiendo ipsam et non curando
de ea sine carencia sctitatis esse no potest
Secundo potest aliquis simulare sctitate
qua priuatus intendit occultare et siquidem
hoc faciat ppt malum finem puta q in fal
so sibi credat et q ad prelacionem et officia
reipublice ex hoc assumatur quia isto mo
repugnat caritati. pctm mortale est. si
uero non ppt malum finem est pctm ue
niale Tercio mo potest quis simulare
sctitatem ad quam intendit alios puocare
et sic puto q non est mortale nec ueniale
ypocrisis ergo uno mo est pctm mortale
alio mo mortale et ueniale et tercio modo
nec mortale nec ueniale. Ad quintam
est dicendum q questio est dubia p tanto.
quia soluere tributum uidetur esse quedam
seruitus. Per aduentum autem xpi ab omni
seruitute liberati sumus iuxta illud. Si filius
uos liberauerit uere liberi eritis Quod
est ergo q uel questio est de secularibus
uel de clericis et ecclesiasticis psonis. si primum
est ergo de secularibus est q per aduentum
xpi a tributis soluendis et a seruitute
corporali et uniuersaliter ab omnibus penalita
tibus absoluere noluit Unde dicit Ambrosius
et ponitur xi q prima Si enim filius censu
soluit quis tu tantus es qui no putas
esse soluendum ymo ipse mandat omnibus
ad Rom xiii ut omnibus reddant de
bita. cui tributum tributum. cui uecti

gal. uectigal. liberauit ergo xpus creden
tes in eum a seruitute dyaboli et a pena
litatibus spiritualibus de qua liberacione
intelligitur. Si filius uos liberauerit uere
liberi eritis Si autem questio sit de ecclia
sticis psonis sic de aliquibus a bonis solue
dum est tributum et de aliquibus non Nam
de possessionibus emptis et de hiis q quiuis
condonant ecclesie si imperator tributum
petat negandum non est ut stabit xi q
prima sed de decimis et oblacionibus et que p
sepultura dantur eccle quia talia
offerunt deo tributum soluendum no est
ut ponitur xxiii q. viii et ista est uia me
dia quam xpus tenuit Nam pharisei
de omnibus negabant tributum esse soluendum
herodiani uero de omnibus tributum exquire
bant. saluator autem mediam ac uirtu
osam uiam eligens dixit Reddite que
sunt cesaris cesari et que sunt dei deo
In illo die Accesserunt ad eum Textus in
saducei qui dicunt non esse resurrectionem. Et in
terrogauerunt eum dicentes. Magister moy
ses dixit Si quis mortuus fuerit no habens
filium ut ducat frater eius uxorem eius
et suscitet semen fratri suo. Erant autem
apud nos septem fratres et primus uxore
ducta defunctus est et no habens semen re
liquit uxorem suam fratri suo. Similiter
secundus et tercius usque ad septimum. No
uissime autem omnium et mulier defuncta est
In resurrectione autem cuius erit de septem
uxor. Omnes enim habuerunt eam Respon
dens ihesus ait illis. Erratis nescientes
scripturas neque uirtutem dei. In resurrectione
enim neque nubent neque nubentur sed
sunt sicut angeli dei in celo. De resurrectione
autem mortuorum no legistis quod dictum
est a deo dicente uobis. Ego sum deus
abraham et deus ysaac et deus iacob Non
est deus mortuorum sed uiuencium. Et audien
tes turbe mirabantur in doctrina eius
Hic ut supra dicebatur ponitur xpi discreta
sapiencia sublimitatis et errores confutatio
nam secundum phm. Ad sapientem pertinet

no mentiri de quib; nominat z mendacem posse manifestare · z ponit tria mo[r] Primu est saduceor inuerecunda psumpcio Secundu est eor fabulosa deductio Tercium est eor racionabilis increpatio Quartu est veritatis determinatio · Presumpcio aut inuerecunda istor saduceor sedm Crisosto[m] ondit · Primo qr cu vidissent phiseos p xpm confusos debuerunt nd hre audaciam ad xpm accedere ad temptandu xpm sz inuerecunda psupcio impossibilia temptat · Secundo qr testimonium de lege moisi adducunt illi qui legem dedant qd presumpcionis est volendo occultare sensum z intellcm legis illi qui est dator z dns legis inducunt em testiom de lege moisi qd sibi mandatu fuit vt si quis mortuus fuit no hns filiu frater eius debebat ducere vxorem illius vt suscitaret semen fris sui / quia sedm Jom[n] isti saducei negabant rcnem corpm z aiar z negabant esse aliquem spm nec recipiebant aliqua scriptura pphetarum ul veteris testa[ti] pter qnq libros moisi · Vn qr de rcne intendebat xpm interrogare vt eo conuicto z nesciente rndere hrent finam opinione eor qd rcr no esset testimoniu de lege moisi inducunt Quantu ittr ad sedm ponit xpo ex tali testimonio legis hac deductom · qr erant vii fres apud eos · pmus mortuus fuit sn filijs z vxor eius relicta fuit secundo et illo mortuo relicta fuit tcio vsqz ad septimu Petunt igr in rcne eius cui9 illa illis vxor erit volentes ex hoc concludere · vt dicit Jomn[i] qd sicut hc fabla est · septe viros hnisse vna vxore sucessiue sic fabula esset et de libati dice esse rcnem ul corpm ul aiar potuit tn esse inde hoc ad lram qr sic ptingit apud eos vt dt Jom / Quartu ad tciu ponit eor increpatio de duob; Primo quia errabant p legendi negligencia eo qd nesciebant scripturas Secundo errabat p virtut dei ignoranciam · Nam ignorancia est filia negligencie vt dicit Cris9 Et qd nesciret scptas z ignoraret dei virtute p qua fiet resurrectio mortuor patz quia nesciebant hac scptura qd in rcne neqz nubent hoies neqz nubent mulieres sz erunt sicut angeli dei in celo / Origen

dicentes quando dixerunt domine si in tempore isto
et numquam aliquam determinacionem voluit dare
sed attente precepit eos vigilare semper ut
per scripturam non potest sciri adventus xpi sed
magis ubi indeterminatus et incognitus ponitur
quod ex debet eius adventus ¶ Ad secundum
est dicendum quod adventum xpi ad iudicium esse
propinquum triplicit possumus intelligere /
primo per continuam temporis elongacionem quia
quanto elongamur ab adventu xpi in carne
tanto magis appropinquamus ad eius ad
ventum ad iudicium secundum quem modum dicit
apostolus ¶ Ad quorum est nunc salus quam cum credidimus et
ipse Salvator dicit Respicite et levate ca
pita vestra quoniam appropinquat redempcio vestra /
Secundo possumus intelligere pro eternitatis etatis
complecione scimus enim quod in fine istius
temporis venturus est quia dicente apostolo nos
sumus in quos fines seculorum devenerunt
unde ut dicit Augustinus in libro 83 questionum sicut
variatur homo per diversas etates ut
prima sit eius infancia / Secunda puericia
et tercia adolescencia quarta iuventus
quinta gravitas et sexta senectus sic mundus

p diuisas etates variatus est Prima in prima
etate fuit ab adam usque ad noe. In secunda
ab noe usque ad abraham In tertia ab
abraham usque ad moysen. In quarta
a moyse usque ad dauid. In quinta a
dauid usque ad incarnationem xpi. et in
sexta usque ad finem xpi Incipiens ab
adam quem plasmauit deus etas ad
noe distruxit prima seques ab abra
ham ad dauid extendit etas secunda tertia
quarta ad transmigrationes in babylone fuit
quinta facit cursum xpi deuenit
ad ortum ad finem tunc mundi sexta pat
claudi in requie septima. tunc clau
ditur fulgore corpore nulla potest tamen
tamen potent dum re ista sexta etas
quatuor omnes iste precedentes etates
secundum aug. et certo possimus
intelligere proximum iudicium totaliter quia
sicut iudicium per aliquem factum tunc
fuit quando multum multiplicata erat
malicia hominum et quando tota cogi
tacio cordis intenta erat ad malum
sic iudicium fiendum per igne tunc
erit magis propinquum quando multum
creuerunt peccata hominum. Unde Sal
uator multas similitudines adducit
ad iudicium factum tempore noe
Dic ergo potest intelligi iudicium tale propin
quum esse quia multum surrexit cari
tas et superhabundat iniquitas Ad
tertium est dicendum quod Jeronimus dicit
filium nescire diem illam non in se
sed quia apostolis querentibus de illa die
respondit vestrum non est tempora
nosse vel momenta dicitur ergo filius
nescire quia apostolos de hoc querentes
nescire voluit et eos nescire fecit
Basilius vero dicit se legisse in quodam
libro quod filius hic penitus non
intelligitur pro filio naturali unigenito
patris eterni quia sicut accipitur cum
talis filius sit deus eiusdem substancie
et nature cum patre angelos filii non
proposuisset ipse xpus. sic enim dixit de die
illa et hora nemo scit neque angeli celorum
neque filius nisi solus pater accipiatur ergo
hic filius pro filio adoptiuo de qua fili
atione scribitur Jo. primo dedit eis potestatem filios
dei fieri hiis qui credunt in nomine eius. et planum
est quod tales filii diem illam ignorant
quia apostoli fuerunt tales filii adoptiui
et tamen eis non datum scire sed aug.
dicit quod ideo xpus qui erat unigenitus
dei patris dixit se diem illam nescire
sed solum patrem quia quod ipse scit non
habet a se sed a patre sicut eum a patre habet
quod sit filius. ita quodque scit et quodque
habet filius nascendo a patre accipit nichil
namque est a patre magis proprium filio quam doctrina
et sapientia tamen apostolus clamet predicamus
xpum dei virtutem et dei sapientiam et tamen
in Jo. dicit mea doctrina non est mea
sed eius qui misit me patris negat
ergo filius se nescire quia a se non
habet quod sit filius at per hoc non habet
a se quod sit sciens quia quodque scit na
scendo scit et nascendo accipit Ad quartum
est dicendum quod quod est dubium pro tanto
quia supra dixit Saluator quia ante
diem iudicii surget gens in gentem et
regnum et erit tribulatio magna qualis
non fuit ab initio seculi nec postea
erit et sic ante diem iudicii erunt signa
et prodigia sed hic ait Sed sicut tempore
diluuii erant homines bibentes et come
dentes et nuptum tradentes usque ad illum
diem quo intrauit noe in archam et nullus
cognouit donec venit diluuium sic erit
aduentus filii hominis et ita videtur quod ante
illam diem debeant esse signa pacis. Ad
hoc secundum Jeronimum videtur triplex Primo
ut dicatur quod post signa plura erunt aliqua
indicia pacis aut enim quod post pugnas et
prelia quibus vastabitur humanum genus breuis
subsecutura erit pax que quieta omnia
repromittat ut fides credentium reprobetur

Secundo ut ista signa pacis non referantur ad iustos et sanctos qui semper sunt in timore / sed ad peccatores malam consuetudinem imitantes ut sicut tempore Noe ipso et filiis suis caste et sancte viventibus alii peccatores luxuriantes et epulis vacantes erant etiam certe in medio ipsorum quia mala futura indicabit / ita tempore filiorum in diam sanctis viris honeste et sancte viventibus peccatores absque timore et tremore sereno vacabant in immundiciis et peccatis non obstantibus persecutionibus et tribulationibus que erunt indicia proximi et futuri mali magis quam pacis etc. / Tercio ut ista signa pacis non referantur ad omnes sed solum ad malos qui tunc clamant contra antichristum et pro deo ipsum adorare ab eo non patiuntur persecutiones supremas cruciatus sed letabuntur simul cum eo et ostendunt signa pacis et gaudii atque victorie. Unde dicitur Apocal [illegible] mortuus illis duobus prophetis per antichristum et iacentibus in platea civitatis iherusalem mali gaudebunt super morte ipsorum et iocundabuntur et munera mittent ad invicem.

Capitulum xxvi^m

Tunc simile est regnum celorum x virginibus que accipientes lampades suas exierunt obviam sponso et sponse. Quinque autem ex eis erant fatue et quinque prudentes. Sed quinque fatue acceptis lampadibus non sumpserunt oleum secum. Prudentes vero acceperunt oleum in vasis suis cum lampadibus. Moram autem faciente sponso dormitaverunt omnes et dormierunt. Media autem nocte clamor factus est Ecce sponsus venit exite obviam ei. Tunc surrexerunt omnes virgines ille et ornaverunt lampades suas. Fatue autem sapientibus dixerunt Date nobis de oleo vestro quia lampades nostre extinguntur. Responderunt prudentes dicentes Ne forte non sufficiat nobis et vobis ite potius ad vendentes et emite vobis. Dum autem irent emere venit sponsus. Et que parate erant cum eo intraverunt ad nuptias et clausa est ianua. Novissime autem veniunt et relique virgines dicentes Domine domine aperi nobis. At ille respondens ait Amen dico vobis nescio vos. Vigilate itaque quia nescitis diem neque horam. Ostenso qualiter salvator in impugnando sustinuisset stellarum experientiam. In parte ista ut supra dicebatur ostendit quomodo in remunerando sunt ponderata iusticiam. Et primo ostenditur qualiter sunt ponderatam iusticiam quantum ad intendentes humanam laudem propriorum bonorum. Secundo qualiter quantum ad negligentes utilitatem suorum promerorum. Et tercio qualiter quantum ad discussionem omnium iudicandorum. Secunda enim ibi Sicut enim homo peregre proficiscens etc. Tercia ibi Cum autem venerit filius hominis. In prima autem lectione tria ponuntur. Primo intendencium laudem humanam de bonis operibus ponitur condicio. Secundo ponitur eorum ad iudicium advocatio. Et tercio ponitur eorum a iudice reprobatio. Circa autem ad primum sciendum est quod secundum Augustinum [illegible] ista parabola de x virginibus ad universalem ecclesiam fidelium dicitur pertinere. Ut per quinque virgines intelligantur quinque corporis sensus. Per virginitatem vero intelligitur continentia ipsorum ab omnibus illicitis. Per lampades vero intelligantur que solum talem continentiam sunt. Sed per oleum intelligatur gaudium et leticia conscientie predicte et predictorum bonorum operum. Per fatuas autem virgines illi intelliguntur qui non gaudent interius in conscientia de continencia et bonis operibus ut deo placeant, sed ut laudibus hominum fulciantur. Sapientes vero virgines sunt illi qui intus oleum et leticiam in vasis suis perservant gaudentes soli deo placere. Omnes tamen dicuntur virgines quia in utrisque sapia est quinque sensuum et operatio bonorum operum quamvis ex diverso fonte. Per sponsum autem intelligitur Christus et per sponsam ecclesia fidelium. Tardante ergo sponso venire scilicet Christo ad iudicium omnes tam fatue quam sapientes virgines dormiunt et somnum mortis recipiunt et hoc quantum ad virginum condicionem. Quantum vero ad iudicium advocationem subaudiunt quia media nocte nullo sciente ecce clamor factus est quia in voce archangeli et in novissima tuba veniens est dominus et resurgent omnes predicte et aptabunt lampades suas quia rationes reddendas operum suorum preparabunt omnes enim

dicente apostolo Oportet presentari ante tribunal
christi timuit dicet stulte sapientibus date nobis
de oleo vestro quia lampades nostre extinguntur
ex quo enim laude extrinseca hominum bona corpo
ra cremabuntur illa subito extinguentur
et quia tunc quibus reddet racionem pro se et si
vix sufficiet homini testimonium sue consciencie
multo magis non sufficiet sibi alienum Unde
ad hoc sapientum responsio dicencium Ne forte
sufficiat nobis et vobis Ite pocius ad
vendentes et emite vobis Adulatores enim
proprie ut dicit Augustinus vendunt oleum qui sine
falsa sive incognita laudando animas in errore
mittunt et aliqua de bonis operibus incedendo
vel equorum vel pecunie vel honoris tamquam
fatuis consiliando repromittunt non tamen
putandum ut dicit Augustinus sapientes virgi
nes fatuis consilium dedisse sed magis
crimen earum modo aliquo commemorasse
ac si dicerent videamus nunc qui vobis ad
iuvat illi qui nobis laudes vendebant et
in errorem inducebant ut non coram deo
sed ab hominibus gloriam quererent et dum habent
emere temporalem laudem quia eternam non cu
raverunt querere venit christus sponsus qui iu
dicabit secundum scientiam non per visionem oculorum
et que parate erant intraverunt ad nuptias
et ad gaudia eterna cum christo et ianua clau
sa est quia post iudicium non patebit petenti
aut intrare volenti Sed quantum ad tercium
concludit quod cum virgines fatue venissent
et petivissent eis ianuam aperiri non quidem
datum est oleum emisse quia iam nullo re
manente eis dealiene gaudiis gaudium
nobis in angustiis et tribulacionibus porte
ad implorandum dei clemenciam reddere sed mag
na erit post diem iudicii dei severitas
tunc ante iudicium magna est misericordia omnibus
prerogata Ideo respondent eis per sponsum
Amen dico vobis nescio vos ac si diceret
ut ait Augustinus Non habet hoc ars et sapiencia
dei ut intrent in gaudium eius qui non
coram deo sed ut placeant hominibus non secundum
aliquid secundum eius precepta operati et dura et
irrevocabilis sentencia in illo iudicio est ex
pectanda Ideo subdit Vigilate itaque quia

nescitis diem neque horam Sed hic possent
esse quatuor dubitaciones Prima utrum
quicumque desiderat laudem humanam de bono
opere sit fatua virgo Secunda utrum
vendens oleum fatuis virginibus moraliter
peccet Tercia utrum virginitas cum voto
sit magis meritoria quam sine voto Quarta
utrum virgo raptam sine corrupcione vio
lenter sibi factam possit primum virginum re
cuperare Ad primam est dicendum quod propter
tria quis potest laudem humanam desiderare
primo propter sue fame conservacionem Secundo
propter proximorum edificacionem Et tercio propter ali
cuius honoris vel temporalis commodi acquisicionem
In omnibus enim hiis tribus potest homo incurrere
periculum fatue virginis ac per consequens periculum irreparabile
quia fatuis virginibus clausa est ianua para
disi que non clauditur alicui nisi per mortale peccatum
Si enim aliquis desiderat sic famari et laudari
apud alios ut testimonium aliorum preferat
testimonio dei et testimonio sue consciencie talis
non portat oleum secum quia gaudium sui
operis totum sit in testimonio aliorum non in con
sciencia sua referendo in deum de talibus dicitur Iohannis
xii Qui dilexerunt gloriam hominum magis quam dei
Sed si quis cupit famari vel laudari apud
alios portando semper oleum secum et gaudium
bonorum operum de fama et bono opere vel laude
aliorum servando in consciencia sua ad laudem
dei cui principaliter sunt in fine illa opera
preferendo semper testimonium dei et sue consciencie
testimonio cuiuscumque modo quo dicebat Apostolus
Gloria nostra hec est testimonium consciencie nostre
Puto quod talis non sit fatua virgo nec mortaliter
peccat Si enim aliquis peccat ad instruc
cionem proximorum verbo doctrine et exemplo boni
operis et sancte vite de quibus laudatur et
laudem illam principaliter intendit adhuc est
fatua virgo quia ut dicitur Ieremie ix Non debet
gloriari sapiens in sapientia sua nec
fortis in sua fortitudine sed in hoc scire se
cognoscere deum Sed si talem laudem adhuc
finem referrent ut proximus in via dei instru
atur et deus per eum glorificetur modo quo sal
vator dixit discipulis Luceat lux vestra
coram hominibus ut videant opera vestra bona
et glorificent patrem vestrum qui in celis est

non est fatua virgo. Tertio si quis ordinat
laudem humanam ad acquirendum honorem
vel aliquod temporale comodum vel lucrum
preferendo talia divine caritati et mandatis
dei, ita quod propter dei mandata pretermittat fatua
virgo est. Sed si homo non repugnat dilectioni
dei nec prefert ipsa mandatis dei fatua virgo
non est dubium dicendum. Ad secundum
est dicendum quod Augustinus super Iohannem [?] dicat quod adulato
res vendunt oleum quando sive falsa sive
mala sive ignota laudando animas in
errorem mittunt. Sed cum mittere animas in erro
rem et mala et falsa laudando non fit sine
peccato mortali, consequenter dicit quod Augustinus. Quod adu
latio est mortale peccatum hoc videtur sentire
Iohannes Crisostomus qui dicit quod magis nocet lingua adulato
ris quam gladius persecutoris super illo verbo Gla
dius eorum intret in corda ipsorum confirmatur
hoc quia canones penam mortalis peccati
adulatoribus ordinat. Dicitur enim xlvi distinctione Cleri
cus qui adulacionibus vacare deprehenditur degra
detur ab officio. Sed ibidem Augustinus in libro
de igne purgatorii dicit. Si quis alicui
blanditur sciens et cuique maiori persone adulare
voluit amplius quam oporteat, si pauperibus mi
nus deliciosa convivia preparavit, si in ecclesia
vel alibi ociosis sermonibus se occupavit
hec et his similia ad minuta peccata quis non
sciat pertinere. Dicendum ergo quod vendentes oleum
et ipsi adulatores vel ordinant eorum decepcionem
et fraudulenciam quecumque falsa vel vera bona
vel mala laudato et sic Augustinus numerat adula
tionem inter peccata venialia. Ad tertium est dicendum
Quod una operacio potest esse magis meritoria quam
alia propter tria. Primo si fiat cum maiori conatu
et cum ardenciori promissione. Tunc enim opera
cio non sit meritoria nisi quia voluntaria
quanto plus in operacione est de conatu et
aviditate voluntatis tanto magis est meritoria.
Nos namque dilectio beate Marie Magdalene
multum fuit meritoria quia multum fuit
de conatu et de aviditate voluntatis.
Secundo si fiat cum maiori oblacione
nam ceteris paribus plus meretur qui
offert deo duo quam unum. Tertio si fiat cum
firmiori observacione. Secundum enim Augustinum
non inchoasse sed perfecisse est opus perfec

virtutis. Propter ergo tria possumus dicere quod vir
ginitas cum voto est magis meritoria quam
sine voto. Primo quia cum maiori conatu
et cum ardenciori promissione. Est enim votum
promissio spontanea et voluntaria facta deo.
Propterea virginitas servata cum voto est pro
missa et dicata deo cum toto conatu et
libera operacione voluntatis, et hinc est quod qui
non sunt iuris vovere non possunt. Secundo
quia est cum maiori obligacione. Nam
servans virginitatem cum voto deo offert
duo scilicet voluntatem et opus. Servans
vero sine voto solum offert unum scilicet
opus. Sicut ergo plus meruit Petrus qui a
dimisit omnia et secutus est Christum quam So
crates plus qui solum temporalia di
misit vel alius qui dimittet divicias
et Christum non sequitur. Ita plus meretur
virgo servans virginitatem cum voto
quia offert arborem et fructum quam servans
vero sine voto solum offert fructum. Tertio
sic quia fit cum perpetua et firma observacione.
Non servans virginitatem sine voto potest
resilire a proposito quando vult. Sed voventibus
virginitatem et servantibus ipsam cum voto
non solum nubere sed velle nubere est dampna
bile. dicit Iohannes et ponitur xxvii q. prima. Ad quar
tum est dicendum quod ius divinum et humanum in
hoc concordant quod ratihabitio retrotrahitur
et mandato comparatur. Si enim quis con
sentit in homicidium factum non ignoranter
homicida apud deum ~~non~~ reputatur ac si se
ass. vel mandasset homicidium illud fieri.
Si ergo virgo sic violenter corrupta et post
modum consenciat in talem corrupcionem
perdit aureolam et premium virginum quia
apud deum habetur voluntarie corrupta
et perdit irrecuperabiliter quia consensus in re
iam factam non potest recuperari nec ex toto
de ipso penitere. Et dico ex toto quia bene
potest penitere quod ille consensus et volun
taria corrupcio non imputetur sibi ad eternam
penam consequentur tamen ad recuperacionem aure
ole vel illius premii accidentalis quod de
betur virginibus irrecuperabiliter perditur.
Sed si virgo sit violenter corrupta et postmodum

consenciat in aliquam corrupcionem fien
dam non illam iam factam poterit ut pu
to de illo consensu penitere non solum ut
eternam penam transeat verum etiam ut
recipiet aureolam et premium virginibus
debitum. Ubi nota quod hic racio ita trahetur
ante in futurum sicut retro in preteritum. Lco ij

Sicut enim homo peregre proficis
cens vocavit servos suos et tradidit
illis bona sua. Et uni dedit quinque talenta
alii autem duo alii vero unum unicuique
secundum propriam virtutem. Et profectus est sta
tim. Abiit autem qui quinque talenta accepe
rat. Et operatus est in eis et lucratus est
alia quinque. Similiter et qui duo acceperat lucratus
est alia duo. Qui autem unum acceperat
abiens fodit in terram et abscondit pecu
niam domini sui. Post multum vero temporis ve
nit dominus servorum illorum et posuit
racionem cum illis. Et accedens qui quinque
talenta acceperat obtulit alia quinque
talenta dicens domine quinque talenta tradi
disti michi. Ecce alia quinque superlucratus
sum. Ait illi dominus eius. Euge serve bone
et fidelis quia super pauca fuisti fidelis,
super multa te constituam. Intra in gau
dium domini tui. Accessit autem et qui duo
talenta acceperat et ait. Domine duo talenta
tradidisti michi ecce alia duo superlucratus
sum. Ait illi dominus eius. Euge serve bo
ne et fidelis quia supra pauca fuisti fide
lis supra multa te constituam intra in
gaudium domini tui. Accedens autem
qui unum talentum acceperat ait. Domine
scio quia homo durus es metis ubi non
seminasti. Et congregas ubi non sparsisti.
Et timens abii et abscondi talentum tu
um in terra. Ecce habes quod tuum est.
Respondens autem dominus eius dixit ei
Serve male et piger sciebas quia meto ubi
non seminavi et congrego ubi non sparsi.
Oportuit ergo te committere pecuniam me
am nummulariis et ego veniens recepis
sem utique quod meum est cum usuris. Tol
lite itaque ab eo talentum et date ei qui

habet decem talenta. Omni enim habenti
dabitur et habundabit. Ei autem qui non
habet et quod videtur habere auferetur
ab eo. Et inutilem servum eicite in te
nebras exteriores. Illic erit fletus et stri
dor dencium. Posita ponderata iusticia re
gis mei ihesu christi contrarium ad humanam lau
dem querentes proprio honore. In parte ista
ponderata ponitur iusticia contrarium ad ne
gligentes utilitatem suorum proximorum.
Et primo ponitur christi donorum divisa parti
cio et dispensacio. Secundo subdit recipiencium
divisa condicio et negociacio. Tercio subiungit
peractorum donorum racionis exquisicio. Et quarto
concluditur negligentis servi dura et aspera
condempnacio. Circa primum ergo ad primum dicit
quod homo quidam id est christus qui singulariter
fuit homo quia singulariter conceptus pe
regre proficiscens quod tunc fuit quando in ea
carne quam assumpsit abiit in celum.
Carnis enim locus proprie terra est que quasi
si ad peregrinandum ducitur dum per redemp
torem nostrum in celo collocatur. Proficiscens
ergo vocavit servos suos et tradidit eis bo
na sua et uni dedit quinque talenta alii
duo alii vero unum. Ut per quinque intelligamus
scienciam quinque sensuum exteriorum. Per duo
vero intelligamus intellectus scienciam et
operacionem. Sed per unum solum intellectus sci
enciam debemus intelligere ut dicit glossa. Vel
per v. duobus et uno divisas gracias hominibus
distributas secundum capacitatem recipiencium
debemus intelligere ut dicit Iohannes. Circa
vero ad secundum dicit quod accipiens quinque
talenta negociatus est in eis et lucratus
est alia quinque. Quod tunc fit quando homines
per exteriores corporales sensus et sensibilium atque
corporalium scienciam celestium noticiam
duplicant ex creaturis intelligentes creato
rem ex corporalibus incorporalia et ex tem
poralibus sempiterna. Accipiens vero duo
lucratus est alia duo quia sunt nonnulli
qui dum intelligendo et operando aliis predicant
quasi duplum de negocio lucrum repor
tant. Sed accipiens unum fodit in terra
et abscondit pecuniam domini sui secundum
enim Gregorium talentum quippe in terra

absconditum est acceptum a deo ingenium creaturis accionibus multiplicare. ¶ Quantum ante ad tertium dicit quod post multum temporis venit posuit racionem cum istis servis quibus sua bona distribuerat et dicit post multum tempus, quia longum et magnum tempus erit ab ascensione domini usque ad diem iudicii et reddita racione per primum qui lucratus est alia quinque et per secundum qui lucratus fuit alia duo, uterque audivit a domino: Euge serve bone et fidelis, quia in pauca fuisti fidelis, supra multa te constituam, intra in gaudium domini tui. Letatur enim dominus de lucro et fidelitate atque bonitate servorum suorum, quod demonstrat per hoc quod dicit: Euge, quod est interiectio letantis, et pollicetur eis quod super plura alia bona eos constituet, quia beate dicente apostolo: Non sunt condigne passiones huius temporis ad futuram gloriam que revelabitur in vobis. ¶ Sed quantum ad quartum quod dominus durissime servum pigrum domini pecuniam abscondisse condempnavit, quia mandavit ut talentum sibi datum ab eo reciperetur et illi qui super lucratus est quinque alia talenta commendaretur, servus vero et negligens et malus in tenebras exteriores mittetur, quia ex quo in tenebras interiores decidit lucem sciencie sibi collate abscondendo, merito per penam in exteriores cadet tenebras, ut dicit Gregorius. ¶ Sed hic possunt esse quatuor dubitaciones. ¶ Prima utrum dona graciarum dentur a deo secundum propriam virtutem et nature capacitatem. ¶ Secunda utrum dona a deo recepta sint sibi cum usuris reddenda. ¶ Tercia utrum proprium sit deo metere ubi non seminat et colligere ubi non sparsit. ¶ Quarta utrum propter negligenciam multiplicandi talentum domini homo debeat eternaliter dampnari. ¶ Ad primam est dicendum quod natura humana et angelica recepit dona gracie secundum capacitatem nature, sed secundum quod cum maiori conatu et minori, et secundum quod magis et minus intense fertur in deum per actum liberum voluntatis ipsius. Sed cum natura angelica sit superior quam humana, et eum

habeat aliquod retractivum, videtur quod magis intense et cum fortiori conatu feratur quam humana natura, et sic ut videtur nunquam natura possit repleri tanta gracia quanta repletur natura angelica, quod est falsum. Primo de Christo qui recepit spiritum non ad mensuram. Secundo de beata virgine que super choros angelorum est elevata. Et tercio communiter de omnibus sanctis qui assumpti et assumendi sunt ad ordines angelorum, per quorum ascensionem natura angelica erit reparata. Ad hoc ergo dicunt aliqui quod angelus loquendo de naturali potencia in comparacione ad gloriam quam posset mereri per omnes actus vel per multos, si esset maior, nunquam posset homo recipere tantam gloriam quam recipit angelus. Sed loquendo de gloria qua meruit per unum actum suum potest homo mereri per plures actus tantam vel maiorem gloriam per unum solum, non obstante quod natura est superior et in conatu forcior vel intensior. Unde non potuit angelus tantum mereri de gloria per unum actum intense et ex conatu quantum meretur homo per plures actus a principio usque ad finem. De Christo vero et beata virgine est dicendum. Nam in humana natura est duplex potencia, una naturalis, alia obediencialis, et ista potest repleri dupliciter gracia. Primo propter comparacionem ad deum in natura humana substantificata et personalis in divino substancie per graciam unionis. Secundo per comparacionem ad deum et ad omnem aliam graciam preter graciam unionis. In Christo ergo utroque modo potencia obediencialis fuit repleta, quia natura humana in Christo repleta fuit gracia unionis et omni alia gracia sanctificacionis. Dicitur autem obediencialis potencia quando deus facit in creatura quod sibi placet. In beata autem virgine per potenciam hanc obediencialem capacitas eius fuit repleta omni alia gracia preter graciam unionis maiori quam posset impleri ex

[illegible]

cepto q nō sint psonaliter unita divine
psone et quia sit natura angelica poten-a
obediencialis nō sint repleta ideo repletio
virginis marie excedit repletionem omnis
creature angelice vel humane preter xpm
in aliis aut sanctis dicendum est q possint
ad gloriam equalem et maiorem angelorum
pervenire quia per plures actus possunt
tantum mereri quantum angeli p unū
ex toto conatu suo et maxime quia tales
actus plures recipiunt augmentum meriti
et pene ex merito passionis xpi.
Ad secundum est dicendum q cum xpus dicat
pecuniam suam committendam esse nummu-
lariis ut veniens ipse cum usuris recipi-
at quod suum est. Dicendum est similitudina-
ria et methaphorica. Nam secundum Iohannem
p nummularios quibus xpi pecunia commit-
titur vel p̄nt intelligi sacramentorum admini-
stratores vel sacre scripture expositores
vel consiliorum observatores. Omnes enim isti
cum usura debent xpo reddere quod suum est.
Na sacramentorum administratores tunc
cum usura reddunt quando ministerium admi-
nistrant et fidem servant. Ita enim dicit
apostolus Sic nos existimet homo ut mi-
nistros xpi et dispensatores misteriorum dei
et postea subdit hic queritur inter dispensa-
tores ut fidelis quis inveniatur. Ergo tunc
tales sunt xpi nummularii quando dispensant
et quando fideliter faciunt. Sacre vero scripture
tunc cum usura reddunt quando et verbo do-
cent et exemplo confirmant quia tunc dicen-
te apostolo duplici honore digni sunt. Sed con-
siliorum observatores nummularii xpi sunt
quia mandata implent et consilia super
erogant. Sciendum est tamen ut dicit
Gregorius q sicut in p̄nti sermone quo
dicitur pecuniam reddendam esse xpo
cum usura aspicitur periculum doctorum
et maiorum de ecclesia si pecuniam domini
teneant et nō multiplicent sic aspiciat peri-
culum auditorum quod cum usuris requi-
ritur ab eis que audierunt ut p illa que
audierunt studeant nō audita intelligere
et opa adimplere. Ad tertium est dicendum
q sicut secundum Augustinum proprium est deo ex ma-
lis eliciere bona aliter ipse mala in mundo fieri
nō sineret sic proprium est ei metere ubi nō semi-
nat et colligere ubi nō sparsit. Seminat enim
homo dispergendo bona temporalia pauperibus
et ipse deus metit et colligit ex hiis bona
spiritualia quia que eis fiunt reputat sibi
esse facta. Sic seminat homo iustus ex
suo libero arbitrio cum auxilio gratie xpi
aliqua spiritualia opa et ipse deus ex illis
metit et colligit vitam eternam. In tribus
ergo servus ille piger abscondens pecuniam
domini sui secundum Iohannem fuit reprehendendus
et dampnandus. Primo in superbia quia
dixit Scio quia durus es calumpniam
enim et blasphemiam domino imposuit cum
ipse sit suavis et mitis omnibus invocantibus
eum. Secundo in diffidencia quia dixit
metis ubi seminas et colligis ubi nō sparsisti
aut enim hoc credebat de deo aut nō crede-
bat sed diffidebat et planum est q nullum
credebat q si hoc credidisset seminasset tempora-
liter ut deus meteret in eo spiritualiter et spar-
sisset ut deus sibi fructum redderet et quia
homines hoc nō credunt perfecte posse scilicet
pro parvis magna p corporalibus spiritualia pro tem-
poralibus eterna recipere. Ideo dicente apostolo
Ira dei venit super filios diffidencie quam
tamen meruit iste servus piger qui dominicam
pecuniam abscondit. Tercio in negligencia
quia dixit abscondi talentum tuum in terra
vel in archa et nec in vita nec in morte vo-
luit manifestare. Unde Gregorius ponit in dy-
alogo q cum tres aurei [tertium] fuissent inventi
quos absconderat quidam suis monachis
mandavit ut nullus monachus sibi loqui
deberet preter illum qui sibi ministrabat. Quod
cum ille quesivisset que esset causa audivit
tale mandatum esse factum propter pecuniam
absconsam p eum quo audito ingemuit
et sic est mortuus et sepultus in sterquilinio
Demum ordinavit Gregorius ut sacra obla-
cio p eo offerretur usque ad xxx dies quibus
expletis apparuit defunctus monachus et
dixit se esse de pena liberatum. Opinalis

timen secundum Gregorium. Illi qui dona scientie et gratie recipiunt adeo et negligunt dispensare gravissime peccant et tenentur adeo iudicabuntur. Unde ait quod valde timendum est ne nos qui plus ceteris in hoc mundo accepisse adeo aliquid cernimur ab auctore mundi gravius inde iudicemur. ¶ Ad quartum est dicendum quod sicut dicit Crisostomus super hunc passum eterna pena potest homo dampnari non solum pro peccato commissionis committendo adulterium furtum seu homicidium verum etiam pro peccato obmissionis. Unde ait quod non solum qui rapit aliena aut qui mala operatur punitur ultima pena sed etiam qui bona non facit. Non enim dives ille epulo fuit dampnatus quia rapuit aliena sed quia propria bona lazaro non communicavit. Dupliciter ergo negligencia potest esse peccatum mortale. Primo ex parte operis quod negligitur ut si negligatur cultus dei omnino ipsum pretermittendo vel omnia illa mandata que nos ordinant ad cultum eius. Vel si negligatur salus propria aut dilectio proximi vel omnia mandata que nos ordinant ad caritatem proximi et universaliter si negligatur omnino illud quod est necessarium ad salutem consequendam tunc est peccatum mortale. Secundo ex parte voluntatis a qua contempnitur. Nam negligencia opponitur diligencie. Planum est autem quod rationis et voluntatis humane est apponere diligenciam debitam in omni operatione virtuosa quia pretermissa virtuosa non esset et si talis diligencia est apponenda in virtutibus humanis multomagis in operibus virtuosis que nos ad deum ordinant. Si ergo diligencia necessaria contempnatur per voluntatem sine peccato esse non potest si tamen non obmittatur diligencia. Sed si non apponatur tanta et sic intense et ex tanto conatu sicut deceret fragilitate humana existente non est tunc putandum esse peccatum mortale sed

veniale

Cum autem venerit [Lectio iii] filius hominis in maiestate sua et omnes angeli eius cum eo. Tunc sedebit super sedem maiestatis sue. Et congregabuntur ante eum omnes gentes. Et separabit eos ab invicem sicut pastor segregat oves ab edis. Et statuet oves quidem a dextris, edos autem a sinistris. Tunc dicet rex hiis qui a dextris eius erunt: Venite benedicti patris mei possidete paratum vobis regnum a constitucione mundi. Esurivi enim et dedistis michi manducare. Sitivi et dedistis michi bibere. Hospes eram et collegistis me. Nudus et operuistis me. Infirmus et visitastis me. In carcere eram et venistis ad me. Tunc respondebunt ei iusti dicentes: Domine quando te vidimus esurientem et pavimus? sicientem et dedimus tibi potum? Quando autem te vidimus hospitem et collegimus te? Aut nudum et cooperuimus te? Aut quando te vidimus in carcere aut infirmum et venimus ad te? Et respondens rex dicet illis: Amen dico vobis quamdiu fecistis uni de hiis fratribus meis minimis michi fecistis. Tunc dicet et hiis qui a sinistris eius erunt: Discedite a me maledicti in ignem eternum qui preparatus est dyabolo et angelis eius. Esurivi enim et non dedistis michi manducare. Sitivi et non dedistis michi potum. Hospes eram et non collegistis me. Nudus et non operuistis me. Infirmus et in carcere et non visitastis me. Tunc respondebunt et ipsi dicentes: Domine quando te vidimus esurientem aut sicientem aut hospitem aut nudum aut infirmum vel in carcere et non ministravimus tibi? Tunc respondebit illis dicens: Amen dico vobis quamdiu non fecistis uni de minoribus hiis nec michi fecistis. Et ibunt hii in supplicium eternum. Iusti autem in vitam eternam.

¶ Sicut supra dicebatur hic ponitur r

ponderata iusticia nostri saluatoris quantum
ad discussionem omnium iudicandorum. Et
primo ponitur omnium iudicandorum ante
iudicem presentatio et congregatio. Secundo
omnium electorum bonorum operum numera-
cio et rememoratio. Tercio omnium repro-
borum malorum operum examinacio et
condempnatio. Et quarto sententie late
execucio et irretractabilis renovatio.
¶ Quantum ergo ad primum dicit. Cum autem fi-
lius hominis venerit in maiestate sua. Vide-
tur enim ante passionem suam beatorum
premiatione et malorum dampnatione
repromisit ut futura scandala passionis
tionis premio compensaret. Ut dicit Iohannes.
Et dicit filium hominis venientem in maie-
state sua quia in forma humana videbit
enim impius et in forma quam ex nobis acce-
pit in iudicio apparebit. Ut dicit Augustinus. Non
tamen solus veniet sed omnes angeli eius
cum eo ut sint testes in iudicio quantum
administraverunt missi adeo ad hominum
salutem procurandam. Sicut dicit Crisostomus.
Et tunc ipso sedente in solio suo congre-
gabuntur ante eum omnes gentes omnes
enim dicente apostolo ante tribunal Christi op-
portet presentari quorum presentatio et con-
gregatio ante iudicem per ministerium
angelorum fiet. Ut dicit Augustinus. Nec erit com-
mixtio palee cum tritico nec zizanie cum
frumento sicut in presenti quando per speculum
et obscure cognoscimus sed separabit iu-
dex malos a bonis sicut separantur oves
ab edis et oves statuet a dextris propter
humilitatem et fructuositatem. edos
autem a sinistris propter superbiam et
tumositatem. Scribitur enim Proverbiis iiii°.
Vias que a dextris sunt novit Dominus
perverse vero sunt a sinistris. ¶ Quantum
vero ad secundum dicit. Tunc rex dicet hiis
qui erunt a dextris. Venite benedicti pa-
tris mei possidete regnum vobis para-
tum a constitutione mundi. Et dicit
possidete et non accipite tamquam fami-
liaria et bona paterna non noviter pre-
missa sed a constitutione mundi vobis
preparata iuxta Dei prescienciam apud
quam futura iam facta sunt. Ut exponit
Augustinus. Et pro quibus regnis bonis eius
regnum eternum debeatur enumerat
opera misericordie. Cuius non ponat se-
pelire mortuos quod forte ideo fuit quia
licet opus misericordie sit cum Deo omnes
vivunt et nullus sibi moritur et quia mira
videbitur eis tanta gloria sublimacio
respectu tam paucorum operum scientes
quod passiones huius temporis non erunt
condigne ad tantam gloriam eis preparatam
ratam. Ideo non diffidendo sed stupendo di-
cunt illi. Domine quando te vidimus
esurientem et sitientem in te ruimus
aut hospitem et collegimus te. Sed eius
sic regius stuporem auferet quando dicet
quamdiu uni ex hiis fratribus minimis fecistis
michi fecistis. Fratres suos vocat propter
nature conformitatem. minimos propter
humilitatem quia non omnes pauperes
et derelictos dominus nominat ut eis pu-
tat se recipi et vestiri sed solum pauperes
spiritu de quibus supra dixit. Beati pau-
peres spiritu quoniam ipsorum est reg-
num celorum. Ut dicit Augustinus. ¶ Quantum
autem ad tercium dicit quod tunc dicet rex
illis qui erunt a sinistris. Discedite a
me maledicti non dicit maledicti a pa-
tre meo quia eorum maledictionis pater
non est causa sed eorum malicia. Electorum
tamen benedictionis causa pater est eo
quod omnia bona nostra ipse in nobis ope-
ratur. Discedite inquit in ignem eternum
qui paratus est dyabolo et angelis eius
quia quantum est de se homines non ad
perdicionem sed ad salvationem creati
sunt peccantes cum dyabolo et angelis

malis se sociant ita et idem comes ...
debeatur. Sicut dicit hic Augustinus
et pro quorum operum neglig͡entia eis
talis pena debeatur, explicat illa septe
opera misericordie in quo libera nobis et
clara datur intelligencia. Et dicit Iohannes
Os in omni paupere esuriente et siciente
nudo aut hospite xpus pascitur potatur
vestitur et recipitur. In quo eciam habetur
quod negligencie opera necessaria ad sub-
uencionem vel delectationem proximorum
est mortale peccatum cum specialiter per neglig-
enciam talium operum homo eternaliter
dampnetur. Sed quantum ad quintum dicit
quod lata sentencia irreuocabilis et perpetua erit
et statim execucioni mandabit. quia ibunt
mali in supplicium eternum boni autem in
vitam eternam. Nos hic possunt esse sep
dubitaciones. Prima utrum iudicium finale
debeat fieri in valle Iosaphat. Secunda
utrum debeat fieri per vocalem vel mentale
expressionem. Tercia utrum debeat fieri
a xpo secundum quod homo vel secundum quod deus.
Quarta utrum boni pro operibus miseri-
cordie solum debeant eternaliter saluari
Quinta utrum mali solum pro negligencia
operum misericordie debeant eternaliter
dampnari. Ad primam est dicendum
quod super illo verbo actuum primo. hic ihesus
qui assumptus est a vobis in celum sic ve-
niet. dicit Glosa quod de monte oliuarum
ihesus ascendit in celum ubi in morte an-
tixpi sathanas est cassurus planum est
ante quod in loco illo fiet iudicium ubi an-
tixpus est interficiendus et sathanas iudi-
candus. Iterum in valle Iosaphat que
est contigua monti oliuarum iudicium finale
fiet. Et hoc expresse dicit Iohelis iiiº. Ingregabo con-
gregabo omnes gentes in valle Iosa-
phat et disceptabo ibi cum eis super populo
meo et hoc erit satis congruum propter
iudicem iudicantem quia in monte

contiguo illi valli opera misericordie
docuit pauperum debebit iudicandos pre-
miare vel dampnare et propter iudicandos
quia boni ut dicit Augustinus ibunt obuiam
ihesu xpo iudicaturo residebunt mali vero
grauati honeribus peccatorum in parte in-
feriori vallis remanebunt. Unde locus
ille capax erit omnium saluandorum ex
quo iusti in monte stabunt peccatoribus
in valle remanentibus et non eeuntibus ob-
uiam xpo quia dicente propheta celum
solum aduocabit desursum et celestes et
spirituales viros quorum conuersatio fuit
in celis et terra et peccatores faciet discernere
iudicium suum. Ad secundam est dicendum
quod lactancius deceptus fuit. Ut narrat
Augustinus quia credentes finale iudicium
verbotenus esse fiendum et totam illam
discussionem iudicandorum que ponitur
hic vocaliter esse attendendum mille annos
diem iudicii posuit esse duraturum. Et
si sic esset quod vocaliter merita et demerita
singulorum essent discucienda non suf-
ficerent mille anni dati per lactancium tamen
cumque in discussione unius hominis iudicia
di plures anni ponantur et maxima quam
discucienda essent facta hominis a prin-
cipio usque ad finem. Dicamus ergo cum
Augustino quod quedam diuina virtus
tunc aderit ex qua fiet ut cuncta facta
et dicta hominum singulorum et maiora
subito ad eorum memoriam reducantur
per quorum reductionem ad memoriam ip-
sorum diuinitus apparebit iudicium datum
deo esse iustum. Non igitur ut puto il-
lud iudicium fiet vocaliter sed mentaliter
ut dictum est. Unde sicut dicit Augustinus xx°
de ciuitate dei super illo verbo liber apperietur
quod non credendum quod libri carnaliter
sint intelligendi quia tunc non quis ex-
stimare posset eorum magnitudinem
et multitudinem temporis in quo legentur
latitudinem sic possumus dicere quod dis

cussio illa meritorum et demeritorum omnium iudicandorum non fiet vocaliter, quia tunc nullus posset existimare magnitudinem temporis in quo pronunciarent et magnitudinem vocis qua exprimerentur. ¶ Ad tertiam est dicendum quod planum est quod in forma humanitatis Christus in iudicio apparebit et se omnibus bonis et malis demonstrabit, secundum tamen quam naturam divinam vel humanam debeat iudicare sciendum quod ad iudicium quatuor ad presens iiii^or requirunt. Primo auctoritas vel potestas, nullus namque debet querere fieri iudex nisi valeat potentia et virtute irrumpere iniquitates. Secundo rigida iusticie equitas. Rex enim qui sedet in solio iudicii propter severam iusticiam dissipat omne malum in intuitu suo. Tercio sapientia et veritas, quia iudicem oportet informari de hiis circa quorum sententiam ferri debet, et hoc non potest nisi per sapientiam et cognitionem legis. Quarto capitis dignitas. Debet namque iudicium queri non cuilibet sed tali qui dignitate et sanctitate merito sit aliorum caput per quandam singularem excellentiam. Loquendo ergo de iudicio quantum ad requisitam potestatem, sic attribuitur persone patris, secundum quem modum salvator dicit in Johanne: Ego non iudico quicquam quia solus non sum, sed pater mecum est. Loquendo autem de iudicio quantum ad requisitam equitatem et rigidam severitatem attribuitur persone spiritus, secundum quem modum dicitur in Johanne: Cum venerit spiritus veritatis arguet mundum de peccato et de iudicio et iusticia. Loquendo vero de tali iudicio quantum ad requisitam sapientiam et veritatem sic convenit persone filii ut deus est, quia ipse sapientia et lex eterna patris est. Unde dicit Augustinus in libro de vera religione: Opportune omnis rationalis anima iudicat de suis inferioribus non nisi per veritatem et sapientiam. Sic pater non iudicat nisi per sapientiam que eius filius est, secundum quem modum ut dicit Augustinus: Pater non iudicat quemquam sed omne iudicium dedit filio. Quantum quarto iudicium queritur ihesu christo secundum naturam humanam per quandam superexcellentiam secundum quam est caput omnium hominum et angelorum et quantum ad hoc ipse christus ut est homo non qualiscunque homo sed talis homo qui est omnium hominum et angelorum caput dignitate et sanctitate et est constitutus iudex vivorum et mortuorum. Ut sicut ab ipso omnes receperunt tamquam a capite distributionem donorum graciarum per gratiam, sic ab eo omnes recipiant in iudicio salvationes et dampnationis sententiam. ¶ Ad quartam est dicendum quod salvandorum erunt in duplici modo. Quidam enim erunt qui dum hic vixerunt ex toto bona commutabilia contempserunt, adherentes bono incommutabili et per caritatem quasi facti unus spiritus cum deo, non quidem omnino sine peccato viventes. Cum ex persona eorum dicat Johannes: Si dixerimus quia peccatum non habemus nos ipsos seducimus. Sed sic eorum peccata levia sunt quod ardore caritatis inveniuntur consumpta. Tales ergo in iudicio finali non iudicabuntur per discussionem meritorum, quia dubium non erit bona istorum excedere eorum mala, ymmo mala et peccata talium nichil aut quasi nichil videbuntur. Quidam erunt etiam vitam agentes et rebus temporalibus utentes non quidem contra mandata dei sed plus modo debito eis inherentes, habentes mala et peccata bonis fidei et caritatis eorum commixta secundum aliquam notabilem quantitatem, ita ut non faciliter appareat quid in eis prevaleat, bona aut mala, et tales iudicabuntur per discussionem meritorum. Verum quia predicta illa mala que bonis eorum videbantur commixta spiritualiter per opera scilicet misericordie sunt purgata modo quo daniel consilium dedit nabuchodonosor dicens: Consilium meum placeat tibi rex, peccata tua elemosinis redime et iniquitates tuas in misericordiis pauperum. Ideo spiritualiter descriptio et discussio fiet de operibus misericordie que sunt septem corporales et septem spirituales. Ita in natura corporali proximus enim potest septem modis pati defectum. Primo racione siti et calidi deperditionis, et sic est pascere esurientem. Secundo racione humidi et frigidi consumptionis, et sic est potare

siciencem · Tercio rone expoliacionis · et sic e
vestire nudum. Quarto rone hitacionis · et sic
est colligere hospitem · Quinto rone incarce-
racionis et sic est redime captiuu. Sexto
rone corporalis passionis et sic est visitare in-
firmu. Septimo rone huane ne debita so
lucionis · et sic est sepelire mortuu. In aia
vo et in natura spuali sicut ― proximu
nr septem modis pt pati defectu · Primo
in diuinoru cognicione et sic est docere nesci
entes. Secundo in humanoru actuu dubitacione
et sic est consule dubitanti. Tercio in tri
bulacionis supuencione et sic est consolari tri
stem. Quarto in pctorum perpetracione et sic e
corrigere delinquentem. Quinto in offendencium
remissione et sic e remitte offendenti. Sex
to in onerosorum et grauium supportacione et sic e por
tare onerosos. Septio in spualium bonoru
impetracione et sic est orare p omib. Igitur
opacio et radix qua saluabunt electi erit ka
ritas p quam de sinistra transferentur ad dextram
tamen quia redempcio pctorum que bonis ope
erat commixta spaliter fiet p opa mie supra
miata. Ideo de istis spualis discussio fienda e
Ad quintam est dicendu · quia xxi de ciuitate
dei Aug. ponit de aliquibus visum esse no
omes xpianos dampnatos esse liberandos
sed solum illos qui opibus mie in pnti vi
ta insistiterunt. tales enim vt dicebat quan
tumque fuunt aliis pctis et criminibus inuolu
ti in finali iudicio saluabunt. Ex quo
inueniet opa mie supius enumata hoc
fecisse quod probant triplici. Primo quia
solum p negligencia talium opm dampna
bunt. ergo p opa predicta solum salua
bunt quantumcumque in aliis pctis inuenia
tur rei. Secundo quia iudex solum de
opibus istis faciet disceptacionem quod non
esset nisi quia opantes solum opa mie
saluabunt et negligentes talia opa solu
dampnabuntur. Tercio quia Jacobus in sua
canonica dicit. Judicium sine mia fiet illi qui
no fecit miam p ctrm ergo mia sine iudicio
fiet illi qui fecit miam. Dicendum quo quod
p quolibet pcto mortali ho dampnabitur quia
sicut dicit Paulus. Nisi aliem tm impetrat
ire spus sancti vt eum faciat dei et xpi
amatore a sinistra no transfertur ad dex
tram. Sola ergo caritas diuidit inter filios
regni eterni et filios pdicionis eterne. alia
ante omnia opa quecumque sint illa intm
sunt digna saluacione in quantu sunt in
caritate facta sine caritate. quare ante
discussio fienda est spaliter de negligencia
operum mie quantum ad reprobos damp
nandos racio est hec · quia principaliter ac
cedendi ad deum oportuit crede omnes ergo
infideles no hntes fidem xpi et no hen
tes bona opa saltem meritoria esse no
pnt sine fide · no erit aliquid dubium
quin tales sint dampnandi. Unde tales
no iudicabunt p discussione meritorum quia
iam iudicati sunt dicente saluatore. Qui non
credit iam iudicatus est. Sed xpianum qui fidem ha
buerunt et multa bona hnerunt opa mixta
tn malis et cum pctis eoru · ita vt no sit
claru et notoriu quod istorum superant et excedunt
bona scilicet vel mala tales iudicabuntur cum
discussione meritorum et spalr cum discussione
opm mie · quia per talia opa potuit re
dimere et purgare omnia pcta mixta tn opibus
bonis et potuit facere sibi amicos de mamo
na iniquitatis · ideo si inventi fuerint negligen
tes ut sic no fecerint liquido et clare apparebit
quod eorum pcta et mala superabunt et excedunt
modica ipsorum bona. ac p hoc dicente aug.
in libro de vera innocencia sicut no impe
dierit iustos quedam leuia et minuta pcta
sine quibus pns vita non ducitur quin saluentur
sic no pderunt impiis aliqua bona opera
quia quin dampnentur. ex quo superexcedunt
mala et pcta que ipsi p opa mie purgare
et satisfacere neglexerunt. Ad rationem vo dicitur qui fa
miam consequitur miam sine iudicio. Verum
est vt dicit Aug. Qui facit miam primo
sibi. Nam qui sibi nequam est nulli potest
bonus esse. quicumque ergo est sine caritate et cum
pcto mortali no facit miam sibi et qui diligit
iniquitatem odit aiam suam. Ideo talis quantumcumque inuenitur
mie opa fecisse aliis extra negligens fuit
miam primo sibi facere dampnacionis sniam reci
piet. sicut pro sniam caritatis ad sepm recipiet sal
uacionis sniam et

Ca 26 Et factu est cu consumasset ihus
sermones hos omes dixit disci-
pulis suis Scitis qz post biduu pascha
fiet et filius homis tradet ut crucifigat
Tuc congregati sut principes sacerdotu
et seniores ppli i atriu principis sacerdot
qui dicebat Cayphas et consiliu fecerut
ut ihm dolo tenent et occiderent Dicebat
aut No i die festo ne forte tumult fiet
i pplo Expeditis sex ptibus euuangelii
sancti Mathei i quaru prima dicebatur qz
euuangelista determinabat de xpi incarnacoe In scda
de eius manifestacoe In tercia de ei baptis-
mo In qrta de eius adversa temptacoe In quinta
de eius doctrina et exhortacoe In sexta de
ei miraculoz operacoe In hoc tractatu incipit
agere de consumacoe eius conposto de ei fructuosa
passione Et pmo ondit euuangelista quo xps expo-
situs e passioni et morti p Jude tradicoe
Scdo qualr e expositus passioni et morti p pilati
pilati iniusta condempnacoe ibi Mane
aut facto in prima pa capli Prima aut caplm
possim totu diuide i ptes ix et faciem
ix lecones quia pmo euuangelista ponit tradicoe
xpi facte p Judam principaliter Scdo ponit pdicte
tradicois occasioz et ipius Jude cu iudeis
pactionem Tercio ponit tpis paracdi disposicoe
qrto ponit sui corporis et sanguinis consecracoz
exemit gladium et percussit servum principis
sacerdotum amputavit auriculam eius dexteram
ut Lucas ponit et beatus Iohannes describit percucien-
tem et percussum. Nam percuciens beatus petrus
ex nimio zelo ihesu christi eius preceptum ul-
cionis non expectavit sed statim percussit
et nomen percussi fuit Malchus. Quem cum teti-
gisset ihesus christus sanavit eum et reddidit sibi bo-
num pro malo. Credo ideo fecit quia ad captivitatem
iam venerat et quod in eo erat factum. Nam
iste postmodum alapam dedit ihesu christo dicens Sic
respondes pontifici ut Crisostomus dicit. Ihesus christus tamen
zelum apostoli noluit ulterius progredi. Sed ait
Converte gladium tuum in locum suum. An putas
quia non possum rogare patrem meum et exhibebit michi
plusquam xii legiones angelorum, tamquam si diceret
secundum Iohannem: Non indigeo auxilio xii apostolorum
quia si omnes me defenderent pauci essent
potissime quia maius auxilium habere possum scilicet
xii legiones angelorum. Secundum enim Iohannem una
legio sex milibus hominum comprehenditur. Sic
xii legiones lxxii milia angelorum faciunt
in quot generibus hominum lingua divisa est.
Et per hoc alios apostolos confortabat quia tale
auxilium habere poterat. Et per hoc quod subdit Quo-
modo ergo implebuntur scripture quia sic oportet
fieri, ac si diceret: [illegible] implere [illegible]

passionem predixissent si impleri non
deberent. Concludit similiter tertium quod conce-
bat ihesum christum voluntarie pati. Dicit quod
in illa hora dixit ihesus turbis: Tamquam ad
latronem existis cum gladiis et fustibus comprehendere me. Cot-
tidie apud vos in templo sedebam et non me tenuistis.
Hoc autem totum factum est ut adimplerentur scripture
prophetarum. Ac si diceret [illegible]. Latronis officium est
latere, latitare et latenter nocere. Unde latro-
nes a latitando dicti sunt. Ego autem non
latens et absconsus fui quia nullum offendi
sed multos ex vobis docui et sanavi. Sedebam
semper in templo et in synagoga ubi omnes iudei
conveniunt. Stultum ergo fuit illum cum gla-
diis et fustibus querere et in nocte sicut latronem
qui latitabat proditorem investigare. Quod si
capere illos in loco manifesto fuit [illegible]
quod vos non eratis ausi in templo me capere
propter eos qui me defenderent. Ergo sicut pri-
us voluntarie feceram ex omni ut caperer
et locum vobis dari aptum ad me capiendum alias
scripture prophetarum impleri non possent que os
prophetaverunt me passurum pro salute
humani generis. ¶ Sed hic possunt sex
dubitari. ¶ Primo utrum ihesus christus voluit
proditionem suam et mortem. ¶ Secundo utrum osten-
sum fecit signum [illegible] iuda ad capi-
endum ihesum christum. ¶ Tertio utrum sufficiat
duos gladios esse in ecclesia. ¶ Quarto utrum
utroque gladio ecclesia possit percutere. ¶ Quinto
utrum omnis qui acceperit gladium gladio peri-
bit. ¶ Sexto utrum exercitus angelicus per le-
giones sit ordinatus. ¶ Ad primum dicendum quod
in proditione et morte ihesu christi aliquid fuit quod
ipse noluit aliqua voluntate, aliquid quod noluit vo-
luntate naturali et aliquid quod voluit voluntate
electiva. Nam operationem iude et pilati et iude-
orum christus ihesus noluit aliqua voluntate

quia erant operationes et cogitationes quorum motivi fuit ad
dedendum ihesum christum et ut tradendum respexit tamquam
mala sicut omnia alia peccata. Similiter cum traditio
iude et operatio iudeorum erat sufficiens causa
mortis et passionis quia sufficienter fecerunt
ad [illegible] passio et mors ihesu christi subsecuta
est. Ipsam mortem et penam homo naturalis respexit quia
apprehendit eam ut nocivam et destructivam nature.
Unde christus naturali voluntate talia nolebat immo dabat
ut transiret ab eo. Sed voluit electiva tradi-
tionem iude et operationem iudeorum. Ihesus christus dicitur volu-
isse dupliciter. Primo quia potuit impedire et non im-
pedivit. Potuit enim voluntatem iude immutare
ut non procuraret mortem eius. Potuit cor-
pus suum ab omni lesione servasse si voluisset
ut sicut ambulavit super mare et non fuit
corpus eius submersum sic potuit ipsum
subponere passionibus crucifigenti et non fuisset
perforatum. Et potuit suo imperio et angelorum
obsequio omnes persecutores occidere. Secundo traditionem
et mortem voluit in quantum ut [illegible]
[illegible] pene acceptabat ex caritate pro salute
humani generis ut beatus [illegible] dicit. Patet quod traditio
iude et operatio iudeorum ut fuit mala et
culpabilis vel peccati commissiva non fuit volita
christo aliqua voluntate. Ut non nociva
et corruptiva non fuit volita naturali sed
ut satisfactoria fuit volita similiter.
¶ Ad secundum dicendum quod communiter tres modos assignant
in quibus iudas moveri potuit ut [illegible]
ad tradendum ihesum christum uteretur osculo. Pri-
mus est quia iudas voluit aliquam reverentiam
magistro servare. Cum enim fuisset eius discipulus
non audebat manifeste ut inimicus in eum
irruere. Ideo signum fuit osculo. Secundus mo-
dus est quia hoc ideo fecit quia timuit quod si ipse tamquam
adversarium manifestum se in principio ostendisset
discipuli [illegible] evadendi et se invisibilem

faciendi potissime quia ipse instruebat quomodo voluit eos alios apprehendere et ipse tamquam precedens illorum ibat non visus ab aliquo tamquam modicus. Quod magis complet quam hoc est signum omnium proditorum ut fingentes amare veritatem osculi signo utitur. Nam cum osculum sit pacis signum dilectionis tradidit Judas suo proditionis dolositate sub osculi signo latente.

¶ Decimatertia est dubium quod cum Ihesus Christus diceret discipulis Luc 22 Nunc qui habet tunicam vendat et emat gladium et audiret ab eis Domine ecce gladii duo hic, Ihesus respondit Satis est. Per quod intelligi possunt ut beatus Bernardus dicit sufficere duos gladios in ecclesia secundum duas potestates quarum una regalis est et alia spiritualis. Et planum est quod quelibet potestas portat suum gladium secundum apostolum ad Ro 13 Si malum egeris potestatem time. Non enim sine causa gladium portat. Et Gelasius papa dicit Anastasio imperatori et ponitur 96 di. Duo sunt quippe imperator auguste quibus mundus iste principaliter regitur auctoritas sacra pontificum et regalis vel imperialis potestas. Nam per gladium corporalem quo utuntur imperatores puniunt circa corpora malos et per gladium spiritualem quo utuntur ecclesie pastores puniunt circa corpore mystico et aggregatione fidelium. Si enim ut dicit beatus Bernardus isti duo gladii non sufficerent ad regendum mundum Ihesus Christus non dixisset Satis est, sed minus est.

¶ Quartadecima est dubium quod per utroque gladio potest intelligi duplex potestas primo per immediatam iurisdictionem, secundo per immediatam executionem. Secundo modo utriusque gladii immediatam iurisdictionem habet ecclesia cum etiam non sit dispositum secundum tribulis ut castrorum acies ordinata isti duo gladii sub summo pontifice. Corporalis ut eius imperio et precepto exerceatur et in vaginam remittatur. Sed corporalis gladii immediata executio ecclesie assumi non debet nisi in quibusdam casibus qui notantur extra. Si filii sunt liberi et hoc propter venerationem sacramentorum quorum pastores et ecclesie sunt administratores, et propter imitationem apostolorum qui non armis corporalibus sed spiritualibus collum regum et principum mundi Ihesu Christo submiserunt ut Crisostomus dicit super illo verbo Luc 22 Nunc vendat tunicam et emat gladium.

¶ Quintadecima est dubium quod Ihesus Christus discipulos armari precepit cum paulo ante dixisset Si quis percusserit vos in una maxilla prebete ei et alteram. Nam si precepit vos oportebat unicuique sufficiebat solum duos gladios immo galeas et loricas oportuisset eos munire. Quando et contra tot insultus tirannorum et nationum sufficeret arma .xij. apostolorum non resistere et bellare sed in sanguinibus et ... per gladios quos emere iubet ut Crisostomus dicit insidias iudeorum instantes ... intellexit Ihesus Christus. Nam facta cena contentio inter discipulos quis eorum videtur esse maior. Voluit ergo eos ab illa presumptione compescere dicens: Quando misi vos sine sacco et pera numquid aliquid defuit vobis? Et illis dicentibus Nichil, dixit Ihesus Christus: Nunc autem qui habet tunicam vendat eam et emat gladium, ac si diceret: Non est nunc tempus loquendi de pace et de prerogativis quis maior sit sed magis est tempus loquendi de pugnis et de gladiis. Nam ego qui sum magister vado ad horribilem mortem, quia illa que scripta sunt de me finem habent.

¶ Sextadecima est dubium quod Augustinus in libro contra Manicheos et ponitur 23 q. 8 sic exponit istud verbum: Omnis qui acceperit gladium gladio peribit. Dicit quod ille qui minister accepit gladium et per eius mittitur gladio perire qui nulla superiori potestate iubente vel concedente tot sanguine alicuius armatur. Insuper non addo quod de vi quorumlibet sic quod ponit dicit quod secundum litteram ... nulla gladio ... sicut et tunc ipsi gladio non moriuntur sed vel forte moriuntur febre aut forte

suspenderunt aut crucifixerunt Ita latrones
qui crucifixi sunt cum ihesu multos occide-
rant ut iuste crucifigerentur quos occiderant propter
ipsi sunt crucifixi Est tamen secundum augustinum tribus modis
qui gladio interficiens gladio moriatur
quia eo peccato anima moritur et interficitur quo ipse
peccans committit peccatum Si enim gladio
hoc peccatum committit tali peccato gladio commis-
so anima morietur et iudicabitur et si lingua
peccatum committit ipso peccato lingua commisso
hoc iudicabitur et morietur et sic universali-
ter omnibus Remigius non dicit quod hoc ut hos gla-
dio admonitione dixit ipse pius sive mali-
cia gladio moritur Hodie dicta est quod
secundum Remigium legio sex milibus hominum comple-
batur xii ergo legiones faciunt hominum quadra-
ginta et duo milia per quem numerum hominum legionum signifi-
catur sicut que omnes tempore Titi et Vespasiani
insurrexerunt contra iudeos et tunc implebitur
et pugnabit pro eo orbis terrarum contra insen-
satos Et secundum augustinum ad literam secundum similitudinem
legionum milicie mundialis ordinate sunt
legiones angelorum celestis milicie milita-
cium contra legiones demonum Ita omnis mili-
tia constituta est contra adversarios Primo ergo
demones ordinant se ad impugnationem hominum
ita angeli tamquam milites dei nobis in auxili-
um dati contra demones per legiones et acies sunt ordinati

Tunc discipuli omnes Lectio viii
relicto eo fugerunt At illi tenentes
ihesum duxerunt illum ad Caypham principem
sacerdotum ubi scribe et pharisei et seniores conve-
nerant Petrus autem sequebatur eum alonge usque in
atrium principis sacerdotum Et ingressus intro sede-
bat cum ministris ut videret finem Principes autem
sacerdotum et seniores et omne concilium querebant
falsum testimonium contra ihesum ut eum morti tra-
derent et non invenerunt cum multi falsi testes
accessissent Novissime autem venerunt duo

falsi testes et dixerunt Hic dixit Possum destru-
ere templum dei et post triduum reedificare illud
Et surgens princeps sacerdotum ait illi Non re-
spondes ad ea que isti adversum te testificantur Ihesus
autem tacebat Et princeps sacerdotum ait illi
Adiuro te per deum vivum ut dicas nobis si tu
es christus filius dei Dicit illi ihesus Tu dixisti
Verumtamen dico vobis Amodo videbitis filium
hominis sedentem a dextris virtutis dei et venientem
in nubibus celi Tunc princeps sacerdotum scidit
vestimenta sua dicens Blasphemavit Quid
adhuc egemus testibus Ecce nunc audistis
blasphemiam Quid vobis videtur At illi re-
spondentes dixerunt Reus est mortis Tunc
expuerunt in faciem eius et colaphis eum ceci-
derunt Alii autem palmas in faciem eius dederunt
dicentes Prophetiza nobis christe quis est qui
te percussit Postea christi amicis capere et
detinere impetrare ista ut contra dicitur contra ipsi po-
testatem eius adversarii eius detentionem Probaverunt enim Crisostomus
quando ihesus postquam detentus est et ligatus amicis et
quando manus iniecerunt in eum apostoli non fugerunt
sed quando audierunt ihesum post dicere hoc autem totum
factum est quod tamquam latronem comprehendistis me ut
implerentur scripture prophetarum videntes quod vo-
luntarie morti et passioni se tradebat non speran-
tes amplius hunc locum evadere te relicto
eo omnes fugerunt Et quomodo fugerunt omnes
cum Iohannes dicat et sequebatur eum petrus et alius
discipulus Ad quod potest dici quod omnes tunc
fugerunt auxilium vel presidium non prestando
sed non omnes fugerunt corporaliter se absentan-
do vel primo omnes fugerunt sed postmodum
petrus et iohannes qui sunt alii discipuli non
inmediate redierunt vel omnes fugerunt sed isti
duo non ex toto sed aliquantulum longe se
elongaverunt Fugientibus ergo discipulis
cohortes et ministri iudeorum tenuerunt ihesum

Et duxerunt eum ad Caypham principem sacerdotum ubi scribe et pharisei convenerunt. Secundum Iohannem vero duxerunt eum primo ad Annam qui erat socer Cayphe. Ita isti duo scilicet vero Luc. erant principes sacerdotum Annas et Cayphas. Sub principibus inquit sacerdotum Anna et Caypha factum est verbum domini super Iohannem filium Zacharie in deserto. Cum enim unus solus secundum legem deberet esse summus sacerdos tamen orta discordia divisum erat. Et secundum quod dicit Iosephus isti duo ab Herode emerant sacerdotium et unus regebat uno anno et alius alio anno. Cayphas tamen secundum Iohannem erat pontifex anni illius quo passus est Ihesus Christus. Quare autem ductus sit ad Annam primum Augustinus dicit hoc ideo fuisse quia erat socer eius. Unde in signum letitie et quasi victorie volentes ipsi Cayphe placere primo duxerunt eum ad socerum eius. Vel secundum Bedam ut maior crimine videretur esse Cayphas si eum indicatum [illegible] de consilio soceri fecit [illegible]. In domo Anne interrogatus est Ihesus Christus de doctrina et de discipulis eius et percussit eum data est sibi alapa quam ait: Sic respondes pontifici ut Iohannes refert. Quo facto ligatum duxerunt eum ad Caypham, quia in domo Anne dissolverunt eum ut iterum ligatus consisteret ut dicit glossa. Petrus autem sequebatur eum a longe solus propter timorem usque in atrium principis sacerdotum ut videret finem quo videlicet iudicaret pontifex de Ihesu Christo aut quod eum sententiaret ad mortem aut quod flagellis cesum dimitteret. Et principes sacerdotum et omne concilium non intendebant eum dimittere sed potius querebant falsum testimonium contra Ihesum ut eum morti traderent. Et non invenerunt tamen iam multi testes accesserant. Nam secundum Crisostomum falsa testimonia locum habent quando cum aliquo colore proferuntur, et in hoc magna erat perfectio Ihesu Christi quia nec in dicto nec in facto potuit color inveniri ad colorandum mendacia iudeorum. Cum tamen multa libenter fecissent ad placendum principibus sacerdotum tamen novissime venerunt duo falsi testes et dixerunt: Hic dixit possum destruere templum dei et post triduum reedificare illud. Falsum enim dixerunt quia falsum intellexerunt ex dictis Christi acceperunt. Unde autem non incusaverunt eum de solutione sabbati? Videlicet scitus Crisostomus quia multotiens eos confutaverat de hoc [illegible]. Sicut ita principes sacerdotum non invenientes sufficientem causam dampnationis surrexit de loco suo et ait illi [illegible] de lege ut eius responsionem possit calumniari contra eum. Sic et nichil respondes ad ea que isti adversum te testificantur. Et Ihesus Christus tacebat quia ut dicit [illegible] tamquam deus quia quicquid diceret in malum perverterent et calumpniarentur [illegible] principes ait Adiuro te per deum vivum ut dicas nobis si tu es Christus filius dei. Non autem hoc interrogabat ut dicit glossa quod ipso affirmante vellet credere sed ut occasionem condempnandi invenirent. Sed ut essent inexcusabiles et non possent dicere Non dixit nobis quod esset filius dei quod si dixisset credidissemus sibi. Respondit Ihesus Christus Tu dixisti, quod tamen valet quantum ego sum sicut dicit Augustinus unde Marcus tamen valere dicit [illegible], quia ubi Matheus dicit Tu dixisti Marcus ait Ego sum. Et non solum sum filius dei sed et filius hominis et dico vobis quod me tamquam filium hominis videbitis sedentem a dextris virtutis dei et venientem in nubibus celi. In fortitudine eius humanitatem in qua est iustificatus venturus est ad iudicium. Quo audito princeps sacerdotum scidit vestimenta sua dicens Blasphemavit. Erat consuetudo iudeorum cum aliquid audirent contra deum dicere scindere vestimenta eorum zelum eius per hoc demonstrantes et quia

filium dei ihm xpm se dice blasphe[mia]
reputabat ideo ait Quid adhuc egemus
testibus Ecce nunc audistis blasphemiam quid vobis
videtur Qui in omnes inrisantes et disturbantes
et suam presentes iudicauit reum esse
mortis qui est principium vite et magis omnia viuunt
Tunc tali iudicio ab omnibus dato expuerunt
in faciem eius et colaphis eum ceciderunt alii
uero palmas in faciem eius dederunt dicentes
prophetiza nobis xpe quis est qui te percussit Non
enim sufficit erubui enumerare narrare
omnia obprobria et vituperia facta ihesu xpo
que talia nos legentes pro nobis illum fuisse
passum in magnam gloriam et victoriam cum
gaudio et leticia audimus et narrare debemus
Sed hic possunt esse quinque dubitaciones
Prima utrum falsum testimonium semper sit peccatum mortale
Secunda utrum falsi testes fuerunt illi qui dixe
runt quod ihesus xpus dixerat Tercia utrum
princeps sacerdotum peccauit mortaliter adiurando
do ihesum xpm per deum viuum Quarta utrum ad
iurare demones semper sit peccatum mortale Quinta
utrum sit mortale peccatum adiurare demones
ut tollant maleficium quod eorum adiuracione
inductum est Ad primam est dicendum quod sicut
scribit [illegible] custodire innocentem opus
iusticia est Contingit autem innocentem quem
opprimi et solo modo suam per testimonium falsitatis
vel malignum quemquam non per iudicium veritatis
Si ergo aliquis per falsum testimonium potest viam innocentem
custodire et a morte et sola sua ipsum liberare
non videtur esse peccatum ymmo magis meritorium quod ulli
non tale testimonium falsum et alicui prodest et sit
in tali casu falsum testimonium uenialem esse liatum
Ad quod dicendum est quod falsum testimonium ex tribus
habet racionem peccati Primo ex eo quod est contra mandatum
Secundo ex eo quod tollit iusticiam per quo tollit quem
tale testimonium falsum perfertur Tercio ex eo
quod violat iuramentum Nam semper testes

admittuntur iurati Iurat enim veritatem dicere
propter quod si falsum dicunt periuri efficiuntur Ex
primis igitur duobus modis falsum testimonium non semper est
peccatum mortale quia non esset medicamen contra mortale
et falsum testimonium mendacium est medicamen non semper contra
mortale Tamen tercio modo quod si quis ut libe
ret aliquem a sentencia sua iniustitata per falsos testes
et per malum iudicium dicat falsum testimonium
non esset mortale peccatum Sed ex tercio modo semper est
peccatum sicut periurium est mendacium hominis sp mortale
Ad secundam est dicendum quod hanc dubitacionem determinat
sanctus super hunc passum de quo falsi testes dicti
sunt illi si illud dixerunt quod legitur ihesum xpm
dixisse Ad quod respondetur quod falsi testes fuerunt
et quod falsum intellectum acceperunt et quod verba ihesu
xpi mutauerunt et quod aduersa eius aliqua addi
derunt Nam ut sanctus ait falsus testis est qui
non eo sensu dicta intelligit quo dicuntur
Ihesus xpus enim cum iudei peterent signum quam
potestate eiecisset mercatores de templo respondit
Soluite templum hoc ac si diceret Ecce signum
quod hoc templum materiale significat corpus meum
quod est templum spirituale scilicet sicut nulla immun
dicia debet esse in hoc templo materiali sicut
nulla est in templo corporis mei Quod quando
templum corporis mei soluetis vos iudei se
parando animam a carne per mortem et ego viu
tute diuina post triduum excitabo id est ita facia
liter excitabo sicut leo excitat de sompno
Cum igitur illi intellexissent de templo materiali falsum
intellectum dictorum ihesu xpi acceperunt Secundo
falsi fuerunt quia verba mutauerunt Nam ihesus xpus
non dixit possum destruere sed ait soluite
Aliud enim est soluere et aliud destruere Similiter
aliud sonat soluite vos et aliud possum ego
Nam solucio est rei spiritualis sed destructio est rei
temporalis et corporalis et soluite dicebat
in persona iudeorum possum non in persona ihesu
Tercio falsi testes fuerunt quod aduerba xpi

addidimus Xpus namque non posuit post triduum
reedificabo, id est post triduum excitabo, et planum
est quod edificare est rei materialis, excitare non est
rei animalis. Secundum huius ... Secunda est dictum quod omnis
super hunc passum, secundum isto te per d. vi. vii. dicit
non esse licitum aliquem admirare. Patet ei Christi
mo quod vir qui vult semper magis vincere non debet
aliquem admirare, quia si mirare omnino non licet
neque admirare licitum est. Secundum dictum est quod admi
rare non est ad quod per inventa omni nobis
vel aliarum rei suare inducere aliquem ad aliquid
observandum vel dandum vel puniendum vel dictum
Horat dicitur potest contingere p° primo disputationis
et obsecrationis et sic minores possunt admirare
maiores. Sicut nam nostra Raab nuntios admi
ravit exploratores quem missi erant a filiis
Israel quod capta civitate pereos ipsa et domus patris
eius servaret a morte ut patet Josue. Secundo
modo potest fieri primo devotionis et delectionis
et sic equales possunt admirare equales ut amici
amicos sicut quemadmodum Raguel admi
ravit Thobiam ut per duas ebdomadas mo
raretur apud eum sicut scribitur Thob. viii°.
Tertio modo potest fieri primo violentie et coactionis
et sic superiores possunt admirare inferiores
sicut modo Xpo cogit subditum suum et admi
rat ipsum ad dicendum veritatem quam querit.
Quoniam enim hoc solum habet dominium super actus
suos et suorum subditorum, ideo solum per ipsum
et subditos potest cogere ad mirandum. Nobis
primo coactionis admirare et si hoc non
sibi subditos vel superiores sunt admirare,
cogendo vel violentiam volendo inferre pec
caret quia usurparet sibi dominium quod
suum non esset. Cum igitur Xpus principi sacerdotum
subiectus non esset, ymmo magis e contrario
merito peccabat volendo cogere ipsum

christum et admirando eum primo modo violentie
et coactionis. Et hoc est quod dicitur hic Origenes. Non autem
debebat eum ad admirationem principum sacerdotum
inducere quem violentiam passum non dene
gavit se filium dei esse sed ait: Tu dixisti.
Quod tantum valere mostravit verba et quod
dicat: Ego sum, ut patet exposita. Secunda
est dictum quod tribus modis ut dictum est contingit
admirationem fieri, scilicet primo obsecrationis et de
precationis, secundo primo devotionis et delectionis,
et tertio primo violentie et coactionis. Secundis
duobus modis non potest quis admirare de
mones sicut patet quia demonibus ullam reveren
tiam debemus exhibere nec eos in aliqua depreca
tione supra nos aliquid dominium habentes. Nam hoc
spectat ad ydolatriam exhibere reverentiam
contra inbecillis dominus mandatis ut illi qui
paganis se colunt tanquam deum suum in gnatura
et omnes alii plures modo demones admirantes
peccant ydolatriam incurrunt. Similiter nec ad eos de
bemus aliqua devotione sicut quia admirando
reipublice ... esset puniendus qui fidelitatem
et benivolentiam ostendit. Secunda est quod demones
toti generi humano inimici sunt et ob hoc
condatur alia civitas autem primo devotionis
et dilectionis non licet eos admirare. Secunda quod licet
militibus imperatorum contra inimicos reipublice
pugnandis et bellantis imperatoris uti ad effu
gandum eos ne eis noceant, ideo licitum est
expiantibus per virtutem nominis Christi et per signum crucis
et aliud fidei contra ipsos demones admirare,
ne eis noceat corporaliter vel spiritualiter, et omni
die et nocte debent eos admirare dicendo
per signum sancte crucis de inimicis nostris libera nos
deus noster. Et sicut mecum per signum in hoc ut hii qui
me oderunt et confundantur. Tertio modo igitur coactionis
et compulsionis possumus licite demones
admirare in omnibus que pertinent ad nostram

libāroꝝ ne abeis lesām uł offendim̄
Et hoc ē qđ orig̃ dicit sup̄ hūc passū
Ait eni͂ Si quis respiat ihm̄ impan
tem demōibus ⁊ ptatem̄ datem̄ dispℓ
sup̄ demonia qn̄ ait luc̄ x ecce dedi
vob̄ ptatem̄ calcādi sup̄ sꝑētes ⁊ sup̄
om̄ v̄tute inimicoꝝ dicat qđ ſ pta
tem̄ datā a salvatoꝛe lic̄ demōes ad
iurāe ꝑ adiurāe g° demones ut p v̄
tute xpi noīs exeant a corpib̄ obsess
licitū ē ¶ Adquītā ē v̄ltᵃ qđ demōes
adiurāe ad maleficia tollēdū ut eoꝝ
opacōe ⁊ v̄tute tollāⁿ quoꝝ opacōne
ē inductū nō ē licitū qꝛ hoc sine
spali collocucōe ⁊ pācōe fieri nō poss
quā nō licet alicui xpiāᵒ face cū eis
n̄ forte spali ampliō ⁊ cōsiliō sp̄s sc̄i
sicut legit̄ de b̄to Jacobo/ quē cū hmogenes
adiurās demones ut ligatū ad eū addu
cent ⁊ ipi clamātes petebāt a b̄to Jacobo
ne peū cruciarent adiuras ꝑ ap̄lm̄ q̄tus
hmogenē ipm̄ ligarent ⁊ ad se adducerent
sic factū fuit ut ligarent illū qui b̄tm̄
Jacobū ap̄lm̄ ligari p dmōes adiurabat
Cꝫ qꝛ ſ aug̃ ⁊° de trin̄ⁱᵗᵉ deſtor sp̄us
p sp̄m̄ iustū regit̄ ⁊ demōes p anglos
bonos cōpellunt̄ id adiuracōes facte
ut illā maleficia tollant̄ p demones
facta p v̄tute bonoꝝ anglōꝝ ⁊ p exor
cismos ⁊ p alia cōe medicāe ꝛmedia
⁊ min̄a ⁊ p̄tē Quin̄ scᵈ maleficiū de
stru v̄tute xpi ⁊ opacōe anglōꝝ
bonoꝝ de noī orōnib̄ ⁊ ieiuniis et
elemosinis licitū ē xpiānis ⁊ iustus
ecc̄ sicut pat̄ 33 cā q. pᵃ Lectio iiij

Petrus nō sedebat foris i atrio Et
accessit ad eū vna ancilla dicēs
Et tu cū ihū galileo eras At ille ne
gauit corā omnibus dicens Nescio
quid dicas Exeunte aut̄ illo ianuā

vidit eum alia ancilla ⁊ ait hiis q̄ erāt
ibi Et hic erat cū ihū nazareno Et iteꝝ
negauit cū iuramento qꝛ nō noui hoīem
Et post pusillū accesserunt qui stabāt ⁊
dixerunt petro Vere ⁊ tu ex illis es na
⁊ loquela tua manifestū te facit Tūc cep
detestari ⁊ iurare qꝛ nō nouiss hoīem
Et cōtinuo gallus cantauit Et rcorda
tus ē ihūs petrus ūbi ihū quod dixerat
sup̄ qꝛ gallus cantet ter me negabis
Et egressus foras fleuit amare ¶ hic b̄tus
ut sup̄ dicebāⁱ ponit ipius petri triam
negacōe Nam ſ aug̃ int̄ ihū x° cōtuclias
negacō petri facta ē simł tñ cū narracōe
cōtucliaꝝ nō potuit narrari Ideo b̄ts luc̄ qi
anticipādo ꝑius negacōe petri ⁊ post modū
cōtuclias explicat b̄ts nō aut̄ qi ītaplam
do ꝑius cōtuclias ihū x° postea negacōe
petri ponit Mat̄ g° qđ b̄ts petrꝰ sedebat fori
i atrio ꝑius n̄ stabat cū ianua ſ i c° discipł
qm erat notus potifici dixit hostiaře ut
introduceret eū intus i atriū ubi ignis
accēsus erat ⁊ petrꝰ simł cū ministris cale
faciebat se ad ignē ut b̄tus Jo dicit ⁊ Ad
quid aut̄ petrus stabat foris i atrio et
nō appropinquabat ihū qui erat intus in
atrio dᵗ· scꝫ qđ stabat sic foris ut videret
exitū rei uł appinq̄bat ne suspico aliqua
nasceret̄ i ministris qđ eet discipłs Accessit g°
ad eū vna ancilla d· Et tu cū ihū galileo
eras At i° negaᵗ corā oīb̄ꝰ d Nescio qđ dic
Jnq° ſ Greg̃ Demꝰ intellige quāte fragiᵗᵗ
fuiss̄ Nam petrus an̄ xpi ihū flagella
extēdit gladiū ⁊ pcussit potificis seruū
postea videt ihū xpi cōtuclias inliens
voce pcussus dū mori timuit vita negaᵗ
⁊ nō solū semel ſ iteꝝ exeūte illo i ianua
vidit illū alia ancilla ⁊ ait illis q̄ erant
ibi hic erat cū ihū nazareno ⁊ iteꝝ

negavit cum iuramento quod non novi hominem. Non enim secundum Aug. exivit extra ianuam negavit secundo, prius reversus est ad ignem et ibi coram omnibus iurando negavit, quia non putabat sed excusationem suam sufficere negare in secreto et coram ancilla interrogante. Secundo voluit se purgare coram omnibus quando audivit ab ancilla hic erat cum Ihesu nazareno. Vel forsitan quia exivit extra ianuam non audivit quod ancilla dixerat, sed cum reversus fuit ad ignem aliqua vox qui stabant ad ignem dixit petro sicut supra dictum est, et tunc cum iuramento negavit sicut dicit Aug. Et post pusillum quasi intervallo facto hore unius ut dicit Luc. accesserunt qui astabant et dixerunt petro Vere tu ex illis es nam et loquela tua te manifestum facit. Non erat alterius lingue beatus petrus quam illi iudei et ministri iudeorum qui ibi erant quia omnes erant hebrei, tamen quia unaqueque civitas et provincia habet suum modum pronunciandi eandem linguam. Cum igitur petrus esset de provincia galilee sicut alii essent autem nazareus et galileus [illegible] pronunciabat alio modo linguam hebream quam illi qui habitabant [illegible] propter quod dicunt Nam et loquela tua te manifestum facit. Sed quia petrus iam bis negaverat nec penituerat et peccatum repetendo dat incrementum sceleri sicut dicit Rabanus, ideo beatus petrus in hac tertia negatione cepit detestari et iurare quod non novisset hominem, ita quod prima negatio fuit cum simplici assertione, secunda cum iuratione, tertia cum iuratione et detestatione, ita quod mala veniret super eum si sic non esset ut asserebat. Et continuo completa tertia negatione gallus cantavit et recordatus est petrus verbi ihesu quod dixerat prius quam gallus cantet ter me negabis, et egressus foras flevit amare. Et dicit Luc. quod post galli cantum et petri negationem ihesus christus conversus fuit ad beatum petrum et respexit eum, et sic recordatus fuit illius et flevit amare. Sed hic possent esse quinque dubitationes. Prima utrum negatio petri debuit esse trina. Secunda utrum ista trina negatio fuit ante galli cantum completa. Tertia utrum ista negatio debuit fieri magis per interrogationem mulieris quam viri. Quarta utrum

beatus petrus per hanc negationem potuit dapnari. Quinta utrum solum propter respectum ihesu christi petrus fuit salvatus. Ad primam est dicendum quod Aug. in libro de consensu evangelistarum [illegible] assignat de trina negatione petri ut primo dicatur hoc fecisse propter triplicem eius presumptionem reprimendam. Secundo propter eius confessionem triplicem faciendam. Tertio propter triplicem heresim extirpandam. Nam tribus vicibus petrus suam presumptionem ostendit de ihesu christo. Primo Io. 13 cum petrus diceret domino ihesu christo Domine quo vadis. Et ihesus christus dixit Quo ego vado tu non potes me sequi modo, sequeris autem me postea, presumpsit petrus dicens Quare modo non possum te sequi, animam meam pono pro te. Et tunc meruit audire quod cum esset ter negaturus. Secundo Luc. xxij cum ihesus christus diceret Symon symon ecce sathanas expetivit vos ut cribraret sicut triticum. Ego autem pro te rogavi ut non deficiat fides tua. Tunc beatus petrus presumpsit dicens Domine paratus sum tecum et in mortem et in carcerem ire. Ideo tunc similiter meruit audire quod eum ter esset negaturus. Tertio Mat. xxvi et Mar. xiiij cum ihesus diceret Omnes vos scandalum patiemini in me in hac nocte quia percutiam pastorem et dispergentur oves gregis. Tunc petrus presumpsit dicens Et si omnes scandalizati fuerint in te ego nunquam scandalizabor. Propter istam ergo triplicem presumptionem reprimendam ter ihesum christum negaturus erat, quatenus in principe omnibus nobis remedium [illegible] ut nemo audeat de sua virtute confidere [illegible] ut petrus evadere potuit. Secundo propter triplicem confessionem faciendam. Nam in pascendis gregibus ihesus christus tribus vicibus post resurrectionem quesivit a petro eius dilectionem, Io. ultimo, quando ait Symon Iohannis diligis me plus his. Debebat enim gregem suum pascere verbo et exemplo et temporali subsidio. Sicut ergo per trinam confessionem commissum est petro ecclesie regimen, sic per eius trinam negationem repressa est eius temeraria audacia. Tertio propter triplicem heresim extirpandam. Nam secundum Aug. error hereticorum

de ihesu xpo tribus quibus timatur. quod aut
de eius diuinitate aut de eius humanitate
aut de utroque fallitur. Dicendum ergo negatio xpi
per trinam negationem petri intelligitur quod aut est
negatio simpliciter humanitatis aut cum iuramento
ipsius diuinitatis in iuramento eius assumitur
deus in testem aut cum iuramento et detestatione
utriusque humanitatis et diuinitatis. Ad quartum dicendum quod
quod est dubia ut augustinus dicit propter diuersum modum
loquendi euangelistarum. Nam tres euangeliste
scilicet Luce et Johannis videntur concordare in hoc quod pe-
trus ter est negaturus xpm antequam gallus
cantaret. Solus autem Marcus dicit quod antequam bis
se. antequam gallus bis vocem dederit ter me es
negaturus. Si ergo dicimus trinam negationem
petri fuisse completam antequam gallus cantaret
tunc non verum dicit quod bis vocem daret gallus
ante trinam negationem. et si bis vocem dedit ut ait marcus
aut non fuit trina negatio completa antequam
gallus cantaret ut dicunt alii euangeliste. Nolite
autem videre augustinus quod negatio petri incepta
fuit antequam gallus cantaret. sed non fuit illa trina
negatio completa ante primum galli cantum quod inter
primam et ultimam negationem fuit intervallum
quasi hore unius ut dicit alius euangelista. noluerunt
ergo tres euangeliste dicere petrum ter xpm esse
negaturum antequam gallus cantaret quod ante galli
cantum hec trina negatio fuit inchoata licet
non consummata. sed antequam consummaretur gallus
bis cantasse potuit ut dicit Marcus vel in de-
liberatione animi petri antequam galli inciperet
cantare trina negatio completa fuit in omnibus in corde
licet operis non fuit completa ante galli cantum
sicut hoc videmus in illo qui adeo cupiscendo eam
iam mechatus est eam in corde suo quamuis non
in opere ut Augustinus exponit. Et sicut dictum est de hora
sic potest dici de loco quod augustinus videtur dicere quod trina
negatio petri fuit in domo Anne socer Caiphe.
Alii autem doctores dicunt quod fuit in domo caiphe
nam que domus erat contigue in utraque domo
petrus potuit interrogari et interrogatus
ihesum xpm negare. Ad tertium est dicendum quod

pretanto quod est dubia quod ut Beda dicit magis
viri potuit cognoscere beatum petrum cum viderunt
eum cum xpo ihesu ac per omnes eum magis manifestare
quam mulieres et tamen non sic factum est sed primo pauca
las manifestatus est deinde cognitus illius cuius
auriculam petrus abscidit aiunt. dicit ergo te vidi
in orto cum illo ut beatus iohannes ait. Et postquam pauca
lam dictum est Et tu cum ihesu nazareno eras. Istam
ergo causam aliam assignat beda et aliam Remigius. Nam
beda dicit hoc fuisse quod femini sexus videretur peccasse
ut sicut utrumque genus et femininum indiguit et
masculinum ut per passionem xpi redimeretur ita
utrumque ut utrumque in eius morte peccare videretur.
Remigius vero dicit hoc fuisse ad insinuandam
feminini sexus periculosam consuetudinem. Nam multum sunt
periculosa mulierum consortia neque vnquam potest
esse securus cum deo qui feminarum frequentat accessus
unde casso vero sic ancillis cogente petrus negare ihesum xpm
quem ante coram discipulis confessus est esse dei filium
et experto mulierum Salomon dimisso deo viuo
qui in nocte apparens ei dixit pete a me quid
vis et dabo tibi adorauit ydola sindonis et multi
ut dicitur in xv. xpi potentissime fideles et fortissimos
viros diabolus non nisi per mulieres impugnare
consueuit ut dicit Ambrosius. Ad quintum est dicendum
quod Jeronimus dicit super hunc passum quibusdam visum
esse petrum non negasse ihesum xpm. Dixit enim
Nescio hominem istum quem dicitis. Non ergo ait
nescio ihesum xpm esse deum. sed nescio eum
purum esse hominem. sed hoc frivolum est ut ait
quod si petrus ihesum xpm non negauit xpus men-
tus fuit non valebat saltem qui xpm esse
deum non confitebitur cum esse hominem verum
dicimus ergo quod eo modo petrus negando ihesum xpm
peccauit dampnaliter quod predestinatus potest dampnari
Sed predestinatum posse dampnari in sensu composito
est falsum quod simul et coniunctim predestinatus non
dampnatur. sed in sensu diuiso est verum quod pre-
destinatus dum est sub culpa mortali potest dampna-
ri et dum est sub gratia necesse est eum saluari sicut
nigrum potest esse album non quod unum et idem

sit album et nigrum sed idem suscepti quoque est
subalbedine et quoque sub nigredine. Ad v^tum
dico quod istam dubitationem diligenter pertractat Aug. in
libro de consensu evangelistarum dicens corporaliter intelligi non
posse ihesum christum respexisse beatum petrum per visum
respicientem flevit amare propter duo. primo quia quod
beatus petrus ut dicunt ewangeliste stabat foris
in atrio cum ministris, christus non erat in
interiori parte atrii cum pontificibus et specialibus ministris
ubi unus ministrorum dedit sibi alapam unam
et alie contumelie sibi illate sunt. Secundo quia beatus
marcus expresse dicit quod beatus petrus erat in atrio
deorsum et christus erat in atrio superiori. ergo quod christus
in interiori et superiori atrio erat petrus qui erat
exterius et inferius corporaliter respicere non poterat
debeamus ergo sicut augustinus intelligere christum respexisse petrum
illo respectu quo dicitur Respice in me et
miserere mei etc. ita quod subito gratia ihesu christi
ipsum respiciente venit sibi in mentem quotiens christum
negaverat. Et statim recordatus ibi exiens fle-
vit amare quia flere non poterat ut in negationis
tenebris permaneret que lux mundi respexerat
ut dicit Ieronimus. Cap^m xxxviii lectio prima

Mane autem facto consilium inierunt omnes
principes sacerdotum et seniores populi ad-
versus ihesum ut eum morti traderent. Et vinctum
adduxerunt et tradiderunt pontio pilato presidi.
Tunc videns iudas qui eum tradidit quod dampnatus
esset penitentia ductus retulit xxx^ta argenteos
principibus sacerdotum et senioribus dicens peccavi
tradens sanguinem iustum. At illi dixerunt quid
ad nos tu videris. Et proiectis argenteis in
templo recessit et abiens laqueo se suspendit.
Principes autem sacerdotum acceptis argenteis dixe-
runt. Non licet eos mittere in corbanam quia
precium sanguinis est. Consilio autem inito eme-
runt ex illis agrum figuli in sepulturam
peregrinorum propter hoc vocatus est ager ille acheldemach
hoc est ager sanguinis usque in ho-
diernum diem. Tunc impletum est quod dictum
est per ieremiam prophetam dicentem. Et acceperunt

triginta argenteos precium appreciati quem appre-
ciaverunt a filiis israel et dederunt eos in
agrum figuli sicut constituit mihi dominus.
Postquam ewangelista ostendit quomodo ihesus christus est
expositus morti et passioni per iudeos traditos
in precedentibus ut supra dictum est ostendit qualiter
est expositus passioni et morti per pilati
condempnationem et possumus dicere quod novem
fuerunt in pilati condempnatione sicut nove
fuerunt in iude traditione. Primo fuit ipsi christi
presentatio. Secundo pilati diligens inquisitio. Tertio
vero sine premunitio. Quarto ministrorum execratio
et crucifixio. Quinto vestimentorum christi divisio
Sexto solis obscuratio. Septimo mortuorum
suscitatio et monumentorum apertio. Octavo christi
sepultura fidelis preparatio. Nono iudeorum ne
christus resurgeret delusa presumptio. Secundum ibi Ihesus
autem stetit. tertium ibi videns autem illos. quartum ibi
Tunc milites. quintum ibi postquam autem. sextum ibi
A sexta autem hora. septimum ibi Et ecce velum tem-
pli. octavum ibi Cum autem sero factum esset. nonum ibi
Altera autem die. Ad intellectum autem prime
partis est sciendum secundum Crisostomum quod iudei noluerunt
occulte et per se ipsos ihesum christum occidere volentes
gloriam eius detrahere. Nam quia multi sciverunt eius
miracula dicta et facta admirantes ideo
publice coram hominibus et per publicam iustitiam
voluerunt eum mori. Unde dicit ewangelista quod mane
facto consilium inierunt omnes principes sacerdotum
et seniores populi adversus ihesum ut eum morti traderent et vinctum
adduxerunt et tradiderunt pontio pilato presidi. habebant enim iudei
hunc morem ut quem adiudicassent morti
ligatum iudici traderent. Iohannes tamen dicit quod cum iudei
adduxerunt christum in pretorium ut non contami-
narentur sed manducarent pascha id est panes pascha-
les quia agnum paschalem sero comederant.
Unde pilatus exivit foras ad eos et dixit quam
accusationem affertis adversus hominem hunc. Responderunt.
Si non esset hic malefactor non tibi tradidissemus eum. Et
tunc dixit eis Accipite eum vos et secundum legem vestram
iudicate eum. Responderunt. Nobis non licet interficere quemquam.

Quod erat vere in die festo pro sanctitate
et solempnitate diei. Alii vero licebat eis quia
levit xpm mandatum erat eis ut blasphe
mum extra castra adducerent et omnis populus
eum lapidarent. Videns ergo iudas quod xpus dap
natus esset ad mortem per principes sacerdot
prima ductus non enim sed secundum dyabolus eos
quos possidet permittit peccatum videre donec
per eos sit completum et consumatum et retulit
xxx argenteos principibus sacerdotum ut aperte mo
strarent se ex avaricia eum tradidisse. Dicit
Ieronimus tractans super textum hic dicens. propter mea
avaricia non propter suam maliciam eum tradidi
At illi dixerunt. Quid ad nos tu videris. Quid
crisostomus commentator dicit super textum sic dicens. Eximus
reputationis et auctoris videre et reputans
tu aperte nos ut propter tuum dicere ut non dicam
inimicum complicum nostrum et eum quo tamquam reum
tradidisti inno iustum confiteare vel quid
ad nos si iniustus est tu videbis. Dicit alia
littera quod opus tuum quale fuit manifestabit
Nam si benefecisti bonum habebis et si male contra
te et sic erectus es probabit quod non pereun
ras in prima et loco et tempus penitendi non expec
tans sed tristicia et desperacione absorbetur a
dyabolo proiectis argenteis in templo recessit
et abiens laqueo se suspendit Et quod sic tangitur
providencia factum est ut precium salvatoris non precii
tatoribus proveniret auxilium sed peregrinis
requiem instrueret Ideo subditur quod principes sacerdotum
recepto argenteis non miserunt eos in corbam eo quod
precium sanguinis et receptum possessores sanguinis
id non erat ponendum in archa vel in gazophilacio
ubi oblaciones templi reponebantur. Consilio igitur
consilio emerunt ex illis agrum figuli, vel quia sic
ager vocabatur vel quod argillam a figulo eme
batur et hoc in sepulturam peregrinorum ubi sibi pe
regrinum possent sepelire quod sepulturas pater
nas habere non poterant et ideo vocatus est ager ille
lingua hebrea acheldemach usque in hodie hoc
dicimus et vox hec impletum est quod dictum est per sanctum
Jheremiam dicentem. Acceperunt principes sacerdotum
xxx argenteos precium appreciati
quo xpus tamquam aliquid vile appreciaverunt
a filiis israel. Et iuda et complices et dederunt eos
magno figuli sicut constituit michi dominus
i. sed principio adeo facta. Nota hic primum de
quinque dubitacionem. Prima utrum prima iude fuit
deo grata. Secunda utrum desperacio sit species peti in
spiritum sanctum. Tercia utrum eo die quo xpus est
crucifixus laqueo se suspendit. Quarta utrum
prima pecunia recepta symoniace restitu
enda sit ei qui ipsam dedit. Quinta utrum sic
pecunia usuraria sit restituenda ei a quo re
cepta est. Ad primam est dicendum quod prima dei grata
quatuor debet habere. Primo ihesu xpi fidem integram
fiduciam. fundamentum enim integre fidei est xpus
ut verus deus et verus homo. Secundo ministri
apparatum Confessio namque vere penitentis non debet
fieri alieno sacerdoti sed proprio vel aucto superiore
gerenti officium sacerdotis proprii. Non sacerdos debet fi
eri heretico vel excommunicato vel precito ab ecclesia
Tercio debet habere pecti veram ponderacionem. Nam ex
parte sui pector debet ponderare peccatum ut ex ipse meriti
sit dignus consequi veniam et ex parte dei debet pon
derare quod sic ipse propter veniam iniquitates nostras
Quarto ex parte temporis debet habere determinacionem quia in
presenti vita est tempus penitendi et non in alia Iste
quatuor modis vel condicionibus caruit prima
iude. Primo fidei xpi integra fiducia quia non
credidit quod tradidit deum et hominem verum sed sup
illo verbo precium in dicte sanguinis iustum dixit leo papa
quod impie suo perfidia iudas prestitit deum dominum
xpm non filium dei sed solum hominem condicionis
hominem nec communia mortalis sue peccata cre
didit tamen ei placuisset ut manum sic ei omnipo
tenciam non negasset. Secundo caruit sacerdotis
apparacione. Non enim dixit apostolis peccavi tra
dens sanguinem iustum quibus iam deus erat. Non renun
ciavit peccata ue eis sed duobus hiis principibus sa
cerdotum qui iam de sacerdocii dignitate privati
erant et adeo reprobati et tamquam sacrilegi
et excommunicati de ecclesia precitti. Tercio

caruit pcti debita ponderacione Mondauit enim
corpore sui pctm Cayn qui dixit maior est
iniquitas mea quam ut veniam merear Quamuis
enim corpore peccauit potius non merebatur veniam
corpore tamen mie dei nullum pctm est sic grande quod
venia non consequatur Certo caruit tempis
determinacione quia credidit in nuda anima sua sine cor
pe invenire priam Unde supello loco
abiit et laqueo se suspendit dicit Orig quia
credidit preuenire magistrum moriturum et
occurrere ei cum anima nuda ut sic confitens et
penitens tamquam de se ipso fecisset Vindictam
iniam mereretur non tamen invenit quia non quo
niam sunt dei se ipsum expellere debuit vitam
sed expectare dei iudicium ¶ Aduertendum est secundum
quod secundum Aug. pctm in spiritum sanctum est cor impeni
tens quod sex modis committitur primo expectare quod hi
qui per pcta dimittere dimisit per homo non debite
penitere primo non credendo eius iusticiam et sic est
presumpcio secundo non credendo eius miam et sic est
desperacio Propter non eius qui peccat duplex homo potest
non debite penitere primo nolendo plangere peccata
commissa et sic est impenitencia secundo nolendo plan
genda iterum non committere et sic est obstinacio
Propter eciam ipsius pcti duplex potest homo non debite
penitere sicut pctm duobus modis dimittitur
primo fide illuminante intellectum secundo gracia inflamman
te affectum prima tollit impugnacionem veritatis
agnitae secunda aufert inuidencia fraterne gre
desperacio quo qua Judas peccauit est pctm in spm
sctm ¶ Aduertendum est secundum quod licet Jeronimus et multi alii
videantur dicere quod eo die quo Xpc crucifixus est
Judas laqueo se suspendit viso forte terre
motu solis obscuracione et multis aliis mi
raculis que in morte domini ostensa sunt vel forte
quia duas alios recessit postquam fecerat penitendo
volunt Augustinus tamen sub dubio relinquit
quo die vel quo tempore mortuus fuit quia si
dicatur eodem die quo Xpc crucifixus est fuisse mor
tuus cum mane et tota nocte usque ad horam
none pontifices iudeorum fuissent incitati ad
necem domini procurandam non habebant tempus
et spacium congregandi eos in templum et

circumscriptos ibi per Judam proiectos possent recu
pere et consilium habere ut inde emerent agrum
sepulturam peregrinorum potissime cum Xpo
in cruce pendente ipsi assistentes erant et
illuderent ei cum ministris et militibus pilati
post horam non none ihu xpo crucifixo incitati
erant ad celebrandam pascha quod cum esset prima
dies azimorum panes azimos et pascales
tenebantur comedere Propter quod cum non intierunt in
pretorium ut non contaminarentur sed manducarent
pascha die non sabbati non licebat eis pecuniam
tollere vel portare Et ideo secundum Aug. incertum est
quo die vel quo tempore Judas mortuus fuit
conueniens tamen fuit quocumque tempore mortuus
sit ut laqueo se suspenderet quia monstrauit se
odiosum esse terre et celo ut Rabanus dicit ¶ Aduertendum
est secundum quod catholica veritas duas conclusiones tenet
de recepcione pecunie prima est recipere pecuniam vel alia temporalia pro collacione vel administratione spiritualium
vel alia temporalia pro administracione spiritualium sine ministrorum et aliorum spiritualium
pactionis et vendicionis et hoc est illicitum
et symoniace vicium et nec sic vendentes et emen
tes et pacisentes commodum vel patrimonium
decorum neque iniqua reportarent quicquid sic
acceperint pro modo vendicionis vel pactionis
non est vendentibus vel ementibus restituendum
sed in pios usus pauperum tribuendum unde si quis
de una etiam proclamacione prebende nostrum
pecuniam accepisse nec illi cui tamen eis est
restituenda sed de auctoritate superioris vel alterius
eius est tribuenda vel in pios usus expen
denda Unde dicit Aug. quod de simoniaca fac
tum est ut penam salvator non in commodum
ementis vel vendentis ipsum vertet sed in commodum
pauperum expendetur Secunda conclusio est quod re
cipere pecuniam vel alia temporalia pro administra
cione spiritualium causa gubernacionis ministrorum
et sustentacionis est licitum et dei et apli con
cessio Et utraque conclusio probatur prima causa conue
prima et secunda quia probatur multis auctoritatibus et
exemplis ¶ Aduertendum est secundum quod si domini
usurariorum iudeorum vel hereticorum recipiant
aliquid pecunie ab eis vel per modum punicionis
quia forte puniunt eos delinquentes super quibus
inculpati sunt pena pecuniaria vel per modum

extorsionis quia forte violenter quesierat tempus aliquis pecuniam, pro administratione reipublice vel contribucione quia forte habuit apud eos pecunias suas pro omnibus vel de quibus tacite licet non expresse intendunt contribucionem, hec omnibus istis modis si predicti non inveniunt a quibus iniuste vel per usuram usurarum usuras acceperunt in pios usus debent convertere quia nec ipsi receptores possunt retinere, quia constat eos solum de usuris habuisse nec ipsis usurariis debent restitui quia eorum non sunt. Quia si predicte inveniuntur a quibus accepte sunt integraliter restitui debet. Quia talis enim casus de pecunia usuraria expressum fieri non debet.

Lectio secunda

Jhesus autem stetit ante presidem. Et interrogavit eum preses dicens. Tu es rex iudeorum. Dicit ei Jhesus. Tu dicis. Et cum accusaretur a principibus sacerdotum et senioribus nichil respondit. Tunc dixit illi pilatus. Non audis quanta adversum te dicunt testimonia. Et non respondit ei ad ullum verbum, ita ut miraretur preses vehementer. Per diem autem sollempnem consueverat preses populo dimittere unum vinctum quem voluissent. Habebat autem tunc unum vinctum insignem qui dicebatur Barrabas. Congregatis ergo illis dixit pilatus. Quem vultis dimittam vobis Barrabam an Jhesum qui dicitur Christus. Sciebat enim quod per invidiam tradidissent eum. Postquam ennarratum ponit dominum Christi ante pilatum presentacionem, supra ista ut dictum est deducit qualiter pilatus Christum conspiciat diligenter inquirit. Pilatus Christum conspiciat diligenter inquirit secundo, unde ait quod iesus stetit ante presidem, dubitans ante presidem. Ita ut dicit beatus Johannes. Cum Christus presentatus esset pilato in pretorio exivit ipse ad principes sacerdotum foras dicens. Quam accusacionem affertis adversus hominem hunc. Cum tunc dixissent. Si non esset hic malefactor non tibi tradidissemus eum. Videns pilatus quod solum de peccatis legis eum inculpabant puta de violatione sabbati, de destructione templi et quod filium dei se faciebat de quibus peccatis commissis in lege pilatus non multum curabat quia gentilis erat. Ideo dixit eis. Accipite eum vos et secundum legem vestram iudicate eum. Tunc iudei dixerunt. Nobis non licet interficere quemquam. Si vos ipsum

dicitis iudicare quia hunc invenimus subvertentem populum sive gentem a galilea usque huc et prohibentem se facere pro sibi tributa dari cesari et se Christum regem esse. Luce 22. Pilatus autem audiens galileam nominari scivit eum esse de potestate herodis misit eum ad herodem. A quo cum Christus fuisset interrogatus et nichil respondisset, illusum et irrisum remisit eum ad pilatum. Postquam cum fuisset adductus dimissis omnibus accusacionibus populi facit inquisicionem utrum esset rex, quia videbatur derogare cesari quod eo vivente alius diceret se esse regem. Unde interrogavit eum dicens. Tu es rex iudeorum. Cui Jhesus Christus respondit illud quod scribitur Johannis xviii. A temetipso hoc dicis, vel alii tibi dixerunt de me. Cui pilatus. Numquid ego iudeus sum. Gens tua et pontifices tradiderunt te michi, quid fecisti. Christus autem non respondit ad hoc dictum, quid fecerat, sed ad primam questionem an esset rex iudeorum dicens. Regnum meum non est de hoc mundo. Nam si de hoc mundo esset regnum meum ministri mei utique decertarent ut non traderer iudeis. Nunc autem regnum meum non est hinc. Quod audiens pilatus dixit. Ergo rex es tu. Et Christus ait quod dicit beatus Augustinus. Tu dicis. Ac si diceret ego dicam tuum affirmo quia ad hoc natus sum et ad hoc veni in mundum ut testimonium perhibeam veritati. Et cum pilatus quereret quid est veritas, non expectavit responsum forte propter clamorem populi [illegible] ut dicit beatus Lucas similiter [illegible] sed exivit foras ad iudeos dicens. Obtulistis michi hunc hominem, ego non invenio in eo causam, sed neque herodes. Nam remisi illum [illegible]. Causa enim non dixerat Jhesus Christus se esse regem terrenum sed celestem non curavit pilatus de illo regno. Et tunc cum coram populo accusaretur a principibus sacerdotum et senioribus, Jhesus Christus nichil respondit eis. Itaque tunc pilatus coactus fuit dicere sibi. Non audis quanta adversum te dicunt testimonia et ad hunc non respondit ad ullum verbum ita ut preses vehementer miraretur. Pilato non respondit ut dicit Johannes quia cum uno verbo posset dissolvere omnia dicta accusancium sicut erant frivola sed facere noluit quia sic forte fuisset et passio sua impedita et salus humani generis non completa. Unde hoc mirabatur pilatus videns eum morti condicionatum per iudeos

et tamen videbat eum mortem non recusare sed tranquilla mente exspectare. ideo pilatus excogitavit aliam viam ad liberandum eum. per diem solempnem pasche consueverat dimittere iudeis unum vinctum quem voluissent. et tunc specialiter habebat unum vinctum insignem famatum in omni malo, qui propter homicidium positus erat in carcerem, ut dicit alius evangelista. et alius dicit quod erat latro. Cogitavit ergo pilatus, ex quo per viam mea non possum eum liberare, liberabo eum per viam donationis et liberationis pro solempnitate festi, et ut nullam causam excusationis iudeis relinqueret dimittendi eum in comparatione ihesu christi manifestum homicidam adduxit eis qui vocabatur barrabas. Congregatis ergo eis dixit pilatus. Quem vultis vobis dimittam barrabam an ihesum qui dicitur christus. hoc autem dicebat pilatus quia bene sciebat quod iudei non propter aliquod maleficium sed solum propter invidiam tradidissent eum, unde ex hoc magis conabatur ad liberationem eius sciens eum innocentem pati. Sed hic possunt esse quatuor dubitationes. Prima utrum iudex possit inquirere et iudicare personam non sibi subiectam. Secunda utrum iudex possit non sibi accusatum iudicare. Tertia utrum accusatorem debeat precedere caritativa correctio. Quarta utrum accusatio ihesu christi fuerit in suo ordine formata.

Ad primam est dicendum quod iudex est minister legis. lex autem cum sit quedam regula qua regulari debent obliqua vim coactivam debet habere ad constringendas partes puta accusantem et accusatum, et quia cogi non possunt nisi inferiores, ideo iudex inquirere debet nec personam iudicare potest nisi super subiectos sibi et inferiores eo. Quinque tamen modis potest aliquis subici alteri et esse illo inferior. Primo ordinaria iurisdictione sicut ordinarii qui funguntur publica potestate in subditorum suorum. Secundo commissione sicut legati accipiunt potestatem super non eis subiectos per delegationem et commissionem aliorum causarum. Tertio divina revelatione sicut daniel inquisivit et examinavit illos duos presbiteros qui tamen non erant sibi subiecti sicut patet danielis 13. Quarto delicti perpetratione sicut si aliquis subditus alterius domini vel exemptus committeret furtum vel homicidium in diocesi vel dominio alterius ratione sceleris perpetrati efficitur eius in cuius dominio peccatum commisit.

Quinto propter voluntatem obligationem sicut illi qui compromittunt in aliquos arbitros pena imposita facta compromissione constringuntur stare iudicio illorum et sic ihesus christus propria voluntate subposuit se inquisitioni et iudicio pilati qui tamen non erat sibi subditus.

Ad secundum est dicendum quod accusatio non est necessaria in delictis et peccatis que debet princeps iudicare vel punire ad penam. Sed nullus debet iudicari vel puniri ad mortem vel ad penam si est peccator occultus sine accusatione et dico si est occultus. Quia si est manifestus et notorius ipsa notitia et diffamatio publica locum accusatoris habet ex qua statim iudex potest inquirere si sit innocens vel fama laborat ad iudicium potest procedere ut dicitur ii causa q. prima quod manifesta peccata sine accusatione iudicari possunt quia evidentia perpetrati sceleris non indiget clamore accusatoris. Sed peccator occultus ut dicebam sine accusatore iudicari non debet. Quod probatur humana et canonica scriptura. Nam actuum 24. festus presidens cesari imperatori cum loquitur de paulo sibi presentato dixit. Non est consuetudo romanis dampnare aliquem hominem prius quam ille qui accusatur presentes habeat accusatores locumque defendendi accipiat ad abluenda crimina que ei obiciebantur. Secunda non causa q. prima dicitur quod nichil contra quemlibet accusatum absque legitimo et idoneo accusatore fiat. quia dominus noster ihesus christus iudam furem sciebat sed quia non est accusatus non est ab eo eiectus. hac de causa pilatus ihesum christum sibi pro iudeis presentatum iudicare noluit. unde ait. Quam accusationem affertis adversus hominem hunc.

Ad tertiam est dicendum quod duplex est inter proclamationem et denuntiationem et accusationem. quia proclamatio fit ad proximi emendationem de quibusdam levibus peccatis, quorum proclamatio non facit ad diffamationem proximi proclamati sicut religiosi proclamant se ipsos in capitulis de fractione silentii vel nimis inordinate

peccatis et de aliis levibus que sibi reducit
ad memoriam ut de preteritis doleat et de futuris
caveat denunciacio non fit de gravioribus
peccatis et mortalibus tamen que non vergunt in detri
mentum reipublice et tocius communitatis sed soli
in malum et nocumentum peccantis ideo soli denun
ciantur ad correctionem et emendacionem denunciati
Sed accusacio fit de talibus peccatis que sic sunt
extrema et enormia quod bonum commune et respu
blica propter hoc leditur vel destruitur / et quia bonum
commune est preponendum singulari particulari bono
ideo in accusacione non intenditur accusati emendacio
vel fame eius conservacio sed intenditur eius
punicio ut convictus per testes ipse puniatur
et respublica salvetur Et ista est causa quare in me
denunciatum non est scribendum sed in accusacione sic
Sic dicitur extra de accusacionibus et inquisicionibus
quod cum crimen in modum denunciacionis opponitur
non est necessaria scripcio / sed cum per modum accusacionis
opponitur scribi debet. Dicimus ergo quod sicut
correccio que fit propter fratris emendacionem et fame
eius conservacionem in proclamacionibus non debet
precedere quia tales proclamaciones non sunt ad
fame fratris lesionem sed ad quandam eius
de quibusdam levibus recordacionem / unde sicut
correpcio debet denunciacionem precedere in accusacionibus
quia tales incusaciones non sunt ad fame con
servacionem sed ad reipublice salvacionem Sed denun
ciacionibus bene sicut correpcio debet precedere
quia in talibus intenditur et denunciati emendacio
et cum hoc fame eius conservacio / ita quod in procla
macionibus non necessario precedit propter levitatem
et in incusacionibus propter gravitatem / Ad quartum est
dicendum quod sicut dicitur in capitulo quarto supra tribus modis
accusacio redditur iniusta primo propter calumpni
am cum falsa crimina incusato ponuntur
Licet enim accusacio fiat ut in bonum commune
conservetur nullum tamen bonum est servandum vel
procurandum falso modo et cum iniusticia incu
sati Secundo propter prevaricacionem quando aliquis
iuvat contrariam partem ut si quis incu
satus est de vero / et hic monet aliam partem
et dicat incusatum esse de falso et similiter si

incusatus est falso modo et aliquis dicat vere esse
incusatum tunc enim prevaricacio talis iniustam
reddit incusacionem / Tercio propter tergiversacionem / quando quis
videns illa de quibus incusavit vel esse frivola
vel non posse probare ab accusacione omnino desistat
Istis tribus modis incusacio Ihesu Christi fuit iniusta primo
calumpnia quia falsa crimina fuerunt sibi imposita
Unde supra primo verbo Luce 23 Hunc invenimus subvertentem
gentem nostram et prohibentem tributa dari Cesari dicit glossa quod manifeste
utrumque istorum falsum fuit quia tributum non prohibuit
dari Cesari / ymo dixit Reddite que sunt Cesaris Ce
sari et que sunt Dei Deo. Et gentem et populum non subvertit
ymo cum turbe eum voluissent rapere et facere regem
ipse fugit in montem et abscondit se ab eis /
Secundo prevaricacione quia dicebant eum vere incusatum
cum tamen constitit esse modo falso / quod patet quia dixerunt
Si non esset hic malefactor non tibi tradidissemus eum / Incusa
bant ergo eum ut malefactorem Sed secundum Augustinum querendi
erant a spiritibus immundis liberati ceci videntes
mortui resurgentes claudi ambulantes sur
di audientes an sit malefactor dominus Ihesus
Tercio tergiversacione. Nam super isto verbo Et cum
accusaretur a principibus sacerdotum et senioribus nichil respon
dit dicit glossa quod ideo Ihesus Christus accusatoribus nichil respondit
quia sic erat frivola que dicebant quod uno verbo
delevisset totum / et sic ab accusacione destitissent
ac propter hoc passio eius fuisset impedita que a cari
tate fuit acceptata   Lectio iij
Sedente autem eo pro tribunali misit ad eum
uxor eius dicens Nichil tibi et iusto illi multa
enim passa sum hodie per visum propter eum Principes
autem sacerdotum et seniores persuaserunt populis ut pe
terent Barrabam Ihesum vero perderent Respondens autem
preses ait illis Quem vultis vobis de duobus
dimitti. At illi dixerunt Barrabam Dicit
illis Pilatus Quid igitur faciam de Ihesu qui dicitur Christus
Dicunt omnes Crucifigatur. Ait illis preses
Quid enim mali fecit At illi magis clamabant
dicentes Crucifigatur. Videns autem Pilatus quod
nichil proficeret sed magis tumultus fieret accep
ta aqua lavit manus coram populo dicens. Innocens ego
sum a sanguine iusti huius vos videritis Et
respondit universus populus dicens Sanguis eius super
nos et super filios nostros. Tunc dimisit illis

barrabam, Ihesum vero flagellatum tradidit eis
ut crucifigeretur. Posita pilati intercessione hic
enumerat tercio ponit eius sententiam contra Ihesum Christum pronun-
ciatam, unde ait quod sedente illo pro tribunali in sede
ubi sententiam dare debebat pronunciatam. Nota secundum Rabanum
Tribunal est sedes iudicis, solium vero est sedes
regni et cathedra est sedes magistri. Sedente
ergo pilato pro tribunali uxor eius misit ad eum dicens:
Nichil tibi et iusto illi, multa enim passa sum hodie per vi-
sum propter eum. Hic enim ut dicit Rabanus uxor pilati in visi-
one et in sompnis intellexit de Ihesu Christo quod esset
iustus, et iudei quod iudei non credere nec intelligere
voluerunt. Propter quod sequitur: principes autem sa-
cerdotum persuaserunt populo ut peterent barrabam, Ihesum vero per-
derent. Rogo mali arguitur eorum malicia quod
sola invidia obcecati pervertunt populum et concitaverunt
fuit adversus Ihesum. Quod intelligens pilatus ait illis:
Quem vultis de duobus vobis dimitti? Dixit enim hoc pi-
latus volendo satisfacere uxori et videns
ad peticionem populi in qua opera tamen cum pro populo erat dimit-
tere in festo barrabam et Ihesum Christum sed populus persuasus
per principes sacerdotibus dixerunt Barrabam. Et ideo ut
Origenes dicit gens iudeorum in hunc diem sediciones
mors et latrocinia habent et intus in anima et similiter
quia ubi non est Ihesus Christus liberans et purificans et est ibi
Barrabas solutus et ille Christus ligatus, et ubi populus
est et requiescit Ihesus Christus solutus et barrabas ligatus.
Et quia pilatus putabat Ihesum Christum iustum et hoc
ostendebat ex dictis rationibus nolebat eius verecundiam
et verecundiam mortis quam latronibus petierunt et non
Ihesum Christum ait: Quid igitur faciam de Ihesu qui dicitur Christus?
Ac si diceret: Ex quo latronem petitis liberari iustum et
sanctum et salvatorem multo magis debetis absolvi.
Qui nullam verecundiam sentientes commoti dixerunt:
Crucifigatur. Et cum videret pilatus quod diceret enim
mali fecit illi magis eorum iniquitas iniquitatem mul-
tiplicaverunt dicentes: Crucifigatur. Videns autem
pilatus quod nichil proficeret sed magis tumultus fieret quia conabatur
innocentem ad liberandum eius sed magis tumultus
fieret in populo erat mos erat antiquitus volentibus
ostendere eorum immunitatem a peccato accepta

aqua lavit manus coram omni populo dicens: Innocens
ego sum a sanguine iusti huius, vos videritis. Ac si diceret:
Ego iusticie legem sum, lex vera clamans et testi-
ficans contra eum infestat ipsum non ego innocens
iustum est quod punitur. Respondens autem dixit universus
populus dixit: Sanguis eius super nos et super filios
nostros. Magno onere impetus eorum malicie qui
non solum in se sed in natos suos eorum
maledictionem optat devenire. Quam sententiam Christus
non approbavit quia multos ex eis filios sal-
vavit ut paulum et multos alios conversos
predicatione passionis sue ut Crisostomus dicit. Videns
pilatus ut dicit alius omnino magis dedit principatum ho-
nores satisfacere populo quia barrabam dimisit
eis solutum, Ihesum vero flagellatum tradidit eis
ut crucifigeretur. Regula nota forte quod pilatus
erat iniustior [?] sancitum est ut qui deberet
crucifigi prius deberet flagellari ut Iohannes dicit.
¶ Sed hic possunt oriri quedam dubitationes. Prima utrum
demones procuraverint Christi passionem impedire.
¶ Secunda utrum pilatus conatus fuit Ihesum Christum
a morte liberare. ¶ Tercia utrum quod pilatus
Christum liberare voluit possit excusari a peccato ex
a parte. ¶ Quarta utrum iudei peccaverunt condempnan-
do ad mortem quem sciebant innocentem si peccatum
sit coram eo cum esse nocentem. ¶ Quinta utrum iu-
dei peccaverunt liberando innocentem si peccatum sit
coram eo quod sit nocens. ¶ Ad primam est dicendum
quod sancti patres qui erant in limbo cum magno desi-
derio passionem Christi et mortem expectabant. Et
ratio est quia debitum pro peccato Ade racione cuius
in limbo detinebantur nullus alius poterat sol-
vere nisi Christus et Christus omnibus peccata in cruce tu[lit]
non potuit solvere nisi per mortem quia per mortem
suam hominem redemit. Ergo se iusti mortem eius
liberari credebant. Ergo Christo tradito pilato
et morti propinquo aliquam spem gaudii et leticie
sanctis patribus qui expectabant monstravit. Quod
demones percipientes qui mortem Christi [illegible]
dubitantes se per ea predam dependitam volunt
eius mortem impedire duplici modo: primo per
iudam, secundo per uxorem pilati. Per iudam

quod q supi° ubo patam tdeo sag inst
dr Remigius q dya9 ingressus i iudas
presto sibi fuit 2 ipm inhitamit donec
ihus xpc tradit9 fuit pilato postmo
no recessit ab eo ut pciam agens 2 ar
gentos reddens pncipib9 sacdotu desistit
p hoc ihm xpm incusare 2 sic ei9 mor
tem no peciit p vxorem no pilatu
q sr° ubo Sedente eo p tribu° misit ad
eu vx e d michi t et dicit Raba9 q
intelligens p ihm xpm sua spolia amis
sua ee sicut p° pmllierem morte intu
lerat homi sic pmllierem voluit ihm
xpm de manib9 iudeorum libare ne per
morte ihu xpi mortis amitteret impiu
Tercia pars e dd^m q s Aug9 pilatus certu
conatu 2 diligencia apposuit ad libacone
ihu xpi p° p tiorem iudeorum nequaq
ayultu ei de timore iudeos accepte ut co
sentire maliciae 2 nequicie accusancium
Vn supi° ubo Querebat ei q p inuidia
trad e dicit Aug9 q tn qr pilatus
conabat ad libacoz ihu xpi erat q sue
bat q sola inuidia 2 nequicia no iusticia
iudei moueban cot eu P° ppt tiorem
eius innocencie Na audito pilat9 ubo
ihu xpi ppterea qui me tdidit t manus
pctm ht dicit bte Io q exinde qrebat
pilat9 dimitte eu Sup q° ubo dr Aug9
q lz pilat9 noluit ihm x° dimitte tu
tn ex toto deliberauit ne videret consentire
i morte innocentis Tercio ppt tiorem
eius diuine potencie Na cu Io 19 iudei
dixissent nos lege hem 2 s lem d3 mori
q filiu di se fecit pilat9 cu audisset
huc sermone mag9 timuit putans ei
fore ro° q eet filius dei p° eo timens dei
filiu volebat eu libare s furor iudeorum
pualuit ut dr Crisos Quarta e dd^m q
pilatus excusari no debz dpto sinando
ihm xpm ad mortem no obstante q vo
luerit eum libare ppt illa tria supi9 dca

p° dd ppt° insufficienciam q no fecit totu qd
potuit ad libacoz ihu xpi Cu em x° ad suffi
cienciam 2 sufficient audisset q ei9 regnu no eet
de h° mudo 2 q ad hoc venat ut testio ph
beret vitati 2 q nullam ptatem hret u sibi
datu fuisset desup statim hijs auditis debu
isset ipm dimisisse quod no fecit sz itez
infinuit in ptoriu sequens impetu 2 furo
rem iudeorum 2 hr erat q firmu 2 stabile
iudiciu no hebat n firmauat sibi de ihu x°
ad libandu eu sz flectebat ad diuisa ut Crisos
dr P° ppt ppli complacenciam q in sinando eu
no iusticiam sz mag ppli complacenciam respex
Vn supi° ubo iij x° pilat9 at volens satisfac
ppl° dimisit ill bar ihm no tdidit ut crucifige
dr Theophilus q pilat9 voluit satisfac pp°
mags q deo 2 plus respexit ppli bnplacitu
2 volutate q iusticie eqitate 2 h° sh pcto
fieri no pt Vn Exo 23 scribi n iudicio
plimorum acquiesces sine ut a veritate devies
Ad qrtu e dd^m q mta similia 2 cano 2 dca
comunia doctorum videt hre conclusiom tenere
q iudex no pt occidere innocente si i foro
iudicio 2 s ordine iudiciale tora eo pbatur
nocens q si iudex grens vice psone publice
no tenet s ordine iur s pbata 2 allogata
suare posset sibi dimitte nocente sd innoce
tem 2 p ons pmxome iudiciu Ad hoc simili
facit dcm Aug i qibz licencia 2 po 21 q 4
du ho iuste occidit no tu occidis eu sz lex
planu e aut q innocens iuste occidit ex quo
ordie iudicario pbatu e q sit nocens 2 confir
mat p dcm Ambr in ca 9 8 Bonus iudex
n ex arbitrio suo 2 domestice volut pfectate
sz iux lege 2 iura pnunciat Qz si sic dicat
Quid dicit de pilato q iudicauit ihm xpm
innocentem s ordine iudiciariu s allegata
2 pbata qimo licz9 allegata 2 pbata sciret
ipe ee falsa Vn plures dixo ego i eo no
inuenio causam s vera q falsas cas 2 falsa
testimonia planu est q inuenit puta q

Tco p tiorem rsa wenr Cu em iudei dixissent Io 19 Si hunc dimit no es amic9 cesar q ois q
se rege fa co cesari 2 nos aliud rege no hem9 n cesare statim hr p moc audito pilat9 flagellatu ihm
tdidit iudeis ut crucifigeret q ut Aug9 dr maic visus fuisset cesari aduisari si iudeis petentib9 nolle
aliu rege n cesarem aliu rege velle ipis pficere 2 hr no licebat facere q ut Aug9 ibi dr pp tiorem
supior ptate hoim innocentem pstitum iudeo occidere no dz vij 2 si a tato pilat9 excusari potuit no dz
tn excusari a toto Sequitr Ad quarta e dd^m 2 col

vsurpare sibi nomen regis / et quod subuertisset populum
et quod prohibuisset censum dari cesari propter que omnia
planum est quod secundum leges debebat iudicari si vera
fuissent. Dato ergo quod pilatus non peccasset condemp
nando ihesum xpistum ex aliqua timore vel timore tamen
diceremus eum immune a peccato ex hoc solo quod in
nocentem occidit probatum tamen coram eo nocentem
puto quod ex quo sciebat ihesum xpistum esse innocentem ut
persona priuata et ut sic sciebat falsa esse que contra
ipsum inducebantur quantumcumque ut iudex probatum
esset coram eo eum esse nocentem propter hoc solum peccauit quia
contra suam conscientiam ipsum condempnando / et eodem modo
puto quod quilibet iudex peccat contra conscientiam condemp
nando innocentem probatum per falsa testimonia coram eo
esse nocentem / Sed quod multipliciter probatur. Primo quia
quia ista duo simul stant quod lex permittens vel pre
cipiens aliqua fieri sit inculpabilis et iusta
et tamen faciens illud quod lex permittit vel precipit
sit culpabilis et iniustus. Sicut expresse dicit
augustinus primo de libero arbitrio quod lex permittens occidi
hominem volentem me occidere inculpata et iusta est
tamen ut ibi dicitur si occido volentem me occidere in
culpatus non sum neque iustus. Constat ergo quod lex
mandans occidi conuictum per ordinem iudiciarium
iusta est et inculpata tamen condempnans eum sic con
uictum ex quo constans est quod iniuste et falso non sit
conuictus culpabilis erit. Secundo quia talis non sequitur
intentionem legis quamuis sequatur uerba legis. Nam cum
lex mandat iudicandum esse secundum ordinem iudiciarium
secundum allegata et probata esse vera non falsa ex quo ergo
iudex sciat qualitercumque siue ut persona priuata
siue ut publica falsa esse que obiciuntur in causa /
non agit contra intentionem legis tenendo non sentiendo
quia ut dicitur in rubrica consulti in principio digestorum scire
leges non est uerba earum tenere sed sensum vim et
potestatem. Tertio quia iudex est quedam lex animata
sicut lex scripta quedam lex inanimata. Non iudi
caret innocentem in tali casu in quo sciret falso
modo probatum eum nocentem quamuis lex inanimata casum
non potuit preuidere sic iudex qui est lex animata
et hoc casu iudicare non debet / Certo si pla
net nocens et iudex credit sic esse quod nocens

esset peccaret eum liberando quia ageret contra
conscientiam suam et contra ordinem iudiciarium ut in
dicando hominem ad mortem quem iudex per pro
bata et allegata habet esse dignum mori
ex quo credit hec probata et allegata esse vera
nec peccat ipsum condempnando / et secundum hoc puto quod
omnia iura et dicta sanctorum intelligenda sunt
quia tunc iudex non peccat occidendo hominem
secundum ordinem iudiciarium per allegata et probata
quando secundum suam conscientiam nescit utrum hec sint falsa.
Ad quartam est dicendum quod iudex qui est superior et qui est
conditor legis qui non subiacet legi ut dicitur
in prohemio digestorum / quamuis uero iudex est sub
peccato altius et iustus legislator et talis bene
subiacet legi quia secundum augustinum in de vera religione
licet antequam lex condatur homo non subiciatur
legi. postquam tamen lata est non licet hominibus qui
subiciuntur legi preter legem agere maxime
preter vim et potestatem legis. Si igitur coram illo
qui non est subiectus legi probetur innocens esse
nocens et conscientiam habeat falso modo hoc esse
probatum tunc eum liberare quia ille non facit
violentiam legi. Si vero coram inferiore iu
dice sic probetur puto quod non debet eum
liberare si tamen non debet eum condempnare propter illa
que dicta sunt sed sententiam debet differre et conde
super examinare testium et veritatem inquirere
vel ad superiorem ipsum remittere vel suo officio
cedere / quia potius sui honoris et sue utilitatis
quam conscientie remorsum et detrimentum sustinere debet.

Tunc milites presidis — lectio iij.

Tunc milites presidis suscipientes ihesum in pretorio congregauerunt
ad eum uniuersam cohortem et exuentes eum
clamidem coccineam circumdederunt illi. Et
plectentes coronam de spinis posuerunt super
caput eius et arundinem in dextera eius. Et
genu flexo ante eum illudebant dicentes
Aue rex iudeorum. Et expuentes in eum
acceperunt arundinem et percutiebant caput
eius. Et postquam illuserunt ei exuerunt
eum clamide et induerunt eum vestimentis eius
Et duxerunt eum ut crucifigerent. Exeuntes
autem inuenerunt hominem cyreneum nomine

Simonem hunc angariaverunt ut tolleret
crucem eius. Et venerunt in locum qui dicitur golga
tha quod est calvarie locus. Et dederunt ei
vinum bibere cum felle mixtum. Et cum gus
tasset noluit bibere. Data sententia a pilato
et posita per ipsum ihesus condempnatione per ipsum
ut dicit dyonisius carthusiensis postquam miseriis crucia
bus ait quod tunc lata est sententia ut crucifigeretur
milites pilati congregaverunt ad ipsum cum univer
sa cohorte. suspicientes eum in pretorio. Et quia
ut jeronimus dicit regem se fecerat iudeorum vel saltem
principes sacerdotum per hunc hoc sibi obiece
rant. ideo milites eum exponentes vestibus propriis
et illudentes ei clamidem coccineam vel pur
puream vestimentum circumdederunt ei. Et quia
tali veste reges veteres utebantur ut jeronimus dicit
et plectentes coronam de spinis posuerunt
super caput eius et propter regalem arundinem
in dextera eius. Et genu flexo illudebant ei dicentes ave
rex iudeorum et conspuentes in eum acceperunt
arundinem et percutiebant caput eius. Sed certe
non christiano nulla cura esse debet si ubi aliquo
obprobria et contumelias patiatur quando ille christus
hec omnia passus est. Unde dicit beatus petrus prima petri quarto capitulo
christo igitur passo in carne vos ea
dem cogitatione armamini. Postquam autem illuserunt ei
exponentes eum clamide et induentes vestibus eius et duxerunt
eum ut crucifigerent. Quare autem iudei cum illuderent et conspuerent
illum vestibus non induerunt propria veste sed prima quam propter iniuriam
contrariam acceperat. cum non crucifigeretur propria veste
et proprium ornamentum accepit. quia statim ipso
crucifixo elementa turbata sunt et suo creatori dant
testimonium omnes creature. Et quia christus non solum
pro una gente vel populo sed pro toto mundo passus est
ideo non sub tecto vel in templo passus est sed
extra civitatem. Et sequitur quod subditur. Exeuntes extra ci
vitatem homines cyreneum venientem sibi obviam
nomine Simonem. Non erat autem iste peregrinus
tantum set ut dicit remigius. sed factus et tamen
civibus scilicet et domesticis fidei. Hunc igitur angariaverunt
ut tolleret crucem eius. Erat enim tunc lignum
crucis portare magnum obprobrium et verecundia vel ideo invenientes aliquem

portare volentem coegerunt illum peregrinum
ad portandum. Beatus tamen johannes dicit quod ihesus baiulans
sibi crucem quando ducebatur ad crucifigendum. Cum non con
tradicunt alii evangeliste qui dicunt symonem fuisse
ad portandum angariatum. quia quando ihesus christus exivit
de pretorio pilati ipsemet portabat sibi crucem
postmodum vero eundo per viam angariatus est symo
ad portandum. quia flagellis et vulneribus debilis factus
erat ad portandum ut veniret ad locum prenomi
natum. Ideoque venerunt ad locum qui dicitur golgatha
et est nomen syrum quod interpretatur calvarie eo quod
in dicto loco truncabant capita decollandorum
et dampnatorum. Notandum autem quod cum crucifigeretur ihesus christus
conspectus fuit a mulieribus que sequebantur eum plan
gentes dicens filie ierusalem nolite flere super
me sed super vos ipsas flete quod mathus non nar
rat. Crucifixo igitur christo ut beatus johannes dicit
ad hoc quod scriptura impleretur dixit Sitio et tunc
vas aceto plenum obtulerunt ori eius. Et
beatus mattheus dicit quod dederunt ei bibere vinum cum felle
mixtum. Et beatus marcus ait quod mirratum vinum
dabant. Et beatus mattheus ait quod cum gustasset
noluit bibere. Beatus vero marcus ait quod non
accepit quod est verum cum non accepisset ad bi
bendum. Et beatus mattheus dicit quod gustavit sed noluit
bibere quod idem importat. nec est diversitas in hoc
quod dicitur quod vinum cum felle vel mirratum seu
acetosum quia forte acetum fuit cum felle et
mirra et sic potius est vinum amaritudinis vel
utrumque potuit esse ut augustinus ait quod alii acetum
aliqui vero vinum cum felle. alii vero mirratum
vinum obtulerunt ori eius. Deinde crucifixo christo
Johannes dicit quod matrem discipulo commendavit dicens
Ecce mater tua et ex illa hora discipulus accepit
eam in suam matrem. Sed hic possunt esse
septem dubitationes. Prima utrum convenientius fuerit
ihesum christum crucifigi per gentiles magis quam per iudeos.
Secunda utrum iudei plus peccaverunt in morte ihesu
christi quam pilatus et milites eius. Tercia utrum
occidendo aliquem volentem occidi et petentem
necessaria sit petitum homicidium. Quarta utrum
in loco ubi ihesus christus crucifixus est sepultus
fuerit adam primus homo. Quinta utrum

tongremu fuit ihm xpm corona spinea co
ronari. Sexta iniuria congruu fuit ihm xpm
sua matris virginis beate i[n] tre ei[us] discipulo
commendari. Septima iniuria congruu fuit ihm xpm
sua cruce portare vel symone ad portand[um]
angariare. Ad p[ri]ma e[st] dicendu[m] q[uod] si considerem[us]
ihu xpi passionis efficacia[m] et iudeor[um] nequicia[m]
conveniens fuit ihm xpm crucifigi p[er] pilatu[m] et
ei[us] milites mag[is] q[uam] p[er] iudeos. Na[m] ut passio
ni[s] xpi debuit correspondere itui p[re]dicacionis ei[us]
s[ed] itus p[re]dicacionis ihu xpi p[ri]mo manifestata e[st]
iudeis q[uia] angeli a[n]i[m]us credentium expectacionem
xpi et ap[osto]lor[um] i[n] ih[e]r[usa]l[e]m valde ut d[icitu]r act. 2o, 4o
medio no[n] derivata e[st] i[n] gentiles vn[de] dicunt
beatus paulus et barnabas vobis oportebat p[ri]mu[m] p[re]dicari
verbu[m] dei s[ed] q[uia] vos repulistis illud ecce con
tin[u]o ad gentes. Sicut ergo itus passionis x[pist]i p[ri]mo
manifestata e[st] i[n] iudeis et p[ri]mo modo i[n] gentilib[us]
p[ro]pt[er] q[uo]d p[ri]mo fuit inicata ei[us] passio p[er] iude
os s[ed] p[er] gentiles fuit finita et consu[m]mata.
Patet hoc s[ecund]o considerando iudeor[um] nequicia[m] quia
nec[essariu]m e[st] q[uia] iudei potuerunt ihm lapidare ex quo
imposuerunt ei blasphemia[m] q[uia] filiu[m] dei se
dicebat q[ui]a ex p[re]cepto leg[is] tenebant[ur] hoc facere
p[ro]pt[er] q[uo]d Stephanu[m] tamq[uam] blasphemu[m] lapida
verunt. Sed ipsi iudei ex nequicia eor[um] volebant
ihm xpm iniqu[is]sima morte occidere magis obprobrio
sa p[un]ita morte crucis q[ue] erat mors latronu[m]
Et q[uia] no[n] licebat eis tali morte aliquem occide
re s[ed] p[ri]ncipi p[er]tinet ad publica[m] iusticia[m] qua[m]
tu[n]c exequebant[ur] gentiles, i[de]o eu[m] tamq[uam] latro
nem vel publicu[m] hoste[m] pilato et militibus
crucifigendu[m] tradiderunt. Ad s[ecundu]m e[st] dic[endu]m q[uod]
iudei plus peccaverunt i[n] morte ihu xpi q[uam] pila
tus et milites s[ecund]o q[uo]d q[uia] iudei salte[m] maiores
de ignorancia excusari no[n] poterant q[uia] eu[m]
ex illis que lex et p[ro]ph[et]e p[re]dixerant cognoverunt
maiores no[n] et si no[n] cognoscebat no[n] tu[n]c in
homicidiu[m] consentire debebant vn[de] sup[er]
1o illo Luc. 23 pater ignosce illis q[uia] nesciunt
quid faciu[n]t dicit glo[sa] p[ro] illis rogat q[ui] nesciebant
quid faciunt habentes zelum dei no[n] s[ecundu]m scie[n]ciam.

Sed pilatus et milites ei[us] legem scientiam no[n]
habebant vn[de] ignoranter peccaverunt. Non sal[tem]
pilatus excusari potuit q[uia] ut dicit aug[ustinus] d[icit]
p[ro]pt[er] timore[m] cesaris ihm xpm in morte tr[adi]t[um]
occidit p[ro]pt[er] q[uo]d sup[ra] 1o illo qui me tradidit
t[ibi] maius pecc[atum] h[abe]t dicit aug[ustinus] q[uia] no[n] ait ihc xp[ist]us
q[ui] me tradidit t[ibi] pecc[atum] h[abe]t et no[n] tu
s[ed] maius pecc[atum] h[abe]t q[uod] tu dicitur et q[uia] iu
das plus peccavit q[uam] p[ri]ncipes sacerdotu[m] q[uia]
peccavit cupiditate q[ue] e[st] radix o[mn]iu[m] malor[um]
illi no[n] invidie volu[n]tates et p[ri]ncipes sa[cer]
dotu[m] plus q[uam] p[o]p[u]li iudeor[um] q[ui] peccaverunt
occidendi volu[n]tate et pilatus licet mi[n]us q[uam]
iudei eo q[uod] iudaica tunc dic[eba]tur plus tu[n]c
q[uam] milites qui p[re]cepto ei[us] ihm x[pistu]m i[n] morte
crucifixerunt. Ad t[er]cium e[st] dic[endu]m q[uod] licet ihc
xpus voluntarie pateret[ur] nunq[uam] t[ame]n precept[um]
a iudeis aut a pilato ut occideret[ur]. Dato t[ame]n
q[uod] aliq[ui]s peteret et vellet occidi ab aliq[uo] no[n]
excusaret[ur] ab homicidio occidendo ipsum, q[uia]
sicut nullus de iusticia alium iter nullus
de iusticia seipsum: q[uia] si preceptu[m] e[st] no[n] occi
des s[ed] hominem qui seipsum occidit no[n] a[lius]
q[uam] hominem occidit. Sic ergo occidendo homi[ne]m
volu[n]tate alt[er]i[us] peccat sic volu[n]tate sua ip[s]a
occidendo eu[m] peccat. Et r[ecto] p[ri]mo david man
davit p[ri]mum sicut homicidium illu[m] q[ui]
dicebat se occidisse Saul eo petente et
volente. Ad q[ua]rta[m] e[st] dic[endu]m q[uod] s[ecundu]m Attanasius
videt[ur] dicere adam i[n] calvarie loco fuisse se
pultum ubi ihus xpc crucifixus e[st] et h[oc]
dicit sentire doctores iudeor[um] ut ibi ihc
x[pist]us corp[us] suu[m] morti exponeret ubi caput
humani generis fuit corruptu[m] et ubi p[ri]ma
ta e[st] corrupcio oriat[ur]. Quod sit me
dicina morbo videt[ur]. Sed Iero[nimus] dicit sup[er]
hunc passum h[oc] e[st] exponi favorabiliter
demulcere aures audiencium asserens
adam in Ebron esse sepultum no[n] i[n] loco
calvarie que locu[s] dicat[ur] sic esse nominat[ur]
no[n] a decalvacione capitis humani g[e]n[er]is
ut caput humani generis sit ibi conditu[m]

vel sepulture sed quia ibi capita dampnatorum
et decollatorum truncabant. Dicit tamen Johannes quod
in dicto loco calvarie ymolatus est aries pro
ysaac. Significabat enim aries ille humani-
tatem christi et ysaac divinitatem. Divinitas igitur divi-
nitatis que est impassibilis humanitas vero in dicto
loco est ymolata unita in persona dei filij. ysa-
ac dixit patri: ubi est victima holocausti.
Cui sed natura divina non posset pati. Cui
responsum est: deus providebit sibi victimam
holocausti fili mi. Nam ex promissione dei
patris humanitas ihesu christi est in utero virginali
concepta et deinde pro nobis in cruce ymolata.
¶ Adquinta est dicendum quod corona imposita
ihesu christo fuit corona et fuit spinea ex-
fuit capiti imposita. Credimus igitur quod ideo mysterium
fuit corona quia hominum tribulacionum significativa
non fuit spinea quia peccatorum significativa
capiti imposita quia victorie obtentor
et sic ex dictis corone tribulacionem nobis
eternum regnum quod carnis prius et sine conve-
niencie operibus non peccatorum nostra collata
et peccata sanavit sed ex victorie obtentione
nos a tyrannica potestate liberavit ut de-
ipso tradit exposicionem quod sibi dicatur: Corona
aurea super mitram eius expressa signo
sanctitatis regum commutacionis expressa signa
sanctitatis quod admiror velut sanacionis gloria
honoris et operis virtutis quod admiror dominum
liberacionis. Convenienter igitur fuit propter
ista ihesu christo corona spinea coronari.
¶ Adsexta est dicendum quod congruum fuit ut christus
bonus in cruce matrem suam discipulo commendaret
propter precepti observacionem. Tenemur enim ex pre-
cepto curam habere de parentibus quod ad subiec-
cionem necessariorum. Unde ihesus christus qui legem
venit non solvere sed implere curam habuit
de sua matre et discipulo. Sicut bonus
magister hoc servare voluit propter quod dicit
Augustinus: Preceptor bonus suo exemplo
instruit ut cura a filiis parentibus in-
pendatur. Et hoc in cruce quod illud

signum ubi erant fixa membra morientis
fieret et cathedram magistri docentis. Secundo propter ma-
tris virginis consolacionem. Dicit enim Crisostomus quod
cum multe mulieres starent iuxta crucem
nullius alterius ihesus christus meminit nisi matris sue
docens quod nos plus aliis debemus matribus
compatere quia aliis maior in tristicia eorum. Quod
non minus consolacio est eis impendenda quam vir-
tutibus in necessitate nostra nunc sterilitas. Tercio propter
humanitatem. Crisostomus: Nam si dicat: tunc cum ihesus christus
erat in cruce veniat illa hora dicens domini Jos.
nondum venit hora mea quia tunc divina facture-
rus et aquam in vinum mutaturus tamquam incogni-
tam matrem repulit dicens quid mihi et tibi est mulier.
Sed iam in cruce morte in natura humana receptus
matrem cognovit quia virum humanitatem corpus re-
cepit. Quarto propter discipuli precipuam dileccionem. Dicit
enim Crisostomus quod magno honore discipulum ho-
noravit cui matrem suam sibi signavit commen-
dant. Sed cum non consolatur cum tristatur quia tunc
consolacionis non erat. Sed quia videbat matrem
dolere et paciatur quam filium dicat: Ecce filius
tuus. Quod nunc virgo beatissima audivit
cum tristicia ut per duo servum pro magistro discipulum
et pro proprio filium recipit alienum. ¶ Adseptimam
est dicendum quod adportandum crucem ihesu christi vel adoptivam
materiam sustinendam tria requiruntur. Primo obediencia
ihesu christi ut sicut ipse fuit obediens ipsi deo
patri usque ad mortem non questionis sed cruce. Sic
quilibet bonus sit christo obediens. Secundo fidei evi-
dencia quia sine fide mediatoris ihesu christi numquam
aliquis fuit salvus. Tercio fortitudinis
constancia. Nam ut dicit Crisostomus: arduum est crucem tollere
animam periculis dare morti corpus offerre negare
quod fuit cum nolis esse quod non fuit. Et hoc ideo quod
raro nisi sit forte excelsa virtus quia aliquis
prosecutus bonus committet peccata. Propter ista
igitur tria ut dicit Augustinus fuit congruum symonem
cireneum portare crucem post ihesum. Primo propter
obedienciam nisi enim fuisset symon in obedi-
ens non fuisset dignus crucem christi portare.
Secundo propter fidei evidenciam quia erat cireneus.

et gentilis non iudeus, quia si hilarius indignus
erat iudeus portare crucem ihesu xpisti, ipse alie
nigena initium fidei gentilium fuit quorum erat et
crucem accipere et capere. Tercio propter fortitudinis constanciam
Nam nisi ihesus xpistus suis baiulasset sibi crucem et nisi
prius passionem crucis suscepisset, passus nullus au
debat crucem vel ex fortitudine martirii velle
suscepisset. Vel ideo quia ipse suis portauit nihil
post ihesum secuti sunt adportandum, sed hic dicit
quod iste Simon post ihesum non ante eum portu
bat crucem. Leccio quinta

Postquam autem crucifixerunt eum diviserunt sibi
vestimenta eius sortem mittentes, ut
adimpleretur quod dictum est per prophetam dicentem
diviserunt sibi vestimenta mea et super vestem meam miserunt sortem.
Et sedentes servabant eum. Et imposuerunt su
per caput eius causam ipsius scriptam: hic est ihesus naza
renus rex iudeorum. Tunc crucifixi sunt cum eo
duo latrones unus a dextris et unus a sinistris.
Pretereuntes autem blasphemabant eum mouentes
capita sua et dicentes: vah qui destruis tem
plum dei et in triduo illud reedificas, salua
temetipsum, si filius dei es descende de cruce.
Similiter autem et principes sacerdotum illudentes
cum scribis et senioribus dicebant: Alios sal
uos fecit, se ipsum non potest saluum facere. Si rex
israel est, descendat nunc de cruce et credimus ei.
Confidit in deo, liberet eum nunc si vult. Dixit
enim quia filius dei sum. Idipsum autem et latrones
qui crucifixi erant cum eo improperabant ei. In
parte ista ut dictum est dicebatur ponit vestitorum divisio
nem. Ait enim glossa quia postquam crucifixerunt eum in ligno
sic excelso non sublecto posito ut nudacione eius inuidi
daret et eciam similiter tale spectaculum receptum stilla
cione sanguinis decurrentis de latere de manibus
et pedibus ut dicit Crisostomus postquam ergo crucifixerunt eum
diviserunt vestimenta eius de quibus fecerunt quatuor
partes ut habetur Johannis dicit quia tot milites. Vel super
tunicam inconsutilem que erat desuper contexta
per totum miserunt sortem quia diuidere noluerunt
et omnibus hoc ad litteram sunt facta. Tamen mistica
secundum augustinum vestimenta ihesu xpisti sunt scripture
sacre et sacramenta ecclesie, quorum divisores sunt
heretica scandalos et dividentes vero intellectum

scripture et fidei fundamentum. Caritatem
tamen et unitatem ecclesie que est tunica inconsutilis
non possunt diuidere quia caritas non diuidit
nec dat aliam in sorte diuisionis spiritus sanctus
qui diuidit singulis dona sua prout
vult. Et ne putetur hoc casualiter factum esse
subdit Ewangelista quia factum est ut impleretur quod
dictum est per prophetam: diuiserunt sibi vestimenta mea
et super vestem meam miserunt sortem. Et sedentes seruabant eum
diligencia eum milites et sacerdotum instancia
et custodiebant eum, scilicet ihesum xpistum nobis
multum profuit ut dicit Johannes quia cohors vel
resurgens clamor et fortior apparuit. Et
quia nullam causam mortis eius pilatus potuit
inuenire, sed quia regem se fecit iudeorum, ideo
ideo milites imposuerunt super caput eius
causam ipsius scriptam: hic est ihesus rex iudeorum
sed dei prouidencia factum est ut talis titulus
super eum poneretur quibus plures iudei asserent
quia nec ipsi eligendo occidendo potuerunt
facere quia eum regem non haberent quem per mortem
patibuli non amisit regis imperium sed
dicit Remigius. Erat tamen ut Johannes ait ti
tulus scriptus hebraice, grece et latine
quia iste erant principales lingue ut apte
se monstraret quia ipse erat rex theologie
quantum ad hebreos in quibus erat diuina scientia
philosophie quantum ad grecos in quibus erat philosophia
et eloquencia et practice quantum ad romanos
et latinos in quibus erat regendi
et bellandi potencia ut dicit theophilus.
Et ista supremus dicta sunt Crisostomus de diuisi
one vestimentorum et de superscriptione que erat
rex iudeorum ad quandam derisionem
et derrectorem ihesu xpisti facta sunt. Eo quod cum
illos qui cum eo erant crucifixi non legi
tur facta. Ideo addit: Tunc crucifixi sunt
cum eo duo latrones unus a dextris et alius a sinistris,
in quo secundum augustinum in iudicio futurum significatur
tum est in quo electi collocabuntur a dextris
et reprobi a sinistris. Volo tamen iudei ut dicit
Crisostomus facere xpisti crucifixionem in eius
derisionem sed insuper addunt irrisionem.
Unde ait quia pretereuntes blasphemabant eum.

monentes capita sua dicentes vach quod est interiectio irridentis qui destruis templum dei et in triduo illud re-edificas salva temetipsum si filius dei es descende de cruce. Sicut dicit Crisostomus ponebat ad destructionem priorum signorum. At si dominus Ihesus apparere fecit fuisse signa et miracula operibus facta per ipsum ihesum christum quod si vere alios salvasset et liberasset se ipsum minus salvum faceret et descenderet de cruce. Secundum eos dicit Crisostomus quod si filius dei esset non descenderet de cruce sed probationibus pateat. Tertium quod ab ipsa civitate coacti principes sacerdotum cum scribis et senioribus illudentes ei dicebant Alios salvos fecit se ipsum non potest salvum facere si rex israel est descendat nunc de cruce et credimus ei confidit in deo liberet eum si vult dixit enim quod filius dei sum. Scandalizabatur dicentes sicut prius descendat de cruce et credimus ei quia plus fuit resurgere de sepulcro sicut surrexit et non credidimus ei. Et non solum iudei et milites irridebant sed et latrones qui crucifixi erant cum eo improperabant ei. Posuit enim beatus Matheus numerum pluralem pro singulari sicut est consuetudo scripture secundum Augustinum quod patet per Lucam quod solum unus improperabat dicens Si filius dei es salva temetipsum et nos. Sed alius increpabat eum dicens Nos quidem digna factis recipimus hic autem quod mali fecit et tempus adhuc dixit memento mei domine cum veneris in regnum tuum. Cui ihesus dixit Amen dico tibi hodie mecum eris in paradiso. ¶ Ad hoc primum est quod dubitatur ¶ Prima utrum congruum fuit ihesum christum solam pati penam crucis. ¶ Secunda utrum si descendisset de cruce post mortem solum passas penas receptas fuissemus aperte liberati. ¶ Tertia utrum si non fuisset mortuus cruce vel gladio fuisset mortuus sermo. ¶ Quarta utrum congruum fuerit cum eo duos latrones crucifigi. ¶ Quinta utrum illa die qua christus mortuus est fuerit aperta ianua paradisi. ¶ Ad primam est dicendum quod pena domini nostri ihesu christi potest intelligi vel considerari sicut ex parte pene qua patiebatur secundo ex parte generis tormenti per quod patiebatur tertio ex parte sui qui patiebatur. Primo modo pena ihesu christi debebat habere vilitatem secundo modo debebat habere iusticie

